6
4-f
30

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
4 B
32

6 4 f 30

6-3-a-21

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

M

Digitized by Google

PHRASES LINGVÆ LATINÆ,

è diuerſis Ciceronis operibus collectæ;

AB

ANTONIO SCHORO.

NVPER A MVLTIS MENDIS QVIBVS SCATEBANT

PVRGATÆ, AC NITORI RESTITVTÆ.

Opus cùm epiſtolis contexendis, tum ornandis Orationibus perquam idoneum.

Acceſſit hac vltima editione index vtiliſſimus, in quo verbis quibuſdam barbaris Ciceroniana ſubijciuntur.

DVACI,
Ex officina IOANNIS BOGARDI.
An. M DC XVIII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Digitized by Google

3

Digitized by Google

INGENVIS
ADOLESCENTIBVS,
AC VNIVERSIS LITTERARVM
STVDIOSIS SALVTEM.

QVanti ſit momenti apud omnes prouincias vel mediocris linguæ latinæ cognitio, non facilè dici poteſt, nam eius ab omni ſæculorum memoria tam frequens vſus fuit, vt orbe toto diffuſa, diſiunctiſſimas gentes elegantiæ ſuæ ſtudio inflammarit, atque etiam modo vix vlla ſit regio, quæ non interdum latini ſermonis ſuauitatem deguſtet, & ad eam attingendam omnibus votis viribusque contendat. Ne tamen ſæpius audita multis decantem, paucis quod dicturus ſum, abſoluã: tan-

tum exiſtimationis Romana lingua ſibi peperit, vt quis citius clariſsimo lumini tenebras offundat, quàm ſuis laudibus ac ſcriptis nouam ei gratiam conciliare poſsit. Quanquam multos admirari non ſum neſcius, certam quibuſdam hominibus hærere opinionem, ex qua tritum & vulgarem alicuius auctoris, doctiſsimo Ciceronis ſtylo anteponunt: quid eos in hanc ſententiam deduxerit, non ſatis diſpicio, niſi forte ſe hoc nouo genere dicendi, florentiſsimam eloquentiæ venuſtatem adæquare credant. Quod ſi tamen omnium oratorum induſtria in vnum conferatur, nunquid tanto artium parenti delatam hactenus palmam aut eripient illi, aut à ſe quaſi promeritam iuſtè depoſcent? quis illud audeat confirmare? cum illud inter peritiſsimos omnes conueniat, tantam in M. Tullij monu-

mentis

mentis verborum integritatem eſſe, cui parem in alijs reperire ſe poſſe diſfidunt: nihil vnquam diſiunctum ille ſuis ſcriptis inſeruit, quod audientium aures vel iudicia læderet, quin potius vt fontium inſtar perpetuò fluat, ac nuſquam adhæreſcat. Etſi vnuſquiſque id genus orationis amplectendæ ſibi conſtituit, quod maximè adamauit, plures tamen delectat ſimplex ac ornata verborum constructio, quàm prolixus & grauis ſentētiarum ambitus, quem inter recitādum ferè πλατοάζειν omnes habent. Quā verò præclarū conſilium ingrediūtur ij, quibus à primis annis nihil ita expetendū videtur, quā linguæ latinæ puritatē animo delibare: quo ſtatuto non laborāt, vt in probatos auctores ſuam induſtriā conferant, multo minus vt ſe totos libris euoluendis diligenter applicent: ex quo

emergit fructus iucundiſsimus, rerum multarum ſcientia, is qui longo rerum vſu perdoctis magnum poſteà nomen & laudem adfert. Equidem (vt ad auctoris huius memoriam deſcendamus) ſtudiorum alumnos pluribus meritis ANTONIVS SCHORVS *obſtrinxit, quorum magnitudo efficit, vt dignè compenſari nequeant. Vtinam flores illos, quales ex oratorum principis horto collegit, Iuuenes certatim expenderent, mihi dubium non eſt, quin, ſi rem vtilitate metiantur, nihil hoc libro fructuoſiùs accidere poſſet: multa vbique latini ſermonis elegãtia, multa varietas elucet, in eum auctor præcipua ornamenta coniecit, eáque diſperſa in certum coëgit ordinem. Denique verba me deficerent, ſi progreſſum, quem innumeri conſequuntur, enarrare velim, tantum*

illud

illud afferam, quod à maioribus accepi, magnos in Republ. viros non adeò negotiorum frequentia diſtineri, vt cùm ab illis reſpirare per ferias licet, tempus legendis SCHORI *elegantijs haud iniucundè traducant. Quare nemini profectò mirum videbitur, ſi toties hic liber typis mandatus in lucem editur, cum id ſingulari litterarum emolumento feliciter eueniat. Verendum autem fuit, ne quorundam inſcitia, tantum artium lumen, atque tam illuſtre ſcientiarum decus pluribus mendis aſperſum, lucem tenebris commutaret.*

Digitized by Google

DE PHRASIBVS LINGVÆ LATINÆ,

ANTONIO SCHORO AVCTORE.

A Vulgarem cognitionem & vſum omninò videtur fugere. Latini hac præpoſitione idem ſignificârunt, quod voce Pro, cui Contra opponitur: præſertim cùm ea, quæ aut proſint alicui, aut in defenſionem ſint, exprimere velint. Quis enim de vulgo ſic loquitur, Hoc à me facit? quomodo elegantiùs multò id quod volumus reddis, quàm ſi diceres, Hoc à me eſt? quod tamen Latinum eſt, & tritum ſatis. Sed varietatis cauſa non ſolùm, Ab aliquo facere: ſed, Cum aliquo facere, eodem ſenſu etiam Ciceronem efferre, obſeruare licet. A quo itaque ſic purè & emendatè loqui diſcamus: Si Caſſius reſpondiſſet, idem ſentire & ſecum facere Syllam. pro Syl.

Demoſthenes iam tum φιλιππίζειν Pythiam dicebat, id eſt, quaſi cum Philippo facere. de D.

Defenſor autem de æquitate nitatur: & ea cùm ſecum faciat, non re, ſed deprauatione verbi ſe vrgeri queratur. Par.

Cum ille ſecum illos facere clamitabat. pro Planc.

Rem & ſententiam interdicti mecum facere fatebatur. pro Cecin.

Veritas cum hoc facit. pro Quint.

Populus cum illis facit. de Fin.

Ab aliquo, ſtare. Aut à ſe potius quàm ab aduerſarijs ſtare. de In.

Stare à mendacio contra verum. Vt nemo contra ciuium perditorum popularem dementiam à ſenatu, & à bonorum cauſa ſteterit conſtantius. de In.

Stare à voluntate ſcriptoris. de Clar.

A Stare

Stare à ſententia. de In.
Cum aliquo ſtare. Si quid de æquitate ea, quę cum aduerſario ſtaret, derogaſſet. de In.
Non ſtantem cum ijs, qui &c. de Fin.
Ab aliquo eſſe. Sed vide ne hoc totum, Scęuola ſit, à me. de Orat.
Qui ſunt ab ea diſciplina. Tuſ.
Locus communis à tranſlatione, & contra eum, qui tranſlationem inducit. de In.
Loci communes à teſtibus, contra teſtes: à quæſtionibus, contra quęſtiones: ab argumentis, contra argumenta: à rumoribus, contra rumores. ad Her.
Habere ſecum aliquem. Brutus videtur mihi & plebeculam vrbanam, & ſi fidem fecerit, etiam bonos ſecum habiturus. At.
Hoc non modò non eſt contra me, ſed maximè meam cauſam defenſionémque confirmat. pro Clu.
Ab aliquo ſoluere, repræſentare, dare, numerare, dicebant Latini, cùm ſignificare vellent, non ipſum debitorem, ſed alium eius nomine, creditori pecuniã numerare: quod noſtri homines, non Romano, ſed ſuo more proferunt his modis, Alicui ſatisfacere per aliquem. Alicui ſoluere alicuius nomine.
Frater laborat, vt tibi quod debet, ab Egnatio ſoluat. At.
Hac emptione facta, pecunia ſoluitur à Cæcinna. pro Cæc.
Homines non modò non recuſare, ſed etiam hoc dicere, ſe à me ſoluere. At.
Sinite me, quod vobis fretus, huic ſępe promiſi, id à vobis ei perſoluere. Cic.
Ab Aulo Seruilio dicit ſe dediſſe & à ſuis fratribus, pro Flac.
Quod enim Prætori dare conſueſſent, quoniam ego non acceperam, ſe à me quodammodò dare. Att.
Reliquæ pecuniæ vſuram Silio pendemus, dum à Faberio repręſentabimus. Att.

Si Præ-

Si Prætor dedit, à quæſtore numerauit, quæſtor à menſa publica, menſa aut ex vectigali, aut ex tributo. pro Flac.

Sumptum haurit ex ærario, ſuppeditat à ſocijs. contra Rul.

Miſimus, qui ab illo pecuniam depoſitam noſtris recuperarent. contra Rul.

Sic firmus, paratus, imparatus, inſtructus, inops, nudus, ſolitudo, inuictus, impunitas ab aliqua re dixerunt veteres: quas locutiones cùm noſtri homines ignorent, inuexerunt nouas in linguam Latinam. vt, Quantum pertinet ad equitatum, ſumus valde firmi valde inſtructi. Quod Latini ſic protulerunt:

Antonius ab equitatu firmus eſſe dicebatur. Cic. Ep.

Paratus ab exercitu. Cic. Epiſt.

Sumus flagitiosè imparati, cùm à militibus, tum à pecunia. Att.

Ille Græcus ab omni laude felicior. de Cla.

Mediocriter à natura inſtructus. de Cla.

Nudus à propinquis, nulla cognatione munitus. de Clar.

Tam inops eram ab amicis? tam nuda Reſpub. à magiſtratibus? pro Dom.

Inops ab amicis. Att.

Tum erat ab oratoribus quædam in foro ſolitudo. de Clar.

Nunquam à cauſis & iudicijs diſtrictior fui. Qu. fr.

Qui inuictum ſe à labore præſtiterit. Off.

Quorum impunitas fuit non modò à iudicio, ſed etiam à ſermone. pro R. P.

Nihil tibi à me defuit. pro Mur.

Tibi, ô T. Anni, nullum à me amoris, nullum ſtudij, nullum pietatis officium defuit. pro Mil.

Abdico. Vſi ſunt priſci Romani tam ornatè, quàm propriè, hoc verbo, cùm ſignificare vellent, aliquem magiſtratum, aut munus ſuum deponere, quod vulgus nunc potius effert per, Tradere ſuum

 impe-

imperium, magiſtratum, aut munus alij : hoc enim propiùs accedit ad vernaculam linguam.
Magiſtratu ſe abdicare. de D.
Antonius eo die non modò conſulatu, ſed etiam libertate ſe abdicauit. I. Anton.
Abdicare ſe pretura. in Cat.
Abdicare ſe tutela. Att.
Abdo. Quàm obſcurata ſit Latini ſermonis integritas, cùm multa alia, tum hoc verbum declarat. Quotuſquiſque enim nunc eſt, qui illud cum accuſatiuo iungit? Vix tamen aliter vſum Ciceronem inuenias: à quo igitur licet ſic loqui diſcas, vt, Ille ſe in interiorem partem ædium abdidit. At.
Itaque abdidit ſe in intimam Macedoniam. Epiſt.
Abdo me in bibliothecam. Epiſt.
Et ſeſe abdiderit in claſſem. Epiſt.
Natura eius partes texit atque abdidit. Off.
Neque me in Arpinum hoc tempore abdam. Off.
Cùm ſe ille fugiens in ſcalarum tenebras abdidiſſet. pro Mil.
Si qui literis ſe ita abdiderunt. pro Ar.
Qui lucem ediderat genitor Saturnius, idem abdidit. de D.
Is domum ſe abdidit. I. P.
Abduco. Vulgus videtur omnino ignorare vſum huius verbi, cùm nimis religiosè ſe ſimplici aſtringat: quaſi ſolum ad animata mouentia ſeſe referretur, & ſignificaret, ducere aliquem ab aliquo ad aliquem locum: cùm Cicero toties, & alij Romanæ puritatis periti, pro auertere, amouere vſurparint, animo, ſenſibus, & ſimilibus attribuerint.
Abducere cogitationem à conſuetudine. Tuſ.
Aciem mentis à conſuetudine oculorum. de Nat.
Animum à cogitationibus.
Animum à ſolicitudine. Epiſt.
Animos à defenſione. de Orat.
Aliquem à meretricio quæſtu. pro Qu. & in Ant.

Se ab

Se ab angoribus & moleſtijs. Epiſt.
Seruum ab aliquo. pro Deior.
Diſcipulum à Doctore. de Orat.
A religione ad quæſtum. de D.
Abeo. Eleganter attribuitur hoc verbum & alijs rebus motũ non ſignificantibus, cũ vſurpatur pro eo quod nos dicimus, deſinere, deſiſtere, aut ceſſare: vt,
Nauſea iam plane abijt. At.
De loco quidem nunc abijt peſtilentia. Epiſt.
Illa mea, quæ ſolebas antea laudare, ô hominem facilem, ô hoſpitem non grauem, abierunt. Ep.
Singularem quandam ſignificationẽ habet hoc verbũ, cũ Latini vtuntur pro accedere, aut (vt vulgò loquũtur) Demittere ſe ad vulgi opinionẽ, ad ineptias, vt,
Abire ad vulgi opinionem. Off.
Quid ad iſtas ineptias abis, inquies. pro S. R.
Sic longè abire Latini, quod alio modo dicitur, altè repetere, aut vt Barbari dicunt, petere aut ſumere aliquid à longinquo, remotiora exempla petere: vt, Audi, ne longè abeam, moriens quid dicat Epicurus. P. I.
Multos nominatim proferre poſſum, ne longiùs abeã, vel tribuleis, vel vicinos meos. O.
Vt ne longiùs abeam, declarat iſta adſcriptio eſſe aliquid. O.
Non longè abieris: num ius ciuile veſtrum ex libris cognoſci poteſt? E.
Latini quoque ſolent hoc verbo vti, cùm ſignificare volunt, ea quæ commota ſunt, non permanſura in eo ſtatu, aut vt vulgus loquitur: Non hęc ita tranſibunt, tu plus de hac re audies: vt, non poterit ſic abire. P. I.
Ad ſummum non poſſunt iſthęc ſic abire. A.
Mirabar, hoc ſi ſic abiret. Terent. in And.
Non hoc tibi abibit impunè.
Abire à ſenſibus, Abire ab homine, pro diſcedere, & alio tranſire. vt,

Sed abeo à ſenſibus: quid eſt quod ratione percipi poſſit?
Sed ab hoc parumper abeamus, quandoquidem de genere, non de homine quærimus.
Significatur etiam hoc verbo, defungi aut abdicare ſe migraſtu, deponere magiſtratum: vt,
• Abire magiſtratu. Epiſt.
Abire conſulatu. At.
A iure non abire: pro nō diſcedere à iure: Ita dicimus, Abire ab emptione aliqua: quod vulgò dicitur, non tenere emptionem aliquam, non habere pro rato.
Malè precabantur quoque veteres Latini hoc verbo alicui: vt,
• Abi in malam crucem. Terent.
Quin tu abis in malam peſtem, malumque cruciatum. In Anton.
Pro his Latinis germanicolatini dicunt: I ad patibulum: I, quòd peſtis, aut ignis Sancti Antonij, aut ſimile te perdat.
Abhinc. Neque vim, neque vſum noſtræ ætatis homines ij intelligunt, qui futuro tempori hanc dictionem quoque attribuunt, ſemperque cum ablatiuo iungunt, cùm Cicero ſemper ea voce & tempus prçteritum notet, & tam accuſatiuo quàm ablatiuo coniungat: vt, Quæſtor Cn. Papirio conſuli fuiſti abhinc annos quatuordecim. In Ver.
Etenim ſi Cn. Pompeius abhinc annos quingentos fuiſſet. pro Cor.
Soſippus & Epicrates, fratres ſunt Agyrinenſes, horum pater abhinc duo & viginti annos eſt mortuus. In Ver.
Abhinc annos propè viginti negaui poſſe mortem immaturam eſſe conſulari. In Ant.
Repromittis tu abhinc triennium. pro Q. Roſ.
Demoſthenes fuit abhinc annos propè trecentos. de Diui.
Cum ablatiuo. Roſcius cum Flauio pro ſocietate decidit ab-

dit abhinc annis quindecim. pro Q. Roſ.
Herodotus offendit eum menſem comitialem, comitijs iam abhinc triginta diebus habitis. In Ver.
Gratũ feciſſe, quòd pro Cornificio me abhinc amplius annis viginti quinque ſpopõdiſſe dicit Flauius. At.
Abijcio. Veteres illi Latini, quos non ſatis laudare poſſumus, præcipuè adhibuerunt hoc verbum cùm vel contemptum, vel deſperationem ſignificare vellent: hoc pacto, vt Famam ingenij abijcere. Epiſt.
Abijcere ſpem alicuius rei. In Ver.
Abijcere, voluntatem diſcendi, ſimul cum ſpe diſcendi. de Orator.
Omnem curam de Rep. cogitationem de dicenda ſententia, commendationem cauſarum abijcere. Epiſt.
Abijcere conſilium profectionis. At.
Haſtas abijcere, pro deſperare, pro Mur.
Sic abijcere cogitationes in rem humilem: pro res paruas & leues cogitare. vt,
Abijcere ſuas cogitationes in rem tam humilẽ. de Am.
Abiectus, contemptus, vulgaris, humilis. vulgatum non ſatis eſt. vt,
Non quòd illi cauſam pecuniæ publicæ contemptam & abiectam putarent. pro Clu.
Senatum abiectum excitaui. At.
Cùm ipſi inter nos abiecti neglectiq; ſumus. de Fin.
Verba non abiecta, res compoſitæ diligenter. de Clar.
Exanimata vxor, abiecta metu filia. I. C.
Hic abiectus non tam ad pedes, quàm mores, ſenſuſque noſtros. pro Cæl.
Sæpe in quibuſdam eſt animus abiectior, & ſpes amplificandæ fortunæ fractior. Am.
Sum animo perculſo & abiecto. At.
Homo contemptus & abiectus. contra Rul.
Deſertus & abiectus. Epiſt.
Humilis & abiectus. de Finib.
Abiectus & ſemiuiuus. I. P.
Comicorum ſenarij abiecti. Or.

ſummiſſus & abiectus) (ſe efferens. Off.

Abiudico. Huius verbi non eſt valde abdita & retruſa ſignificandi vis: ſed à multis nunc negligitur & ignoratur. vt,

Abiudicare aliquid ab aliquo. Nulla res cuiuſquam tam patria atque auita fuit, quæ nō ab eo imperio iſtius abiudicaretur. In Ver.

Tanta pernicies fortunis omnium non poteſt accidere, quàm opinione populi Rom. rationem veritatis, fidei, religionis ab hoc ordine abiudicari. In Ver.

Rullus iudicabit, Alexādriam regis eſſe; à populo Romano abiudicabit. contra Rull.

Abiūro. Periurio nego quod debeo: quod verbum cùm vulgus ignoret, dicit, iurare ſe non debere, iuramentum præſtare.

Mihi abiurare certius eſt quàm dependere. At.

Abiurare creditum. Plaut.

Pecuniam in iure abiurare, idem.

Abrogo. Verbi huius vis & vſus prorſus nunc ignoratur vulgo: quis enim eſt, qui eo vtitur, cùm ſignificare velit, rogando auctoritatem alicui detrahere? aut ſolùm auctoritatem alicui detrahere? nam cùm imperiti ſignificare volunt magiſtratus auctoritatem alicui detrahere, dicunt: Deponere aliquem de officio, de magiſtratu, quod barbarum eſt. Pro, Legi, aut legem abrogare, recentiores dixerunt, abolere legem, ſic abolere fidem, Cicero verò, & alij ſuæ ætatis auctores, abrogare: quod exempla comprobabunt.

Si tibi magiſtratum abrogaſſet, minore ignominia te affeciſſet. in Ver.

Brutus collegę ſuo imperium abrogauit. de Cla.

Qui collegæ magiſtratum per ſeditionem abrogauit. pro Mil.

Cato legem promulgauit de imperio Lentuli abrogando. Qu. Fr.

Eique imperium eſt abrogatum, pro Dom.

Legem,

Legem, aut legi abrogare. M. Octauius legem Sempro-niam frumentariam populi frequentis ſuffragijs abrogauit. de Clar.

Abrogare legem, derogare aliquid de lege, & commutare legem. de In.

Lex illa neque tolli, neque abrogari poteſt. de Leg.

Eas tu leges rogabis, videlicet quę nunquam abrogentur? ibid.

Cùm lex abrogatur, idipſum rogatur, quomodo eam abrogari oporteat. At.

Cui lege abrogatum, vel derogatum ſit. ad Her.

Poteſtatem, fidem abrogare. Gracchus poteſtatem intercedendi collegæ abrogauit. de Leg.

Si tibi deliberatum eſt, quibus abroges fidem iuriſiurandi. pro Qu. R.

Æqualiter omnibus abrogatur fides. Aca.

Quæ res fidem abrogat orationi. ad Her.

Abrogare fidem famę. ad Her.

Abſtinentia. Multi hoc nomine ea efferunt quæ continentia ſignificat; nimirum tēperantiam in voluptatibus, ſed inepte valde. Nam abſtinentia ijs tantùm tribuitur, qui manus ab alienis abſtinent: cui Rapacitas opponitur.

Nulla autem re conciliare faciliùs beneuolētiam multitudinis poſſunt ij, qui reipublicæ præſunt, quàm abſtinentia & continentia. Off.

Sic in prouincia nos gerimus, quod ad abſtinentiam attinet, vt nullus teruncius inſumatur in quenquam. At.

Iuſtitia, abſtinentia, clementia tui Ciceronis reuiuiſcunt. At.

Nunc denique incipiunt credere fuiſſe homines Romanos hac quondam abſtinentia. pro Pom.

Traducere munus extraordinarium ſumma abſtinentia. At.

Poſſum multa dicere de prouinciali eius in eo magiſtratu abſtinentia. pro Seſt.

Abſtineo. Latiùs multo patet quàm abſtinentia. Ex quo intelligimus, latinè diſcere nihil ferè eſſe, niſi obſeruare quemadmodum optimi auctores ſunt locuti. Operæpretium igitur eſt, varium vſum huius verbi videre: nam & ablatiuo ſine præpoſitione, & cum præpoſitione, & amiſſo aliquando accuſatiuo Se, aliquando addito iungitur.

Imperatorem debere abſtinere manus, oculos, animum à coniugibus, à liberis, ab auro, gazáque regia. pro Pom.

Domitas habere libidines, coërcere omnes cupiditates, noſtra tueri, ab alienis mentes, oculos, manus abſtinere. de Or.

Manus abſtinere ab alienis pecunijs. in Verrem.

Qui cùm in conuiuium veniſſet, ſi quicquam cælati aſpexerat, manum abſtinere non poterat. in Verr.

Confugis ad Phyſicos eos, qui maximè in Academia irridentur: à quibus ne tu quidem iam te abſtinebis. Acad.

Quid auctoritas noſtra, qui à cæteris coniurationis cauſis abſtinuimus? pro Syl.

Abſtineant in hoc iudicio manus, animosque ab hoc ſcelere nefario. in Ver.

Poſtulatur ab omnibus, vt ab ijs ſe abſtineant maximè vitijs, in quibus alterum reprehēderunt. in Ver.

Ab obſcœnis voluptatibus abſtinere, minimè difficile eſt. Tuſ.

Homines tenebras & ſolitudinem nacti, nullo dedecore ſe abſtinent. de Fin.

Iurgijs & litibus abſtinere. de Diu.

Maledicto, aut maledictis abſtinere. in At.

Faba quidem Pythagorei vtique abſtinuêre. de D.

Conſilium eſt ſuffocare vrbem & Italiam fame: deinde agros vaſtare, vrere, pecunijs locupletum non abſtinere. At.

Manus abſtinere ab aliquo: pro non percutere, & occidere aliquem.

Nihil

Nihil ægriùs factum eſt multo labore meo, quàm vt manus ab illo appellatore abſtinerentur. in Verrem.

Vix homines manus à te abſtinere poſſunt. pro Se.

Alexander cùm interemiſſet Clytum familiarem ſuum, vix à ſe manus abſtinuit, tanta vis fuit pœnitendi. Tuſ.

Quod me ad vitam vocas, vnum efficis, vt à me manus abſtineam. At.

Abſum. Varijs & multis rebus coniungitur. Quæ verò minus in vſu & ore vulgi ſunt, ea tantùm conquiremus & eligemus. Primùm propiùs abeſſe locum, aut tempus aliquod, quid ſit, ij ignorant qui dicunt: Propius, aut propior eſt Spira Heydelbergam, quàm Vuormacia, aut propinquior eſt. Cicero verò ſic eſt locutus:

In his locis, quæ à Brundiſio abſunt propius quàm tu biduum aut triduum, nihil auditur noui. Att.

Tu illam manum mihi cura vt præſtes, quoniam propius abes. Att.

Propius à morte abeſſe. Cic.

Antiquitas, quæ quò propius aberat ab ortu, & diuina progenie, hoc melius ea cernebat. Tuſ.

Abeſſe aliquid, pro deſiderari, requiri: & aliquem abeſſe alicui homini, cui opponitur adeſſe, defendere, peruulgata non ſunt.

Craſſum hic volebat imitari: Cotta malebat Antonium: ſed ab hoc vis aberat Antonij. Craſſi ab illo lepos: *Paulò pòſt*. Iſti cùm ſummi eſſent oratores, duæ res maximæ altera alteri defuit. de Or.

Cùm immolare quiſpiam velit, tum fieri extorum mutationem, vt aut abſit aliquid, aut ſuperſit. de Diuin.

Neque enim eſt quicquam aliud præter mundum, cui nihil abſit, quodque vndique aptum, perfectum, expletumque ſit omnibus numeris. de Nat.

Quid enim abeſt huic homini, quod ſi adeſſet, iure hoc tribui & concedi putaremus? pro Cæl.

Quid huic abeſt, niſi res & virtus? de Or.

Quamobrem quid eſt quod mirere, ſi cum iiſdem in hac cauſa vides abeſſe, cum quibus in cæteris intelligis abfuiſſe? pro Syl.

Mirari deſinat Torquatus, me, qui Antronio abfuerim, Syllam defendere. pro Syl.

Quę ablata dixi, perſcripta erant hoc modo: Quod ex ęde Mineruæ hoc & illud abeſſet, quod ex æde Iouis, quod ex æde Liberi. *Paulò pòſt:* Petiuerunt vt ſibi ignoſceretur, quod hæ res abeſſent. in Ver.

Omnia genera animalium complexu teneat oportet, vt ex eodem ne quid abſit. de Vni.

Vulgus quid abſit à perfecto, ferè non ex toto intelligit. de Offi.

Aliquem abeſſe ab aliqua re. Pro, alienum & diſiunctum eſſe, & abhorrere, vt à vitijs, à virtutibus, quia ſatis percrebuiſſe puto, exemplis non declarabo. Sed, Non abeſſe quin, vt, peruulgatum non eſt, ijs enim verbis ſignificabant Latini, quod Galli ſic: *Il ne s'en fault gueres que: ou, s'en fault, &c.* quòd cum vulgus ignoret, quomodo rectè latinè dicatur, à Cicerone id diſcat.

Abeſſe non poteſt, quin eiuſdem hominis ſit probos improbare, qui improbos probet. Ora.

Prorſus nihil abeſt, quin ſim miſerrimus. At.

Aberit non longè, quin hoc à me diſcerni velit. At.

Tantum abeſt, vt: Prorſus nunc ignoratur, quemadmodum Romani illi veteres hoc genere loquendi ſint vſi: idcirco longè aliter vulgus nunc ea, quæ olim per, Tantum abeſt vt, efferebantur, proferre conſueuit. Vſum igitur verum quiſque ab ipſo Cic. diſcat, ſeſeque ipſe emendet: primùm animaduertat, quomodo bis Vt coniunxerit cum Tantum abeſt. nam aliquando alterum omittitur. Sed altero Vt, contrarium ferè antecedentis redditur.

Tantum abeſt vt libertatis inimicos ornem, vt effici

non

non poſſit, quin eos tam oderim, quàm Rempublicam diligo. in A.
Tantùm abeſt vt aliquam bonam gratiam mihi quæſiſſe videar, vt multas etiam ſimultates intelligam me ſuſcepiſſe. pro Clu.
Tantum abeſt vt id conſentaneum eſſet, vt maximè etiam repugnaret. At.
Is enim qui occultus & rectus dicitur, tantum abeſt vt ſe indicet, perficiet etiam vt dolere alterius improbè facto videatur. de Fin.
Tantum abeſt vt malum mors ſit, vt verear ne homini nihil ſit non malum aliud certè, ſed nihil bonum aliud potius. Tuſ.
At Philoſophia quidem, tantum abeſt, vt perinde ac de hominũ vita eſt merita, laudetur, vt à pleriſque neglecta, à multis etiam vituperetur. Tuſ.
Tantum abeſt vt ſcribi contra nos nolimus, vt id etiam maximè optemus. Tuſ.
Tantum abeſt, vt hæc beſtiarum cauſa parata ſint, vt ipſas beſtias hominum cauſa generatas eſſe videamus. de N.
Tantum abeſt vt amicitię propter indigentiam colantur, vt ij qui opibus & copijs, maximeque virtute prędití, liberaliſſimi ſint & beneficentiſſimi. de Am.
Tantum abeſt ne, vt, pro, vt non, poſito. Ne.
Tantum abeſt, ne (quod ij qui hoc aut magiſtrorum inopia, aut ingenij tarditate, aut laboris fuga non ſunt aſſecuti, ſolent dicere) eneruetur oratio compoſitione verborum, vt aliter in ea nec impetus vllus, nec vis eſſe poſſit. Or.
Alterum, Vt, hoc eſt, conſequentis, omiſſum.
Itaque tantum abfuit, vt inflammares animos noſtros, ſomnum iſto loco vix tenebamus. de Clar.
Tantum porrò aberat, vt binos ſcriberent, vix ſingulos confecerunt. Att.
Tantum abeſt vt, in propoſitione cõſequenti. Dixerim
me vel

me vel plurima vincula tecum ſummæ coniunctionis optare, & ſunt amoris arctiſſima: tantum abeſt, vt ego ex eo quo aſtricti ſumus, laxari aliquid velim. Att.

Interpoſitum orationi.

Qui altiore animo ſunt, totos ſe ad ſtudia doctrinæ conferunt: qua in vita tantum abeſt, vt voluptates conſectentur, etiam curas, ſolicitudines, vigilias ſuſcipiunt. de Fin.

A ſole abeſſe, iubentur ij qui apricanti officiunt. Quod noſtri barbarè dicunt, Stare ex ſole, Ire ex ſole. Eodem modo rectè poſſe dici puto, Abeſſe à lumine: vt cùm ij qui officiunt, iubentur diſcedere: pro quo vulgus ineptè, Stare ex lumine.

Ac verò Diogenes liberiùs, vt Cynicus, Alexandro roganti, Vt diceret, ſi quid ſibi opus eſſet: Nunc quidem paululum à ſole abſis, officiebat videlicet apricanti. Tuſ.

Abutor, non ſolùm vitij, quod vulgùs putat, ſed laudis quoque eſt: vt,

Quę igitur ſtudia magnorum hominum ſententia vacationem habent etiam publici muneris, ijs, concedente republ. cur non abutamur? E.

Hic tu fortaſsè eris diligens, ne quam ego horam de meis legitimis horis remittam: niſi omni tempore quod mihi lege conceſſum eſt, abuſus ero quærere. in Verr.

Lepidus obſequio meo, ſi ita faceret, ad omnia abuteretur. E.

Nos elephantorum acutiſſimis ſenſibus: nos ſagacitate canum ad vtilitatem noſtram abutimur. de N.

Annij Tribunatu, rebus omnibus pro ſalute Reip. geſtis, ad huius criminis defenſionem non abutemur. pro Mil.

Accedo. latè admodum hoc verbum patet. Quæ verò alieniora ſunt ab vſu quotidiano noſtrorum temporum, ea ſolùm indicabimus. Vſurparunt Latini

hoc verbum, cùm ſignificare vellent, ex ijs quæ proponebantur aliquid eligere, & vt vulgò dicunt, in aliquid conſentire.

Demonſtrare per amplificationem, ad vtram potius legem accedere oporteat. de In.

Cùm rem communi verbo appellaris, leuius dixiſſe videaris: cùm ad electius verbum accedas, inſigniorem facias. ad Her.

Nec illos congreſſuros, nec ſi congreſſuri eſſent, Pompeium ad vllam conditionem acceſſurum putabam. Att.

Condemnari malebant, quàm ad eius conditiones pactionéſque accedere. in Ver.

Cùr ex tot creditoribus alijs ad iſtam rationem nemo acceſſerit? pro Quint.

Similitudinem notabant quoque Latini hoc verbo, præſertim adiuncta voce, Propè: quam cùm ſemper noſtri homines eodem modo, hoc eſt nomine Simile proferant, diſcant à Cicerone, quemadmodum Similius, & Simillimum alijs quoque verbis commutare poterunt.

Poteſt accidere, vt exiſtat aliquid, quod & veriſimile videatur, & abſit longiſſimè à vero, quomodo, ſi magna ex parte ad verum ipſum, aut quàm proximè accedat. Aca.

Alexidis manum amabam, quòd tam prope accedat ad ſimilitudinem literę tuę. At.

Sanè dubitare viſus eſt Sulpitius & Cotta, vtrius oratio propius ad veritatem videretur accedere. de Or.

Ad ſimilitudinem deorum propius accedebat humana virtus, quàm figura. de N.

Qui tolerabiliores volunt eſſe, & ad veritatem vita propius accedere. de Or.

In vtramque partem dicendo & audiendo eliciant, & tanquam exprimant aliquid, quid aut verum ſit, aut ad id quàm proximè accedat. Ac.

Præſenſio & ſcientia rerum futurarum proximè ad deorum

deorum vim natura mortali accedit. de Diu.
Ad ſapientiam proximè accedere. de Amb.
In dicendo numeroſum putatur, non quod totum cõſtat è numeris, ſed quod ad numeros proximè accedit. Or.
Cum Datiuo. Duobus igitur ſummis, Craſſo & Antonio, L. Philippus proximus accedebat: ſed longo interuallo tamen proximus. de Cla.
Velim tibi perſuadeas, cùm conſtet excellere hoc genere virtutis, vt nunquam extimeſcas, nunquam perturbere, me huic tuæ virtuti proximè accedere. E.
Acceſſio. Vulgare iam non eſt ſignificaſſe olim Latinos hoc nomine ea, quę tanquam honoraria adijciebātur ad vectigalia, decumas, aut ea omnia quę dominis & principibus ex pacto pendebantur.
Ait enim, cùm Gabinio pecuniam Poſthumus cogeret ex decumis Imperatorum, pecuniam ſibi coëgiſſe: non intelligo hoc quale ſit, vtrum acceſſionem decumæ, vt noſtri facere coactores ſolent, centeſimæ, an decceſſionem de ſumma fecerit: ſi acceſſionem, vndecim millia talentum ad Gabinium peruenerunt. at non modò abs te decem millia obiecta ſunt, ſed etiam ab his æſtimata. Addo illud etiam, qui tandem conuenit, aut tam graui onere tributorũ ad tantam pecuniam cogendam mille talentum acceſſionem eſſe factam: aut in tanta mercede hominis, vt vis, auariſſimi, mille talentum deceſſionem eſſe conceſſam: neque enim fuit Gabinij remittere tantum de ſuo, neque regis imponere tantum pati ſuis. pro Rab. Poſt.
Populus publicè coactus eſt ei conferre lucri tritici modium X X V I. acceſſionem H. S. M. M. de acceſſione O. I. Decumas addixit eidem illi Decumo, hoc eſt, tritici medimnum quinque millia: acceſſionem aſcripſit H. S. M. D. in Ver. Ad ſingula medimna multi H, S. duo, multi H, S. quinque acceſ-
ſionis

ſionis cogebantur dare: qui minimum, ſingulos nummos. in Ver.

Nec nummorum acceſſionem cogebatur arator dare, nec ternas quinquageſimas frumenti addere. ibid. Iſte homo amentiſſimus in vendundis decumis, nummorum faciebat acceſſiones ad ſingulas decumas, neque multum bina aut terna millia addebat. Ibid.

Acceſſionem adiungere ædibus, Latine dictum eſt: quod barbare dicitur, partem aliquam ædificare ad ædes, aut addere partem aliquam, ampliare ædes.

Hanc Scaurus demolitus, acceſſionem adiunxit ædibus. Off.

Accidit. Gratum, iucundum, & eius generis alia accidere alicui, diuulgata ſatis non ſunt. Efferimus enim ſolùm iſtiuſmodi ſententias per verbum Eſt: vt Gratum, iucundum mihi fuit. Latini etiam hoc modo.

Omnia enim ſecundiſſima nobis, aduerſiſſima illis accidiſſe videntur. At. Quod video, tibi etiam nouum accidiſſe, tanquam mihi. Epiſtol. Quæ ſcribis ad me, minimè mihi miranda, & maximè iucunda acciderunt. Epiſt. Cognoui omnia, quæ à me profecta ſunt in te, tibi accidiſſe gratiſſima, pro Pl. In quibus ipſi aculei, ſi quos habuiſti in me reprehendendo; tamen mihi non ingrati acciderunt. At. Nam mihi omnia, quæ iucunda ex moribus alterius homini accidere poſſunt, ex illo accidebant. Epiſt. Illud mihi permirum accidit, tantam temeritatem, &c. At. Hoc mihi accidit iucundiſſimum.

Accipio. Plurimis & varijs rebus hoc verbum tribuitur: ſed in quibus aut reconditus aliquis ſenſus eſt, aut ignoratio vulgi, ea tantum in lucem proferemus. Et in primis ignorari vulgo videtur, notaſſe Latinos idem hoc verbo, quod per Tracto, ſiue

ſiue verbis, ſiue verberibus, ſiue eos quos aut hoſpites, aut conuiuas adhibemus. vt:
Spartę verò pueri ad aram ſic verberibus accipiuntur, vt multus è viſceribus ſanguis exeat: nonnunquam etiam ad necem: quorum non modo nemo exclamauit vnquam, ſed ne ingemuit quidem. Tuſc.
Nunquam fuit crudelis Verres: hominem (Sopatrem) leniter clementérque accepit, eum in ſtatua C. Marcelli diuaricari ac deligari iubet, &c. in Ver.
Qui ciues Romani quemadmodū eſſent accepti, audiſti ex ipſis: bona ſibi erepta eſſę dixere. Ibid.
Hunc ego accepi in Senatu, vt ſoleo. At.
Si inuitauerit, id quod ſolet: ſic hominem accipiemus, vt moleſtè ferat ſe de via diſceſſiſſe. pro Cl.
Quo te modo, inquit Architas villico iratior, accepiſſem, niſi iratus eſſem? Tuſ.
Accipitur Pompeius ſatis malè à Curione, & totus eius ſecundus conſulatus exagitatur. Epiſt.
Epicurum Stoici malè accipiunt. Epiſt.
Copiolæ meę ſunt extenuatiſſimæ, aut inopia omniū rerum peſſimè acceptę. Epiſt.
Excluſus ab Antiochia Dolabella, & in oppugnando malè acceptus, nulla alia confiſus vrbę, Laodiceam ſe contulit. E.
Stomachari, contumelioſè vexarę, maledicere, totis voluminibus concidere, malè accipere, figere maledictis aliquem. de N.
Eſto qui aliquanto plus cogitaſſet, malè accipit verbis Rabonium. in Ver.
Quintum puerum accepi vehementer. At.
Non multi cibi hoſpitem accipies, ſed multi ioci. Ep.
Magnificentiſſimè accipi ab aliquo hoſpitio. de D.
Hoſpitio agreſti aliquem accipere. At.
Sicilia ciues Romanos omnes ſuis ipſa ſedibus libentiſſimè ſemper accepit. in Ver.
Regio apparatu accipere aliquem. de Som.
Tribus tricliniјs accepti, οἱ περὶ αὐτὸν valdè copioſè:
libertis

libertis minus lautis ſeruíſque nihil defuit : nam lautiores eleganter accepit. At.
Sic accipere aliquem, in A.
Honorificè aliquem accipere. in Ver.
Nos Aſia accepit admirabiliter. At.
Hilarè à te acceptus ſum. de Or.
Hilaris & bene acceptus. At.
Senſibus quoque tribuitur, idémque fere valet, quod audire, vel intelligere : vt ad verbum aliquid, non ad ſententiam accipere : quod imperiti ſic efferunt: Accipere aut interpretari aliquid vt verba ſonant, non reſpicere ſententiam. Sed latè valdè in hoc ſenſu patet : vt,
Vt contrà ac dicat, accipi ac ſentiri velit. Or.
Vim verbi in aliud atque cæteri accipiant, poſſe ducere. de Inuent.
Ea quæ parùm acceperis quęrere. Ep.
Hunc locum, ſiquidem ego te accipio, dicere Arpinum germanam patriam eſſe veſtram. de Leg.
Sed quem accepi ipſe oculis atque animo ſenſum, hũc verè apud vos, vt potero planiſſimè exponam. in V.
Vt de Socrate accepimus. Off.
Accepiſſemque fama & auditione eſſe quoddam numen, &c. de N.
Cùm Græcas literas M. Catonem in ſenectute didiciſſe acceperim. Aca.
Ceremoniæ ab omni vetuſtate acceptæ. de Ar.
Sic enim à maioribus noſtris accepimus. in V.
Sic etiam accipere aliquid in bonam aut malam partem, aut aliquo modo aliquid accipere, idem quod interpretari: vt,
Non tam intereſt, quo animo aliquid ſcribatur, quàm quo accipiatur. E.
Tento enim te quo animo accipias.
Sed quonam modo accipies ſeueritatem meam. in A.
Tu autem velim ad eum ſcribas de his rebus, vt ſciam quomodo hæc accipiat. At.
Pericu-

Periculoſè dico, quemadmodum accepturi ſitis, horreo. in Ant.

Quemadmodum hoc accepturum nationes exteras, quemadmodum huius tui facti famam in regna aliorum, atque in vltimas terras peruenturum putaſti? in Ver.

Tecum ago, vt iam ab ipſa cõmiſſione ad me, quemadmodum ij ludi accipiantur, perſequare. Att.

Audebo hoc dicere, & tu, vt ſoles, accipies. At.

Timere quomodo accipiant. ad Her.

Si es natura φιλάιτιος, hoc aſſequere, vt in quam partem accipias, minus laborem. E.

Quæ quidem in eam partem accepta ſunt Cæſar, vt eũ ampliſſimo honore & nomine affeceris. In Ant.

Accipiet in optimam partem C. Panſa, etenim dicam animo amiciſſimo. In Ant.

Proſpicio nobis in hac calamitate tabeſcendum eſſe: neque enim (ſed bonam in partem accipies) At.

Quod rogas vt in bonam partem accipiam, ſi quã ſunt in tuis literis, quę me mordeant, ego verò in optimam. At.

Illud enim non accipio in bonam partem, quod ad me ſcribis. At.

Quod dicam, in bonam partem accipias. At.

Cæſar mihi ignoſcit per literas, quòd non venerim, ſeſeque id in optimam partem accipere dicit. At.

De tua fide & beneuolentia in nos niſi perſuaſum eſſet nobis, non conſcripſiſſemus tibi hæc, quæ profectò, quando iſtum animum habes, in optimam partem accipies. E.

Duriùs accipere hoc mihi viſus eſt quàm vellem, & quàm homines belli ſolent. At.

Vberiores erimus, ſi & ille libenter accipiet, & ij ſubiungentur, qui villam me moleſtè ferunt habere. At.

Monendi amici ſæpe ſunt, & obiurgandi: & hæc accipienda amicè, cùm beneuolè fiunt. de Amb.

Monere

Monere & moneri proprium eſt amicitiæ: & alterum liberè facere, non aſperè: alterum patienter accipere, non repugnanter. de Am.

Ea te moderatè accepiſſe, neque temerè credendum indicaſſe, à meis procuratoribus certior ſum factus. E.

Velim, mi Attice, fortiter hæc accipias: vt ego ſcribo. At.

Quantò nunc hoc idem accipiet aſperius! At.

Quod facinus in alienum hominem illatum ſeuerè acciperet, id omiſiſſet curare in hoſpite? pro Cæl.

Beneficium accipere in contumeliam. At.

Singuli caſus humanarum miſeriarum grauiter accipiuntur, ſi dicantur dolenter. de Or.

Quicquid in eum iudicij officijque contuleris, exiſtimabis id ita me accipere, vt in me ipſum te putem contuliſſe. E.

Id tu, vt videbitur, ita accipies. At.

Habes à patre munus, Marce fili, mea quidem ſententia magnum, ſed perinde erit, vt acceperis. de Off.

Vt volet quiſq; accipiat: ego tamen frugalitatem iudico maximam eſſe virtutem. in A.

Id tu, ſi me aliter ac debuit, acceperit, lenies. At.

Contrà accipi aliquid velle ac dicat. Or.

Item, *Accipere dolorem*, damnum, iniuriā, & ea omnia quibus quis afficitur: vt,

Non me hercule criminis augendi cauſa dicam Iud. ſed quem accepi ipſe oculis, animóque ſenſum, hunc verè apud vos, & vt potero, planiſſimè exponam. in V.

Quid tu exiſtimes eſſe in amicitia mutuum, neſcio; equidem hoc arbitror, cùm par voluntas accipitur & redditur. E.

Voluptatem hanc eſſe omnes ſentiunt, quam ſenſus accipiens mouetur, & iucunditate quadam perfunditur. de Fin.

De virtute & grauitate Cæſaris, quam in ſummo

dolore

BIBLIOTECA

dolore adhibuiſſet, magnam ex epiſtola tua accepi voluptatem. At.
De aliquo falſam opinionem accipere. E.
Accepi, Pontifices, magnum atque incredibilem dolorem. pro Dom.
Si voluptatis ſenſum capit, doloris etiam capit: quod autem dolorem accipit, id accipiat etiam interitum neceſſe eſt. de N.
Animaduerti te dolorem quem acceperis, tum ſummi viri, tum amiciſſimi morte, ferre moderatè. de Amb.
Quantum dolorem acceperim, & quanto fructu ſim priuatus, & forenſi, & domeſtico, Lucij fratris noſtri morte, &c. At.
Magnum dolorem accipere, ſi aliquid accidat. At.
In oppido aliquo mallem reſediſſe, quoad accerſerer: minus ſermonis ſubijſſem, minus accepiſſem doloris, imò hoc me non angeret. At.
Omne animal ad accipiendam vim externam & ferendam paratum eſt. de N.
Nihil igitur hunc virum ſagittæ, quas ab Hercule acceperat, tum conſolabantur. Tuſc.
Vulnus accipere in capite ab aliquo. in Ver.
Ille etiam graue tum vulnus accepit, ne quid de ſumma dignitate reip. minueretur. in C.
Tanquam fortis in pugna vir, acceptis à forti aduerſario vulneribus aduerſis & honeſtis cadere videtur. pro Dom.
Ob conſtantiam voluntariam vulnus accipere. pro Planco.
Tribunus plebis plus viginti vulneribus acceptis ſublatus è prælio, reipubl. vitam reſeruauit. pro Seſt.
Sp. Caruilius grauiter claudicans ex vulnere ob rempubl. accepto. de Or.
Qua in fuga magna autoritate Oſates dux Parth. vulnus accepit, eóque interijt paucis pòſt diebus. Att.
Seſtius multis in tẽplo Caſtoris vulneribus acceptis, ſubſidio Beſtię ſeruatus eſt. Att.

Plagam

Plagam accipere. Ego verò, ſi mihi vni pereundum fuiſſet, ac non accipienda plaga mihi inſanabilis, illi mortifera, quā reip. impoſuiſſet, ſemel perire tamen iudices maluiſſem, quàm bis vincere. pro Cælio.
Tranſlatè ſemper Cicero vtitur.
Plagam accipere, ſæpiùs transfertur à Cicerone ad dāna aut mala, quæ aut nos, aut reſp. accipit.
Ille locus inductus eſt à me diuinitùs, ne vna plaga accepta patres conſcripti conciderent, ne deficerent, vulnus eſſe eiuſmodi. At.
Plagam aliquam in aliquo loco accipere. At.
Iniuriam. Etenim ſi plurimas à tuo Prætore iniurias accepiſſes, tamen eas ferendo, maiorem laudem quàm vlciſcendo mererere. in Ver.
Accipere ignominiam & contumeliam. in Ver.
Flamma ex ipſo incendio nauium, & calamitatem acceptam, & periculum reliquum nunciabat. in Ver.
In cæteris rebus cùm venit calamitas, tum detrimentum accipitur. Pro Pom.
Poſt acceptam illam cladem explicatum eſt. de D.
Marius duabus ædilitatis acceptis repulſis, ſepties conſul eſt factus. pro Dom.
Accommodo, pro commodo vulgò quidem vſurpatur, ſed Dare, accipere accommodato, aut commodato, quomodo quidam loquuntur, apud eos auctores, quos imitari debemus, non inuenitur. Mutuari, aut mutuo dare, Latini dixerunt, & vtendum accipere: non accommodato accipere. Sed quemadmodum per Accommodare id efferatur latinè, quod vulgò per accommodare, aut Commodato dare, ex Cicerone videamus, vt,
Iſte hoſpites domum deducit, ait ſe ædes maximas amico cuidam ad nuptias accommodaſſe: nunciat interea puer argentum repeti: pertimuerat enim qui accommodarat. Apagite, inquit, ædes commodaui, de In.
Peto à te maiorem in modum, quod ſine tua moleſtia fiat,

Digitized by Google

fiat, vt C. Aniano Euandro de habitatione accommodes. Nam propter opera inſtituta multa multorum, ſubitum eſt ei remigrare Calen. Quintil. E.
Si quid iſte ſuorum Ædilib. accommodauit. in Ver.
Accumbo, accubans. Quoniam imperiti vim & vſum huius verbi ignorant, dicunt pro eo, Sedere ad mēſam, ſedere ad edendum: quod Latini ſignificarunt verbo Accumbo; vt,
Accubueram hora nona, cùm ad te harum exemplum in codicillis exaraui. dices, vbi? apud Volumnium Eutrapelum: & quidē ſupra me Atticus, infra Verrius familiares tui. E.
Infra Eutrapelum Cytheris accubuit. E.
Tum ille vt aliquid reſponderet, negauit moris Græcorum, vt in conuiuio virorum accumberent mulieres. in Ver.
Accubans, participium, non accumbens, apud Ci.
Ille erat in tribunali proximus, in cubiculo ſocius, in conuiuio dominus, ac tum maximè, cùm accubante prætextato Prętoris filio, in conuiuio ſaltare nudus cœperat. in Ver.
Ebrioſos ſobrijs inſidiari, dormientes vigilantibus, qui mihi accubantes in conuiuijs complexi mulieres impudicas, vino languidi, confecti cibo, ſertis redimiti, vnguentis obliti, debilitati ſtupris eructant ſermonibus ſuis cædem bonorum, atque vrbis incendia. in Cat.
Hęc conſcripſi 10. Calend. accubans apud Veſtorium. At.
Accuratus, a, um. Cicero, & qui ante eum fuerunt, hoc verbo ſignificarunt, quod recentiores per Exactus, ex quo vnà cum temporibus, & linguam mutatam eſſe intelligimus. Sic enim ille eſt locutus. vt,
Sin ex circumſpectione aliqua, & accurata conſideratione, quod viſum ſit, id ſe dicēt ſequi, tamen exitum non habebunt. Aca.
Caluus accuratius quoddam dicendi, & exquiſitius affere-

afferebat genus. de Cla.
Quid enim aut tam viſendum, aut audiendum fuit, quàm ſummorum oratorũ in grauiſſima cauſa, accurata & inimicitijs incenſa contentio. de Op.
Intellectum eſt quantam vim habeat accurata & facta quodammodo oratio. de Cla.
Erat enim cùm incitata & vibrans, tum etiam accurata & polita oratio. de Cla.
Accuratè. Quia ſcribis dialogos & deſiderari à Varrone, & magni illum æſtimare, eos confeci & abſolui, neſcio quàm bene: ſed ita accuratè, vt nihil poſſit ſupra. At.
De aliquo crimine exquiſitè & accuratè diſputare. de Cla.
Quæ feciſſet honoris eorum cauſa ſtudioſè accuratéque feciſſe. At.
Diligenter apud Cottam familiarem meum, accuratè ſanè & diligenter de dijs immortalibus diſputatum eſt. de Nat.
Cauſam pro publicanis Lælius accuratè elegantérque dixit. de Cla.
Quæ verò accuratè cogitatéque ſcripſiſſet, ea ſic vidi probari, vt ad veterum ſcriptorũm laudem peruenirent. pro Arch.
Acquieſco, vulgo minus notum eſt, cùm animo attribuitur, quo nos quaſi in re aliqua quieſcimus.
Tam moueor, quàm tu Luculle: neque me minus hominem, quàm te putaueris: tantum intereſt quòd tu cùm es commotus, acquieſcis, aſſentiris, approbas. Aca.
Attica me valde angit. Sed crebrò regusto tuas literas, in his acquieſco. At.
Sed cùm me ęgritudo non ſolùm ſomno priuaret, verùm ne vigilare quidem ſine ſummo dolore pateretur, tecum vt quaſi loquerer, in quo vno acquieſco. At.
Habeo enim nihil tentatis rebus omnibus, in quo acquieſcam: nam dum illud tractabam, de quo antea ſcripſi ad te, quaſi fouebam dolores meos. Att.

Nulla eſt reſp. quæ delectet, in qua acquieſcam. At.
Viciſſim autem ſenes in adoleſcentium charitate acquieſcimus: vt in veſtra, & Q. Tuberonis equidem admodum adoleſcentis; & P. Rutilij Virginij familiaritate delector. de Se.
Non enim vt tum me à republ. mœſtum domus excipiebat, quæ leuaret: ſic nunc domo mœrens ad rempub. confugere poſſum, vt in eius bonis acquieſcam. Itaque & domo abſum, & foro, quòd nec eum dolorem, quem à republ. capio, domus iam conſolari poteſt, nec domeſticum reſpubl. E.
Cuius in animo improbitas verſatur, nunquam ſinit eum reſpirare, nunquam acquieſcere. de Fin.
His vero temporibus habemus aliud nihil, in quo acquieſcamus. P.
Artes noſtræ, neſcio quomodo nunc vberiores fructus ferre videntur, quàm olim ferebant, ſiue quia nulla nunc in re aliá acquieſcimus: ſiue quòd grauitas morbi facit, vt medicinæ egeamus. E.
Dico intra domeſticos parietes: dico extra conuentum, & eam frequentiam, in qua oratorum ſtudia niti ſolent: in tuis oculis, in tuo ore vultúque acquieſco: te vnum intueor, ad te vnum omnis mea ſpectat oratio. At.
Neque vt ea cognoſcas, quæ tibi notiſſima ad te mitto, ſed quia facillimè in nomine tuo acquieſco, & quia te habeo æquiſſimum eorum ſtudiorum, quæ mihi communia tecum ſunt, æſtimatorem & iudicem. de Fin.
Equidem ex his etiam fructum capio laboris mei, qui iam ætate prouecti in noſtris libris acquieſcunt. de D.
Quare cùm aures extremum ſemper exſpectet, in eo acquieſcant, id vacare numero non oportet. Or.
Adæquo. Et vis, & vſus huius verbi vulgò ignoratur: ſignificatur enim eo, par eſſe aliquid alicui: iungitúrque vt comparationes omnes præpoſitioni Cũ, nonnunquam etiam accuſatiuo: vt,
Cognouit

Cognouit adoleſcens: placuit homini prudentiſſimo: in ſumma amicorũ copia cum familiariſſimis eius eſt adæquatus. Pro Cor. Bal.

Quid noſter hic magnus, qui cum virtute fortunam adæquauit? Pro Arch.

Inſidet quędam in optimo quoque virtus, quę noctes & dies animum gloriæ ſtimulis concitat, atque admonet, non cum vitæ tempore eſſe dimittendam cõmemorationem nominis noſtri, ſed cum omni poſteritate eſſe adæquandam. pro Arch.

Quæ à meipſo facta ſunt, deorum vitam poſſint adæquare. de Vni.

Senatorum enim vrna copioſè abſoluit, equitum adæquauit, Tribuni ærarij condemnarunt. At.

Addico. Verbum hoc nunc ſermone quotidiano ſatis tritum non eſt: præſertim cùm in commercijs, res quæ alicui promittuntur, & traduntur in venditionibus, addici dicuntur: vt,

Thermitani miſerunt, qui decumas emerent agri ſui: appoſitus erat Venuleus quidẽ qui emeret: is liceri nõ deſtitit: illi quod videbatur, ferri aliquo modo poſſe cõtenderunt: poſtremò liceri deſtiterunt. Addicitur Venuleio tritici modijs. VIII. mil. Legatus Poſſidorus renunciat. Cùm omnibus hoc intolerandum videretur, tamen Venuleio dantur, ne accedat tritici, &c. in V.

Ebutio negotium datur, adeſt ad tabulam: licetur Ebutius, deterrentur emptores multi, partim gratia Cæſennię, partim etiam pretio: fundus addicitur Ebutio: pecuniã argentario promittit Ebutius. quo teſtimonio nunc vir optimus vtitur, ſibi emptum eſſe: quaſi verò aut nos ei negemus additum, aut tum quiſquam fuerit qui dubitarit, quin emeretur Cęſennię. pro Ce.

Cùm iam addictis & venditis decumis ſubitò noua naſcebantur edicta. in Ver.

Si doceo pluris aliquanto te potuiſſe vendere: neque his voluiſſe addicere, qui contra Apronium licerentur: & Apronio multo minoris quàm alijs po-

Digitized by Google

tueris tradidiſſe. in Ver.

Vendebas auctoritatem huius ordinis : addicebas Tribuno pl. conſulatum tuum. in Vat.

Frequens ſenatus agendo te de vendita atque addicta ſententia mouere non potuit. in A.

Vnius agri decumas 30. modijs minoris vendidiſſe, quàm potuerit : Minutio ideo te non tradidiſſe, quòd iam addixiſſes Apronio. in Ver.

Neminem inuenire potuit, cui ſedes meas addiceret, cui traderet, cui donaret. pro Dom.

Addo. In aliquid addere aliquid dixerunt Latini quoque, vt addere alicui, ſed minus illud peruulgatum : vt,

In illam orationem Metellinam addidi quædam. At. Cur ergo in illud quotidianum interdictum, Vnde ille me vi deiecit, additur, Cùm ego poſſiderem. pro Cec.

Miſi ad te epiſtolas ad Martianum & ad Montanum, eas in eundem faſciculum velim addas. At.

Adduco, Latè admodum hoc verbum patet. Generatim itaque complectemur formas nobis non vſitatas, vt veteribus. Primùm huic verbo opponi Remitto, & dici de ijs quæ contenduntur, vulgaris conſuetudo ignorat : vt,

Cùm autem ille reſpondiſſet in agro ambulanti, ramulum adductum, vt remiſſus eſſet, in oculum ſuũ recidiſſe : tum Socrates. de D.

Commodiſſimum eſſe quàm laxiſſimas habenas habere amicitiæ: quas vel adducas cùm velis, vel remittas. de Am.

Baliſtę lapidum, & reliqua tormenta telorum eò grauiores emiſſiones habent, quò ſunt contenta atque adducta vehementiùs. Tuſc.

Deinde idem valere quod commouere aliquem ad aliquid, & quaſi perſuadere omnes latinè loquentes norunt. Tribus rebus homines maximè ad beneuolentiam, atque hæc ſuffragandi ſtudia ducuntur: beneficio, ſpe, adiunctione animi, vel voluntate. pôſt, Minimis beneficijs adducuntur homines,

vt ſatis. de Pet.
Si ſpe, ſi metu, ſi iracundia, ſi miſericordia impulſi, ſi præmio, ſi gratia adducti. Par.
Vt ad ſceleratorum pœnam amore reip. ſum adductus, ſic ad ſalutem innocentium voluntate deductus. pro Syl.
Tu tuas inimicitias vt reip. donares, te viciſti: alienas vt contra rempub. confirmes, adduceris. E.
Hoc neceſſe eſt vt is qui nobis cauſam adiudicaturus ſit, aut inclinatione voluntatis propendeat in nos, aut defenſionis argumentis adducatur, aut animi permotione cogatur. de Or.
Iſta enim me res adducebat. Att.
Cauſa reip. me adducit. Att.
Summa neceſſitudine, & ſumma coniunctione adductum commendare aliquem. E.
Ego enim ſi aut oſtentatione aliqua adductus, aut ſtudio certandi ad hanc potiſſimùm philoſophiam me applicaui. At.
Neque id magis amicitia adductus Clodij fecit, quàm ſtudio perditarum rerum. At.
In mala, vt diſcrimen, pericula, & ſimilia, *adduci aliquem*, inculcatum ſanè omnibus non eſt.
Aliquem in ſummas anguſtias adducere. Pro Qu.
A Lepido in ſummam ſolicitudinē adducti ſumus. F.
Vectius ille noſter iudex Cęſari pollicitus eſt, ſeſe curaturum, vt in aliquam ſuſpicionem facinoris Curio filius adduceretur. At.
In odium, in inuidiam, in contemptionem aduerſarios adducere. de In.
Aliquem in ſeruitutem adducere. de Pro.
Illos mei tam cupidos, non modò ad certam mortem, ſed in magnum vitæ diſcrimen adducere. Pro Cœl.
Homo nequam, turpis, improbus, multis flagitijs contaminatus in iudicium eſt adductus. pro. Clu.
Reum condemnatum in iudicium adducere. in Ver.
Aliquem in ius adducere. pro Clu.
Alicuius fidem in ſuſpicionem adducere. E.
Dignitatē alicuius in diſcrimem adducere, pro Planc.

Adeo. Frequenter Cicero hac voce orationem auget & exaggerat: idemque ferè ſignificat, quod quin, aut imò etiam: quæ cùm rariùs in orationibus noſtrorum hominum appareat, reuocandam & reſtituendam eſſe cum alijs innumeris cenſebam.
Habere domum clauſam pudori & ſanctimoniæ, patentem atque adeò expoſitam cupiditati & voluptatibus. pro Qu.
Hoc conſilio, atque adeò hac amentia impulſi, eum iugulandum vobis tradiderunt. pro Q. R.
Hoc timent homines, hoc laborant, hoc inſtitui, atque adeò inſtitutum referri ac renouari moleſtè ferunt, in V.
Mihi ſi quid deberetur, peterem, atque adeò iam pridem abſtuliſſem: pro Qu.
Quoid iure, atque adeò quoid potius ore feciſti? in V.
Iunium non deſceptatione dicendi, ſed clamore hominum de foro, atque adeò de ciuitate eſſe ſublatum. pro Cn.
De huius vrbis, atque adeò totius orbis terrarum exitio cogitare. in Cat.
Etiam atque etiam inſto, atque vrgeo, inſector, poſco, atque adeò flagito crimen. pro Plan.
Sed aliquid, atque adeò multa addunt & aſſerunt de ſuo. E.
Nihil adoleſcente tuo, atque adeò noſtro, aut amabilius. Epiſt.
Dij immortales, túne etiam, atque adeò vos geminæ voragines ſcopuliqúe reipub. vos meam fortunam deprimitis? in Piſ.
Si in iſtum animaduerſum non ſit, ſibi relinquendas domos ac ſedes ſuas, & ex Sicilia decedendum, atque adeò fugiendum eſſe arbitrentur. in V.
Mihimet ineunda ratio & via reperienda eſt, qua ad Apronij quæſtum, ſiue adeò qua ad iſtius ingentem immanemque prędam poſſim peruenire. in Ver.
Adire in ius, peruulgatum non eſt: Imperiti,
Ante iudicium aliquem vocare, ad iudicium ire.
Ante-

Antequam in ius aditum eſt, antequam denique mentio controuerſiæ facta eſſet. in Ver.
Cùm ad prætorem in ius adiſſemus. in Ver.
Direptionibus meorum bonorum in jus adeundi poteſtatem non fecit. Poſt.
De ſuis controuerſijs in ius adire. Att.
Adire hæreditatem. Latinæ linguæ proprius modus: quem Barbari exprimunt ſuo more, per, Hæreditatem diuidere, partiri.
Hæreditatem adire. in Ver.
Fecit Sulpitius hæredem M. Octauium Ligurem: Ligur hæreditatem adijt. in V.
Video qui teſtamentum factum eſſe confirmet: auctoritatem Senatus extare hæreditatis aditę ſentio. contra Rul.
Teſtamentum ſæpè fecit noſtris legibus, & adijt hæreditatem ciuium Rom. pro Syl.
Patris hæreditatem adire. in A.
Multas hæreditates adire. de In.
Ij qui hęredes erant teſtamento hæreditatem adeunt. At.
Adhæreſco. noſtris hominibus hoc verbum notum non eſt, vt fuit olim Latinis: quare his vijs conſuetudine teratur, vſum verò & vim exempla facilè demonſtrabunt.
Olim Neſculcio illo æris alieni in freto ad columnam adhæreſceret, in Tribunatus portum perfugit. pro Cæl.
Ipſe verò vtique fac venias, ſi potes in his locis adhęreſcere, & Pyleam adducere. At.
Sirenes neque vocum ſuauitate videntur, aut nouitate quadam & varietate cãtandi reuocare eos ſolitę, qui præteruehebantur, ſed quia multa ſe ſcire profitebantur, vt homines ad earum ſaxa diſcendi cupiditate adhæreſcerent. de Fin.
Ad quamcumque ſunt diſciplinam quaſi tempeſtate delati, ad eam tanquam ad ſaxum adhæreſcunt. At.
Sanè tanquam in quodam ſilice iam omnia adhæreſcunt. E.

Digitized by Google

In me vno conſulares faces iactæ manibus Tribunitijs; in me omnia, quę ego quondam retuderam, coniurationis nefaria tela adhæſerunt. pro Do.
Nónne prouidendum Senatui fuit, ne in hanc tantam materiam ſeditionis iſta funeſta fax adhæreſceret? pro Dom.
Omninoque ita iuſtitiæ honeſtatiq́ue adhæreſcet, vt dum eam cõſeruet, quemuis grauiter offendat. Off.
Dixiſti non tam ea quæ recta eſſent probari, quàm quæ praua ſunt, faſtidijs adhæreſcere. R.
Hortenſius in celeritate & continuatione verborum adhæreſcens, ſui diſſimilior videbatur fieri quotidie. de Orat.
Calidij oratio ita pura fuit, vt nihil liquidius: ita fluebat, vt nuſquam adhæreſceret. de Or.
Adhibeo. Latè huius verbi vſus patet: ſed quæ à vulgari conſuetudine aliena ſunt, paucis capitibus comprehendi poterunt. In aliquid aliquem aut in aliquem aliquid adhibere: vt in conuiuium, conſilium, & eius generis alia, non tam nota eſſe videntur, quàm ad conuiuiũ, ad conſilium adhibere. Sed hoc proximum apud Ciceronem non extat, dicit quidem, Ad deliberationes aliquem adhibere, ſed non ad conſilium.
Itaque nonnullæ mulieres ex eo numero in conuiuiũ adhibebantur palàm. in V.
Tecum loquere, te adhibe in conſilium, te audi, tibi obtempera, alteri qui melius dare conſilium, quàm tu, non facilè inueniri poteſt. E.
Aratus Sicyonius adhibuit ſibi in conſilium quindecim principes, cum quibus cauſas cognouit. Off.
Ne adhibeas in conſilium cogitationum tuarum deſperationem, aut timorem. E.
Sed quid ego veſtram crudelitatem expromo, quam in meipſum, ac meos adhibuiſtis? pro Dom.
In id autem genus, in quo de expetendo, fugiendoque quæritur, adhibentur ea quæ ſunt animi, aut corporis, aut externa vel commoda, vel incommoda. To.
Aliquem in auſpicium adhibere. de Diu.
Cum

Cum datiuo quoque iungitur, vt cum accuſatiuo: ſed hoc illo vſitatius noſtris eſt. Quanquam vim adhibere & negotium ad aliquem, non rectè dicitur.

Eum detrudi, cui manus afferuntur, neceſſe eſt, inquam, ſi ad verbum rem volumus attingere, neminem ſtatu detruſum, qui non adhibita vi, manu demotus & actus princeps intelligatur. pro Cęc.

Nulla res tanta exiſtit, Iudices, vt poſſit vim mihi maiorem adhibere metus quàm fides. pro Roſ. Am.

Mitto adhibitam vim ingenuis, matres familias violatas. in V.

Maior vis adhibita ei eſt, cuius animus eſt perterritus, quàm illi, cuius corpus vulneratum eſt. pro Cæc.

De fortunis omnibus P. Quintius deturbandus eſt, potẽtes, diſerti, nobiles omnes aduocandi ſunt, adhibenda vis eſt veritati. pro Qu.

Quod cùm audiuiſſet adoleſcens filius, negotium adhiberi patri, accurrit Romam. Off.

Quid eſt quod vllos dijs immortalibus cultus, honores, preces adhibeamus? de N.

Omnis cultus & curatio corporis erit eadem adhibenda Deo, quę adhibetur homini. de N.

Hos delectat aſſentatio, his fictus ad eorum voluntatem ſermo cùm adhibetur. de Am.

Eadem eſt omnibus adhibenda oratio. Tuſ.

Atque vtinam his omnibus abſtergere fletum ſententijs noſtris conſultisque poſſemus, vel aliqua talis adhiberi publicè poſſet oratio, qua deponerent mœrorem. in A.

Sicut medico diligenti, priuſquam conetur ægro medicinam adhibere, non ſolùm morbus eius, cui mederi volet, ſed etiam conſuetudo valentis, & natura corporis cognoſcenda eſt. de Or.

A philoſophia remedia morbis animorum adhiberi. Tuſcul.

Cohortui, vt aliquando medicinam reipub. adhiberetis: non ea eſt medicina, cùm ſanæ parti corporis

ſcalpellum adhibetur atque integræ, carnificina eſt iſti, & crudelitas. pro Cęl.

Vt vinum ægrotis, quia prodeſt rarò, nocet ſæpiſſimè, melius eſt non adhibere omninò, quàm ſpe dubiæ ſalutis in apertam perniciem incurrere. de N.

Nulla enim remedia quæ vulneribus adhibentur, tam faciunt dolorem, quàm quæ ſunt ſalutaria. in A.

Omnibus his nullàne eſt adhibenda curatio? Tuſ.

Quapropter in adeundis periculis conſuetudo medicorum imitanda eſt: qui leuiter ægrotantes, leuiter curant: grauioribus autem morbis periculoſas curationes & ancipites adhibere coguntur. Off.

Conſolationem tu mihi Brute adhibuiſti tuis ſuauiſſimis literis. de Cla.

Omnes eos motus, quos orator adhibere volet iudici, in ipſo oratore impreſſos atque inuſtos eſſe. de O.

Iſocrates, acerrimo ingenio Theopompi frenos, leniſſimo Ephori calcaria adhibuit. de Orat.

Athenienſes omnibus ſemper publicis conſilijs diuinos quoſdam ſacerdotes, quos μάντεις vocant, adhibuerunt, & Lacedæmonij regibus ſuis augurem aſſeſſorem dederunt: itemque ſenibus (ſic enim conſilium publicum appellabant) augurem intereſſe voluerunt. de D.

Adigere arbitrum pro ſocio, aut omiſſo ſocio, iureconſultorum formula loquendi, qua ſignificatur, aliquem vocare ad arbitrum, qui à magiſtratu, ad conſtituendum ex æquo & bono, eſt conſtitutus.

Quæ cùm ita ſint, cur non arbitrum pro ſocio adegeris Q. Roſcium quæro: formulam non noras? *poſt paulò*: Quem per arbitrum circumuenire non poſſes, cuius de ea re non erat proprium iudicium, nunc per iudicem condemnabis, cuius de ea re nullum eſt arbitrium? pro Roſ.

Si in vrbe de finibus cõtrouerſia eſt, quia fines magis agrorum videntur eſſe, quàm vrbis, finibus regendis adigere arbitrum non poſſis. Top.

Itaque Calphurnius cùm demolitus eſſet, cognouiſ-

ſetque Claudium ædes poſtea proſcripſiſſe, quas eſſet ab auguribus demoliri iuſſus, arbitrum illum adegit, quicquid ſibi de ea re facere oporteret ex fide bona. M. Cato iudex ita pronūciauit, cùm in venundando rem eam ſciſſet, & non pronunciauiſſet, emptori damnum præſtari oportere. Off.
Adijcere oculos alicui rei, Latinorum proprium loquendi genus, quo ſignificabant cupiditatem alicuius rei.
In ſacrificium cogitatam libidinē intulit: quò ne impudentiam oculorum quidem adijci fas fuit. de D.
An vos aliter exiſtimabitis, cùm ad omnia veſtra pauci homines cupiditatis oculos adiecissent? contra Rul.
Deinde qui iſtum nôſſent, partim ſuſpicabantur, partim planè videbant adiectum eſſe oculum hæreditati. in V.
Adiudico, id ſignificare, cui contrarium eſt abiudicare, peruulgatum ſatis non eſt.
Rullus Pop. Romano adiudicabit. *paulò pòſt:* Iudicabit Alexandriam regis eſſe: à Pop. Rom. abiudicabit. primùm Pop. Romani hæreditatem Decemuiri iudicēt? cùm vos volueritis, de priuatis hęreditatibus Centumuiros iudicare? deinde quis aget cauſam Po. Romani? vbi res iſta agetur? qui ſunt iſti Decemuiri, quos perſpiciamus regnū Alexandriæ Ptolomæo gratis adiudicaturos? contra Rul.
Poſſidere agros in ora maritima regem Hyempſalem, quos Publius Africanus Po. Romano adiudicarit. contra Rul.
Nemo enim dubitat, quin domus eſſet adiudicata, At.
Quòd ſi ipſa reſpubl. iudicaret, aut, ſi omne ius decretis eius ſtatueretur, Antonióne, an Bruto legiones Po. Romani adiudicaret. in A.
In medio relictum quod erat Pop. Romano adiudicauit. Off.
Neceſſe eſt, vt is qui nobis cauſā adiudicaturus eſt, inclinatione voluntatis propendeat in nos. de Or.
Iſtę in poſſeſſionem bonorum mulieris mittit: ipſam

Veneri in ſeruitutem adiudicat. in V.

Adiungo, ſæpe coniungit Cicero cum nominibus coniunctionem & amicitiam ſignificantibus, quod minimè vulgare eſſe videtur.

Illud non dubito, quin, ſi te ſumma mea erga te ſtudia parum mihi adiunxerunt, reſpub. nos inter nos conciliatura, coniunctura que ſit. Ep.

Proprium hoc ſtatuo eſſe virtutis, conciliare ſibi animos hominum, & ad vſus ſuos adiungere. Off.

Virtutem elucere, ad quam ſe ſimilis animus applicet & adiungat. de Amic.

Adiungere ſibi gratiſſimos optimosque adoleſcentes. E.

Virum bonum tua amicitia dignum tibi adiunxeris, mihique gratiſſimum feceris. E.

Dubium mihi non eſt, quin is qui nouas neceſſitudines adiungat, vetera ſua beneficia conſeruare velit. E.

Cæſar ſolet infirmorum hominum amicitias ſibi qualibet impenſa adiungere. E.

Prætor offenſionem vitat æquabilitate decernendi, beneuolentiam adiungit lenitate audiendi. pro Mur.

Ego autem tibi hoc confirmo, eſſe neminem, niſi aliqua neceſſitudine competitorum alicui tuorum ſit adiunctus. de Nat.

Nam quid incipiat Antonius homines adiungere atque inuitare ad amicitiam, quos per ſe ſuo nomine appellare non poſſit? ibidem de Pet.

Ex ijs principes ad amicitiam tuam ſi adiunxeris, per eam reliquam multitudinem facilè tenebis. de Pet.

Si quàm liberaliſſimè tractes, bonos viros ad tuam neceſſitudinem adiunxeris, municipiumque gratiſſimum beneficio tuo adiunxeris. Epiſt.

Admiſceo. Ad aliquid, aut aliquò aliquem admiſcere, latinè dicitur, quod barbarè, Connumerare aliquem in numero aliquo.

In hac ego legatione ſim, aut ad id conſilium admiſcear, in quo. in A.

Trebatium verò meum quod admiſceas, nihil eſt. At.
Admitto idem valere quod committo, & ſceleribus & flagitijs tribui, peruulgatum non eſt. Sed in ſe aliquid admittere dicimus, non Committere: quod cùm proprium ſit huius verbi, hoc loco potiſsimum eius vſum obſeruandum eſſe putauimus.
Si quid prętermiſſum à me fuerit, commiſſum facinus, & admiſſum dedecus confitebor. Epiſt.
Maleficia admittere & committere. pro Roſ.
Quod flagitium Lentulus cum Antronio non accepit? quod ſine eodem illo Catilina facinus admiſit? pro Sylla.
Eiuſdem eſſe, qui in illa re peccarit, & hæc quoque admiſiſſe. de In.
Quodnam concepi tantum ſcelus, aut quod in me tantum facinus admiſi? pro Mil.
Id te admiſiſſe concedis, quod ne mendacio quidem tegere poſſis. pro Q.
Quid quiſque voluerit, cogitarit, admiſerit. pro Syl.
Si admiſiſſet aliquid, quod non poſsit honeſtè vereque defendere. pro Mil.
Sperabam fore, vt aliquid conueniret potiùs, quàm aut hic tantum ſceleris, aut ille tantum flagitij admitteret. At.
Deos intueri qualis quiſque ſit, quid agat, quid in ſe admittat. de L.
Quid vnquam Habitus in ſe admiſit: vt hoc tantum ab eo facinus non abhorrere videatur? pro Clu.
Ea in te admiſiſti, quæ à verecundo inimico audire non poſſes. in A.
Cauſa de parricidio dicitur, per ſeruos admiſit. pro Roſ. Am.
Publicus ſacerdos audaciam in admittendis religionibus fœdis damnet, atque impiam iudicet. de L.
Admoneo. Cum genitiuo & ablatiuo iungi hoc verbum, notum ſatis eſt: ſed cum duobus accuſatiuis non item.
Etiam illud te admoneo, ne. At.
Cleomenes admonet illud, quod iſtum fugerat. in V.
Illud ta-

Illud tamen te eſſe admonitum volo: primùm, qualis es. pro Cęl.
Sed te illud admoneo, vt. At.
Illud tamen Theopompo mandaui, cùm eſſem admonitus ab ipſo. At.
Hoc me etiam Peduceus, vt ad te ſcriberem, admonuit. At.
Multa prętcrea oſtentis, multa extis admonemur. de N.
Quàm multi inopes digni præſidio deorum, multo ſomnio ad theſaurum reperiendum admonentur. de D.
Admonere debitores. pro hoc modo loquendi barbara quædam in linguam Latinam ſunt inducta. vt, Petere ab aliquo debitum, & ſimilia. Idem verò Latini per appellare dicebant.
Cum tibi quotidie poteſtas hominis fuiſſet admonendi, verbum nullum facis: biennio iam confecto ferè appellas. pro Q.
Dolabellę procuratores fac vt admoneantur: appellabis etiam Papiam. E.
Admonitus huius æris alieni, nolui deeſſe, ne tacitæ quidem flagitationi tuæ. Top.
Adopto. Aliquem adoptare. Latinè ſignificari hac oratione, quod barbarè dicitur, Aliquem aſſumere, aut facere filium ſuum, notum eſt vel mediocriter literatis: Sed patronum aliquem adoptare, quod ij faciebant, qui ſe in clientelā alicuius conferebant, à vulgari conſuetudine abhorrere videtur.
Conuentus ille Capuæ me vnum patronum adoptauit. pro Seſt.
Ego autem quem potius adoptem, aut inuocem, quàm illum, quo defendente vincere didici? Ep.
Atqui illum quinque & triginta tribus patronum adoptarunt. I. A.
Adoptare ſibi aliquem defenſorem ſui iuris, & vltorem iniuriarum, & actorem totius cauſæ. in V.
Adoptio. Obſeruatione maximè diſci linguam Latinam, hoc nomen oſtendit: quod rationes grammaticorum

ticorum non ſequitur, quibus adoptatio potiùs dicendum, quàm Adoptio eſſet. Sed conſuetudo linguarum magiſtra obſtinuit, vt ij etiam, qui optimè Latinè locuti ſunt, Adoptio dixerint. Adoptatio recentiorum vocabulum eſſe videtur.

Quod eſt, pontifices, ius adoptionis? nempè vt is adoptet, qui neque procreare iâ filios poſſit: & cùm potuerit, ſit expertus. pro D.

Quas adoptiones, hæreditates nominis, pecuniæ, ſacrorum ſecutæ ſunt. ibidem.

L. Torquatus filium in adoptionem D. Syllano mancipauit. de Finib.

Quid propagatio nominis? quid adoptiones filiorum? Tuſ.

Adorno. Non ſolùm idem ſignificatur hoc verbo, quod per Suborno: ſed etiam eandem vim habet, quàm Orno, aut inſtruo: vt,

Pompeius Italiæ duo maria maximis claſſibus ac præſidijs adornauit. pro Pom.

Lętor mea conſilia, measque ſententias à te probari de Decemuiris, de adornando adoleſcente. E.

Vidi forum comitiumque adornatum magnifico ornatu. in V.

Vt idem accuſationem & petitionem conſulatus diligenter adornet atque inſtruat. pro Mur.

Omnis teſtium copia à matre initio eſt adornata; à matre nunc inſtruitur, ac omnibus eius copijs ac opibus comparatur. pro Clu.

Comparatio huius criminis ab illa eſt inuěta & adornata. pro Clu.

Adſum. Adeſſe alicui dicebantur latinè olim, cùm purè Romani loquerentur, qui nunc à recentioribus ſtare ab alicuius partibus: aut quòd pluribus verbis explicari poſſet per, Iuuare aliquem in aliqua re contrà aliquem. Vide præpoſitionem A.

Adeſſe alicui contra aliquem. At.

Ego tamen tuis rebus adero, vt difficillimis. Epiſt.

Semper enim abſenti affui Deio. in A.

Recuſabant qui aderant tum Quintio. pro Quin.

Qui ad

Qui ad mortem propiùs adſum. de Sen.
Pompeio ad triumphum ad 3. Nonarum Nouemb. volebam adeſſe. Qu. Fr.
Scribendo adeſſe ſenatores dicebantur in Senatuſconſultis referendis, & ſententijs perſcribendis, qui in eadem fuerant ſententia.
Decreto ſcribendo primùm video affuiſſe Lyſaniam. pro Flac.
Ne quis pedibus iret, ne ſcribendo adeſſet. pro Poſt.
Et eundem, id quod in auctoritatibus præſcriptis extat, ſcribendo affuiſſe. de Orat.
Scribendo affuerunt L. Domitius, Q. Cælius. Ep.
Adeſſe animo iubentur, qui excitantur ad audiendum & attendendum, vt præſenti ſint animo. vt, Ades, inquit, animo, timorem omitte. de Som.
Adeſſe animo. pro Cæcin.
Adeſtote omnes animis, qui adeſtis corporibus. pro Syl.
Vigilare, cogitare, adeſſe animo. I. A.
Aduerſus. Sunt quidam modi loquendi apud veteres, nobis non vt illis vſitati: vt, aduerſo flumine nauigare, aduerſum ſolē intueri: aduerſos nobis ſtare: pro quibus vulgus inſcitè dicit, Contra flumen, contra nos, contra ſolem. Intueri ſolem nequitis aduerſum. de Som.
Eodémque equo aduerſam aſcendit ripam. de D.
Dentes aduerſi & acuti. de N.
Cicatrices aduerſo corpore exceptæ. I. V.
Zeno cùm extenſis digitis aduerſam manum oſtenderat, viſum inquiebat huiuſmodi eſſe. Acad.
Caput in aduerſam lecticam inferens, beneficia, quæ venderet, à collega petebat. I. A.
Antipodes aduerſis veſtigijs ſtant contra noſtra veſtigia. Aca.
Sed eorum partim obliqui, partim verſi, partim etiam aduerſi ſtant nobis. & ibidem: Qui aduerſa nobis vrgent veſtigia. de Som.
Vulnus aduerſum, aut aduerſas cicatrices vocârunt Latini, quas Barbari, quæ acceperunt, aut inflicta

ſunt anteriore parte reſiſtendo, non fugiendo.
rbis enim celeberrimę & maximę partes aduerſum illud non monumentum,ſed vulnus patriæ contuentur. pro Dom.
udicibus cicatrices aduerſas oſtendere. de Or.
Acceptis à forti aduerſario vulnerib.aduerſis.de Ar.
Aduerſus & auerſus. Latinè dicitur,quod barbarè de retro, & de ante.
Aduerſus & auerſus impudicus es. de Or.
Aduocatum alicui venire dicuntur ij, qui in iudicijs aut litibus alicui adſunt, vt defendant eum contra aliquem.
Si conſtitueris te cuipiam aduocatum in rem pręſentem eſſe venturum. Off.
Miloni Pompeius aduocatus venit. At.
Illi ne aduocatus venit vnquam? pro Cœl.
Ait ſe Ebutio cum armatis ſeruis veniſſe aduocatum. pro Cœc.
Æquus. Æqui boni facere, impetrare: æquius melius iungebant Latini, omiſſa coniunctione,quod cùm à noſtra conſuetudine alienum ſit, ſic loqui cum optimis auctoribus aſſueſcamus.
Trãquilliſſimus autem animus meus, qui totum iſtud æqui boni facit. Att.
Deiotarus abſens quicquam æqui boni facit. pro Dom.
Reliquorum autem iudiciorum hæc verba maximè excellunt, in arbitrio rei vxoriæ, melius æquius: in fiducia,vt inter bonos bene agier. quid ergo? aut in eo quod melius æquius eſt, poteſt vlla pars ineſſe fraudis. Off.
Etiam coniunctione addita. vt Cùm de iure ciuili,cùm de æquo & bono diſputaretur. de Or.
Propemodùm æqua & iuſta dicebas. in A.
Quoad tibi æquum & rectum videbitur. Ep.
Cùm ſe in cauſa putant habere ęquum & bonũ quod defendant. pro Cœc.
Aliquid fieri poſſe rectè, lege, more,natura, bono & ęquo. ad Her.

In me vno conſulares faces iactæ manibus Tribunitijs; in me omnia, quę ego quondam retuderam, coniurationis nefaria tela adhæſerunt. pro Do.
Nónne prouidendum Senatui fuit, ne in hanc tantam materiam ſeditionis iſta funeſta fax adhæreſceret? pro Dom.
Omninoque ita iuſtitiæ honeſtatique adhæreſcet, vt dum eam cõſeruet, quemuis grauiter offendat. Off.
Dixiſti non tam ea quæ recta eſſent probari, quàm quæ praua ſunt, faſtidijs adhæreſcere. R.
Hortenſius in celeritate & continuatione verborum adhæreſcens, ſui diſſimilior videbatur fieri quotidie, de Orat.
Calidij oratio ita pura fuit, vt nihil liquidius: ita fluebat, vt nuſquam adhæreſceret. de Or.
Abhibeo. Latè huius verbi vſus patet: ſed quæ à vulgari conſuetudine aliena ſunt, paucis capitibus comprehendi poterunt. In aliquid aliquem aut in aliquem aliquid adhibere: vt in conuiuium, conſilium, & eius generis alia, non tam nota eſſe videntur, quàm ad conuiuiũ, ad conſilium adhibere. Sed hoc proximum apud Ciceronem non extat, dicit quidem, Ad deliberationes aliquem adhibere, ſed non ad conſilium.
Itaque nonnullæ mulieres ex eo numero in conuiuiũ adhibebantur palàm. in V.
Tecum loquere, te adhibe in conſilium, te audi, tibi obtempera, alteri qui melius dare conſilium, quàm tu, non facilè inueniri poteſt. E.
Aratus Sicyonius adhibuit ſibi in conſilium quindecim principes, cum quibus cauſas cognouit. Off.
Ne adhibeas in conſilium cogitationum tuarum deſperationem, aut timorem. E.
Sed quid ego veſtram crudelitatem expromo, quam in meipſum, ac meos adhibuiſtis? pro Dom.
In id autem genus, in quo de expetendo, fugiendoque quæritur, adhibentur ea quæ ſunt animi, aut corporis, aut externa vel commoda, vel incommoda. To.
Aliquem in auſpicium adhibere. de Diu.
Cum

Cum datiuo quoque iungitur, vt cum accuſatiuo: ſed hoc illo vſitatius noſtris eſt. Quanquam vim adhibere & negotium ad aliquem, non rectè dicitur.

Eum detrudi, cui manus afferuntur, neceſſe eſt, inquam, ſi ad verbum rem volumus attingere, neminem ſtatu detruſum, qui non adhibita vi, manu demotus & actus princeps intelligatur. pro Cęc.

Nulla res tanta exiſtit, Iudices, vt poſſit vim mihi maiorem abhibere metus quàm fides. pro Roſ. Am.

Mitto adhibitam vim ingenuis, matres familias violatas. in V.

Maior vis adhibita ei eſt, cuius animus eſt perterritus, quàm illi, cuius corpus vulneratum eſt. pro Cæc.

De fortunis omnibus P. Quintius deturbandus eſt, potētes, diſerti, nobiles omnes aduocandi ſunt, adhibenda vis eſt veritati. pro Qu.

Quod cùm audiuiſſet adoleſcens filius, negotium adhiberi patri, accurrit Romam. Off.

Quid eſt quod vllos dijs immortalibus cultus, honores, preces adhibeamus? de N.

Omnis cultus & curatio corporis erit eadem adhibenda Deo, quę adhibetur homini. de N.

Hos delectat aſſentatio, his fictus ad eorum voluntatem ſermo cùm adhibetur. de Am.

Eadem eſt omnibus adhibenda oratio. Tuſ.

Atque vtinam his omnibus abſtergere fletum ſententijs noſtris conſultisque poſſemus, vel aliqua talis adhiberi publicè poſſet oratio, qua deponerent mœrorem. in A.

Sicut medico diligenti, priuſquam conetur ægro medicinam adhibere, non ſolùm morbus eius, cui mederi volet, ſed etiam conſuetudo valentis, & natura corporis cognoſcenda eſt. de Or.

A philoſophia remedia morbis animorum adhiberi. Tuſcul.

Cohortui, vt aliquando medicinam reipub. adhiberetis: non ea eſt medicina, cùm ſanæ parti corporis

ſcalpellum adhibetur atque integræ, carnificina eſt iſta, & crudelitas. pro Cę̨l.

Vt vinum ægrotis, quia prodeſt rarò, nocet ſæpiſſimè, melius eſt non adhibere omninò, quàm ſpe dubiæ ſalutis in apertam perniciem incurrere. de N.

Nulla enim remedia quæ vulneribus adhibentur, tam faciunt dolorem, quàm quæ ſunt ſalutaria. in A.

Omnibus his nullàne eſt adhibenda curatio? Tuſ.

Quapropter in adeundis periculis conſuetudo medicorum imitanda eſt: qui leuiter ægrotantes, leuiter curant: grauioribus autem morbis periculoſas curationes & ancipites adhibere coguntur. Off

Conſolationem tu mihi Brute adhibuiſti tuis ſuauiſſimis literis. de Cla.

Omnes eos motus, quos orator adhibere volet iudici, in ipſo oratore impreſſos atque inuſtos eſſe. de O.

Iſocrates, acerrimo ingenio Theopompi frenos, leniſſimo Ephori calcaria adhibuit. de Orat.

Athenienſes omnibus ſemper publicis conſilijs diuinos quoſdam ſacerdotes, quos μάντεις vocant, adhibuerunt, & Lacedæmonij regibus ſuis augurem aſſeſſorem dederunt: itemquè ſenibus (ſic enim conſilium publicum appellabant) augurem intereſſe voluerunt. de D.

Adigere arbitrum pro ſocio, aut omiſſo ſocio, iureconſultorum formula loquendi, qua ſignificatur, aliquem vocare ad arbitrum, qui à magiſtratu, ad conſtituendum ex æquo & bono, eſt conſtitutus.

Quæ cùm ita ſint, cur non arbitrum pro ſocio adegeris Q. Roſcium quæro: formulam non noras? *poſt paulò:* Quem per arbitrum circumuenire non poſſes, cuius de ea re non erat proprium iudicium, nunc per iudicem condemnabis, cuius de ea re nullum eſt arbitrium? pro Roſ.

Si in vrbe de finibus cõtrouerſia eſt, quia fines magis agrorum videntur eſſe, quàm vrbis, finibus regendis adigere arbitrum non poſſis. Top.

Itaque Calphurnius cùm demolitus eſſet, cognouiſ-

ſetque

ſetque Claudium ædes poſtea proſcripſiſſe, quas eſſet ab auguribus demoliri iuſſus, arbitrum illum adegit, quicquid ſibi de ea re facere oporteret ex fide bona. M. Cato iudex ita pronũciauit, cùm in venundando rem eam ſciſſet, & non pronunciauiſſet, emptori damnum præſtari oportere. Off.

Adijcere oculos alicui rei, Latinorum proprium loquendi genus, quo ſignificabant cupiditatem alicuius rei.

In ſacrificium cogitatam libidinẽ intulit: quò ne impudentiam oculorum quidem adijci fas fuit. de D.

An vos aliter exiſtimabitis, cùm ad omnia veſtra pauci homines cupiditatis oculos adieciſſent? contra Rul.

Deinde qui iſtum nóſſent, partim ſuſpicabantur, partim planè videbant adiectum eſſe oculum hæreditati. in V.

Adiudico, id ſignificare, cui contrarium eſt abiudicare, peruulgatum ſatis non eſt.

Rullus Pop. Romano adiudicabit. *paulò pòſt:* Indicabit Alexandriam regis eſſe: à Pop. Rom. abiudicabit. primùm Pop. Romani hæreditatem Decemuiri iudicẽt? cùm vos volueritis, de priuatis hæreditatibus Centumuiros iudicare? deinde quis aget cauſam Po. Romani? vbi res iſta agetur? qui ſunt iſti Decemuiri, quos perſpiciamus regnũ Alexandriæ Ptolomæo gratis adiudicaturos? contra Rul.

Poſſidere agros in ora maritima regem Hyempſalem, quos Publius Africanus Po. Romano adiudicarit. contra Rul.

Nemo enim dubitat, quin domus eſſet adiudicata, At.

Quod ſi ipſa reſpubl. iudicaret, aut, ſi omne ius decretis eius ſtatueretur, Antoniò ne, an Bruto legiones Po. Romani adiudicaret. in A.

In medio relictum quod erat Pop. Romano adiudicauit. Off.

Neceſſe eſt, vt is qui nobis cauſã adiudicaturus eſt, inclinatione voluntatis propendeat in nos. de Or.

Iſte in poſſeſſionem bonorum mulieris mittit: ipſam

Veneri in ſeruitutem adiudicat. in V.

Adiungo, ſæpe coniungit Cicero cum nominibus coniunctionem & amicitiam ſignificantibus, quod minimè vulgare eſſe videtur.

Illud non dubito, quin, ſi te ſumma mea erga te ſtudia parum mihi adiunxerunt, reſpub. nos inter nos conciliatura, coniunctaque ſit. Ep.

Proprium hoc ſtatuo eſſe virtutis, conciliare ſibi animos hominum, & ad vſus ſuos adiungere. Off.

Virtutem elucere, ad quam ſe ſimilis animus applicet & adiungat. de Amic.

Adiungere ſibi gratiſſimos optimosque adoleſcentes. E.

Virum bonum tua amicitia dignum tibi adiunxeris, mihique gratiſſimum feceris. E.

Dubium mihi non eſt, quin is qui nouas neceſſitudines adiungat, vetera ſua beneficia conſeruare velit. E.

Cæſar ſolet infirmorum hominum amicitias ſibi qualibet impenſa adiungere. E.

Prætor offenſionem vitat æquabilitate decernendi, beneuolentiam adiungit lenitate audiendi. pro Mur.

Ego autem tibi hoc confirmo, eſſe neminem, niſi aliqua neceſſitudine competitorum alicui tuorum ſit adiunctus. de Nat.

Nam quid incipiat Antonius homines adiungere atque inuitare ad amicitiam, quos per ſe ſuo nomine appellare non poſſit? ibidem de Pet.

Ex ijs principes ad amicitiam tuam ſi adiunxeris, per eam reliquam multitudinem facilè tenebis. de Pet.

Si quàm liberaliſſimè tractes, bonos viros ad tuam neceſſitudinem adiunxeris, municipiumque gratiſſimum beneficio tuo adiunxeris. Epiſt.

Admiſceo. Ad aliquid, aut aliquò aliquem admiſcere, latinè dicitur, quod barbarè, Connumerare aliquem in numero aliquo.

In hac ego legatione ſim, aut ad id conſilium admiſcear, in quo. in A.

Treba-

Trebatium verò meum quod admiſceas,nihil eſt. At.
Admitto idem valere quod committo, & ſceleribus & flagitijs tribui,peruulgatum non eſt.Sed in ſe aliquid admittere dicimus; non Committere: quod cùm proprium ſit huius verbi, hoc loco potiſsimum eius vſum obſeruandum eſſe putauimus.
Si quid prętermiſſum à me fuerit, commiſſum facinus,& admiſſum dedecus confitebor. Epiſt.
Maleficia admittere & committere. pro Roſ.
Quod flagitium Lentulus cum Antronio non accepit? quod ſine eodem illo Catilina facinus admiſit? pro Sylla.
Eiuſdem eſſe, qui in illa re peccarit, & hæc quoque admiſiſſe. de In.
Quodnam concepi tantum ſcelus,aut quod in me tantum facinus admiſi? pro Mil.
Id te admiſiſſe concedis, quod ne mendacio quidem tegere poſſis. pro Q.
Quid quiſque voluerit, cogitarit, admiſerit. pro Syl.
Si admiſiſſet aliquid,quod non poſsit honeſtè vereque defendere. pro Mil.
Sperabam fore, vt aliquid conueniret potiùs, quàm aut hic tantum ſceleris, aut ille tantum flagitij admitteret. At.
Deos intueri qualis quiſque ſit, quid agat, quid in ſe admittat. de L.
Quid vnquam Habitus in ſe admiſit: vt hoc tantum ab eo facinus non abhorrere videatur? pro Clu.
Ea in te admiſiſti, quæ à verecundo inimico audire non poſſes.in A.
Cauſa de parricidio dicitur, per ſeruos admiſit. pro Roſ. Am.
Publicus ſacerdos audaciam in admittendis religionibus fœdis damnet, atque impiam iudicet. de L.
Admoneo. Cum genitiuo & ablatiuo iungi hoc verbum, notum ſatis eſt: ſed cum duobus accuſatiuis non item.
Etiam illud te admoneo, ne. At.
Cleomenes admonet illud, quod iſtum fugerat. in V.
Illud ta-

Illud tamen te eſſe admonitum volo: primùm, qualis es. pro Cęl.
Sed te illud admoneo, vt. At.
Illud tamen Theopompo mandaui, cùm eſſem admonitus ab ipſo. At.
Hoc me etiam Peduceus, vt ad te ſcriberem, admonuit. At.
Multa prętcrea oſtentis, multa extis admonemur. de N.
Quàm multi inopes digni præſidio deorum, multo ſomnio ad theſaurum reperiendum admonentur. de D.
Admonere debitores. pro hoc modo loquendi barbara quædam in linguam Latinam ſunt inducta. vt, Petere ab aliquo debitum, & ſimilia. Idem verò Latini per appellare dicebant.
Cum tibi quotidie poteſtas hominis fuiſſet admonendi, verbum nullum facis: biennio iam confecto ferè appellas. pro Q.
Dolabellę procuratores fac vt admoneantur: appellabis etiam Papiam. E.
Admonitus huius æris alieni, nolui deeſſe, ne tacitæ quidem flagitationi tuæ. Top.
Adopto. Aliquem adoptare. Latinè ſignificari hac oratione, quod barbarè dicitur, Aliquem aſſumere, aut facere filium ſuum, notum eſt vel mediocriter literatis. Sed patronum aliquem adoptare, quod ij faciebant, qui ſe in clientelã alicuius conferebant, à vulgari conſuetudine abhorrere videtur.
Conuentus ille Capuæ me vnum patronum adoptauit. pro Seſt.
Ego autem quem potius adoptem, aut inuocem, quàm illum, quo defendente vincere didici? Ep.
Atqui illum quinque & triginta tribus patronum adoptarunt. I. A.
Adoptare ſibi aliquem defenſorem ſui iuris, & vltorem iniuriarum, & actorem totius cauſæ. in V.
Adoptio. Obſeruatione maximè diſci linguam Latinam, hoc nomen oſtendit: quod rationes gramma-

ticorum non ſequitur, quibus ad optatio potius dicendum, quàm Adoptio eſſet. Sed conſuetudo linguarum magiſtra obſtinuit, vt ij etiam, qui optimè Latinè locuti ſunt, Adoptio dixerint. Adoptatio recentiorum vocabulum eſſe videtur.

Quod eſt, pontifices, ius adoptionis? nempe vt is adoptet, qui neque procreare iã filios poſſit: & cùm potuerit, ſit expertus. pro D.

Quas adoptiones, hæreditates nominis, pecuniæ, ſacrorum ſecutæ ſunt. ibidem.

L. Torquatus filium in adoptionem D. Syllano mancipauit. de Finib.

Quid propagatio nominis? quid adoptiones filiorum? Tuſ.

Adorno. Non ſolùm idem ſignificatur hoc verbo, quod per Suborno: ſed etiam eandem vim habet, quàm Orno, aut inſtruo: vt,

Pompeius Italiæ duo maria maximis claſſibus ac præſidijs adornauit. pro Pom.

Lętor mea conſilia, measque ſententias à te probari de Decemuiris, de adornando adoleſcente. E.

Vidi forum comitiumque adornatum magnifico ornatu. in V.

Vt idem accuſationem & petitionem conſulatus diligenter adornet atque inſtruat. pro Mur.

Omnis teſtium copia à matre initio eſt adornata, à matre nunc inſtruitur, ac omnibus eius copijs ac opibus comparatur. pro Clu.

Comparatio huius criminis ab illa eſt inuẽta & adornata. pro Clu.

Adſum. Adeſſe alicui dicebantur latinè olim, cùm purè Romani loquerentur, qui nunc à recentioribus ſtare ab alicuius partibus: aut quòd pluribus verbis explicari poſſet per, Iuuare aliquem in aliqua re contrà aliquem. Vide præpoſitionem A.

Adeſſe alicui contra aliquem. Ar.

Ego tamen tuis rebus adero, vt difficillimis. Epiſt.

Semper enim abſenti affui Deio. in A.

Recuſabant qui aderant tum Quintio. pro Quin.

Qui ad

Qui ad mortem propiùs adſum. de Sen.
Pompeio ad triumphum ad 3. Nonarum Nouemb. volebam adeſſe. Qu. Fr.
Scribendo adeſſe ſenatores dicebantur in Senatûſconſultis referendis, & ſententijs perſcribendis, qui in eadem fuerant ſententia.
Decreto ſcribendo primùm video affuiſſe Lyſaniam. pro Flac.
Ne quis pedibus iret, ne ſcribendo adeſſet. pro Poſt.
Et eundem, id quod in auctoritatibus præſcriptis extat, ſcribendo affuiſſe. de Orat.
Scribendo affuerunt L. Domitius, Q. Cælius. Ep.
Adeſſe animo iubentur, qui excitantur ad audiendum & attendendum, vt præſenti ſint animo. vt, Ades, inquit, animo, timorem omitte. de Som.
Adeſſe animo. pro Cæcin.
Adeſtote omnes animis, qui adeſtis corporibus. pro Syl.
Vigilare, cogitare, adeſſe animo. I. A.
Aduerſus. Sunt quidam modi loquendi apud veteres, nobis non vt illis vſitati: vt, aduerſo flumine nauigare, aduerſum ſolē intueri: aduerſes nobis ſtare: pro quibus vulgus inſcitè dicit, Contra flumen, contra nos, contra ſolem. Intueri ſolem nequitis aduerſum. de Som.
Eodémque equo aduerſam aſcendit ripam. de D.
Dentes aduerſi & acuti. de N.
Cicatrices aduerſo corpore exceptæ. I. V.
Zeno cùm extenſis digitis aduerſam manum oſtenderat, viſum inquiebat huiuſmodi eſſe. Acad.
Caput in aduerſam lecticam inferens, beneficia, quæ venderet, à collega petebat. I. A.
Antipodes aduerſis veſtigijs ſtant contra noſtra veſtigia. Aca.
Sed eorum partim obliqui, partim verſi, partim etiam aduerſi ſtant nobis. & ibidem: Qui aduerſa nobis vrgent veſtigia. de Som.
Vulnus aduerſum, aut aduerſas cicatrices vocârunt Latini, quas Barbari, quæ acceperunt, aut inflicta

ſunt

ſunt anteriore parte reſiſtendo, non fugiendo.

Vrbis enim celeberrimę & maximę partes aduerſum illud non monumentum, ſed vulnus patriæ contuentur. pro Dom.

Iudicibus cicatrices aduerſas oſtendere. de Or.

Acceptis à forti aduerſario vulnerib. aduerſis. de Ar.

Aduerſus & auerſus. Latinè dicitur, quod barbarè de retro, & de ante.

Aduerſus & auerſus impudicus es. de Or.

Aduocatum alicui venire dicuntur ij, qui in iudicijs aut litibus alicui adſunt, vt defendant eum contra aliquem.

Si conſtitueris te cuipiam aduocatum in rem pręſentem eſſe venturum. Off.

Miloni Pompeius aduocatus venit. At.

Illi ne aduocatus venit vnquam? pro Cœl.

Ait ſe Ebutio cum armatis ſeruis veniſſe aduocatum. pro Cœc.

Æquus. Æqui boni facere, impetrare: æquius melius iungebant Latini, omiſſa coniunctione, quod cùm à noſtra conſuetudine alienum ſit, ſic loqui cum optimis auctoribus aſſueſcamus.

Trãquilliſſimus autem animus meus, qui totum iſtud æqui boni facit. Att.

Deiotarus abſens quicquam æqui boni facit. pro Dom.

Reliquorum autem iudiciorum hæc verba maximè excellunt, in arbitrio rei vxoriæ, melius æquius: in fiducia, vt inter bonos bene agier. quid ergo? aut in eo quod melius æquius eſt, poteſt vlla pars ineſſe fraudis. Off.

Etiam coniunctione addita. vt Cùm de iure ciuili, cùm de æquo & bono diſputaretur. de Or.

Propemodum æqua & iuſta dicebas. in A.

Quoad tibi æquum & rectum videbitur. Ep.

Cùm ſe in cauſa putant habere ęquum & bonũ quod defendant. pro Cœc.

Aliquid fieri poſſe rectè, lege, more, natura, bono & ęquo. ad Her.

Ex æquo

Ex æquo & bono ius conſtat, quod ad veritatem & vtilitatem communem videtur pertinere. ad Her.
Æquo, pro par reddo, aut confero cum aliquo, in vulgari vſu non eſt.
Deinde ad temperationē ſuperiorem reuertit, in qua omnem animum vniuerſæ naturę temperans permiſcebat: ſuperioriſque permiſtionis reliquias fūdens æquabat: eodem modo ferme, niſi quod non ita incorrupta, vt ea quæ ſemper idem. de Vni.
Inter quos poſſet excellere, cum iĵs ſe pati æquari. de In.
Omnium antè dānatorum ſcelera, furta, flagitia, ſi in vnum locum conferantur, vix cum huius parua parte æquari conferrique poſſe. in V.
Æs alienum, meum, tuum, ſuum, aut alicuius, latinè eſt, quod vulgò dicitur, Debitum alicuius.
Quorum æs alienum, contractum in popinam. in Cat.
Quos viros, quanto ære alieno, quàm valentes. pro Syl.
Æs alienum eiuſdem diſſolutum eſt. ibid.
Cuius ęs alienum videmus nōn libidinē, ſed negotij gerendi ſtudio eſſe contractum. pro Syl.
Æs alienum filij diſſoluere. in A.
Maximum æs alienum ampliſſimorum virorum. E.
Quinto delegabo, ſi quid ęri meo alieno ſuperabit, & emptionibus, ex quibus mihi etiam æs alienum faciendum puto. At.
Quæ res egeſtati & æri alieno tuo, præter mortem Cæſaris, ſubuenire potuiſſet? in A.
Æſtimo. Litem aut nomina ęſtimare, quid ſit, vulgus ignorat: quod facit, vt pro eo barbarè dicat, Taxare damna, & intereſſe. Lites verò æſtimatas vocant Latini (vt inquit Budæus) pecuniam mulctitiam, & nummarias ſententias. Vt hodie cùm iudices certa ſumma actorum diſpendia & incōmoda ęſtimantes, tantæ pecuniæ reos damnant. Id à iuris auctoribus, Quanti intereſt actoris, appellatur. Litis autem æſtimatio ita appendix erat dā-

nationis, vt hodie ex formula iudicandi, id eſt, quod Damna & intereſſe vocant.
Quo damnato, tum cùm ſeuera iudicia fiebant, H.S. XVIII. millibus lis æſtimata eſt. in Ver.
Qua in ciuitate, C. Catoni H. S. XVIII. millibus lis æſtimata eſt. in V.
In æſtimandis litibus non appellati. pro Rab.
De litibus æſtimatis Cn. Dolabellę. in V.
Ex litibus æſtimatis reportare aliquid. in V.
Litem capitis æſtimare. pro Cl.
P. Septimo ſenatore damnato, Qu. Hortenſio prætore, de pecunijs repetundis lis æſtimata eſt eo nomine. in V.
Septimio Scæuolę litem eo nomine æſtimatam. pro Cl.
Mittit in conſilium eoſdem illos, qui litem æſtimarant iudices. E.
His nominibus ſolis Cn. Dolabellæ, H. S. ad tricies litem eſſe æſtimatam. in V.
Cùm in eum lites æſtimarentur. pro Rab.
Illarum rationum ex ea fece legationis illa ſunt nomina, quę Dolabellæ neceſſariò ſunt æſtimata. in Ver.
Affero. Latè hoc verbum patet. Sed capitibus comprehendemus, quę vulgò maximè ignorantur. Significarunt Latini hoc verbo idem quod verbo Nuncio: vt, afferre aliquid. Quod cùm diſſimile ſit conſuetudini vulgari, eam Ciceronis ipſius loquendi modis emendemus.
Noui aliquid afferre. At.
Aliquid certius. At.
Nihil iſtiuſmodi afferre aliquem. At.
Pacem afferre. in A.
Satis belli aliqua afferre. At.
Tumultuoſas ac moleſtas conciones. E.
Aliquò aliquid afferre. At.
Odioſa afferri aliquò de aliquo. At.
Noui aliquid ad aliquem. E.
Mandata ad aliquem. A.

Terrores

Terrores Cæſarian. afferre ad aliquem. At.
Alicui aliquid noui. At.
Certi aliquid alicui. in V.
Pacem, ocium, tranquillitatem reipubl. afferre in hunc annum. in C.
Alicui afferre aliquid de aliqua re. At.
Literis afferre aliquid de aliqua re. At.
Alicunde quid afferre. Att.
Afferre in patriam, ſi quid acciderit. Tuſc.
Aliquid afferre quod quis velit. Att.
Nondum ſatis allatum eſt, quomodo. At.
Odioſa afferre de aliquo. Att.
Omnia incerta eſſe, quæ iſthinc afferebantur. Epiſt.
Significatur quoque hoc verbo, quod Barbari proferunt per Allegare, & Citare.
Rationem aliquam afferre.
Rationem afferre, quamobrem aliquid fieri poſſit.
Rationes afferre.
Rationem afferre cur faciat.
Cauſam afferre, quâ aliquid efficit.
Cauſam aliquam aliquem afferre.
Facti alicuius rationem afferre.
Aliud afferre quod oppoſitum ſit probabilius.
In contrariam partem aliquid afferre, quod ſit aut grauius, aut æquè graue.
Legi legem contrariam afferre.
Sed adfers, cor non fuiſſe.
Afferri poteſt, cur non nomina fato fiant.
Cur aliquid ſit afferre.
Cauſam afferre cur.
Enumerationem exemplorum afferre.
Exemplo afferre, aliquid factum eſſe.
Similitudines afferre.
Afferre vt.
Aliquam rem afferre.
Definitionem aliquam afferre.
Poſtulationem breuem aliquam afferre.
In aliqua cauſa afferre aliquid. (declarant.
Vim, manus, necem afferre, quid ſit, ipſa verba ſatis
Victo-

Victores armati vim & manus afferent. At.
Afferre manus ſuis vulneribus. At.
Is manus ſibi afferre conatus eſt. Ep.
Is confeſſus eſt, ſe Cn. Pompeio ſuis manibus necem afferre voluiſſe. in Vat.
Afferre vim matribus familias. in Ver.
Afferre vim & manus alicui. At. pro Clu.
Vt filiæ ſuæ vis afferretur. in V.
Cùm enim dando egere cœperunt, alienis bonis manus afferre coguntur. Off.
Ego ipſe ſenatum ſibi manus afferre coëgi. Oct.
Eum detrudi, cui manus afferantur. pro Cæcin.
Qui iniuſtè impetum in quempiam facit, is quaſi manus videtur afferre ſocio. Off.
Affectus. Barbari pro affectus, Diſpoſitus dicunt, cùm animi aut corporis ſtatum ſignificare volunt.
Oculus conturbatus, non eſt probè affectus ad ſuum munus fungendum. Tuſ.
Nunquid nam manus tua ſic affecta, vt nunc affecta eſt, deſiderat? de Fin.
Qui ſunt morbo graui & mortifero affecti. de D.
Is graui morbo affectus eſt. pro Clu.
Ita affectus ſum, vt ſi ad grauem valetudinem labor acceſſerit, mihi ipſi diffidam. in A.
Magna deſperatione ſum affectus. At.
Affectus optima valetudine. Tuſc.
Aliquem ita affectum eſſe, vt optimè ſecundum naturam affectus eſſe poſſit. de Fin.
Variè ſum affectus tuis litteris. E.
Eſt enim ita affectus, vt nemo vnici filij mortem magis doluerit, quàm ille mœret patris. in A.
Nemo eſt liber, niſi qui ita affectus eſt. Par.
Eodem modo ſapiens erit affectus erga amicum, quo in ſeipſum. de F.
Atque hi ſunt quidē ferè quaſi quidam habitus animi, ſic affecti & conſtituti, vt ſint ſinguli inter ſe proprio virtutis genere diſtincti. Par.
Animi autem aut quemadmodum affecti ſunt, virtutibus, virijs, artibus, inertijs: aut quēmadmodum

dum commoti cupiditate, metu, voluptate, moleſtia ſpectantur. Par.
Animus videtur ita fuiſſe affectus, vt rem cum conſilio perſpicere non poſſet. de In.
Sic reſpub. malè affecta latinè, quod barbarè, Diſpoſita eſſe dicitur: Ætate, ſenectute affectum eſſe, eodem modo, quo morbo affectum eſſe.
Nemo Agrigenti, neque ætate tam affecta, neque viribus tam infirmis fuit, qui non. in V.
Veſtibulum Mutij in eius infirmiſſima valetudine, affectáque iam ætate, maxima quotidiè frequentia celebratur. de Or.
Q. Metellus ſenectute affectus. de Or.
Affectus, a, um. Latinè quoque dicitur, quod vulgari more, Propè factum eſſe.
Bellum affectum videmus, & verè vt dicam, penè confectum: id eſt maxima ex parte geſtum. de Fro.
Vt ea quæ per ipſum affecta ſunt, perfecta reipub. tradantur. de Pro.
Quum verò affecta iam propè æſtate, vuas à ſole miteſcere tempus eſt. Oecono.
Affigo. Animo tribui à Latinis notum ſatis, vulgò nunc latinè loquentibus non eſt.
Hoc in ſenſu meo penitus affixum & inſitum eſt. in Ver.
Ea maximè animis affigi noſtris, quę eſſēt à ſenſu tradita atque impreſſa. de Or.
Affixum eſſe aliquem alicui, latinè, quod barbarè ſemper, apud aliquem, aut apud latus alicuius eſſe. Iubes illum mihi eſſe affixum, tanquam magiſtro. Qu. Fr.
Habere aliquem ſibi affixum. E.
Afflictor, pro valde affligor, peruulgatum non eſt: vt, Scire nihil potuit de noſtris domeſticis rebus, de quibus acerbiſſimè afflictor. At.
Deinde multò grauius vehementiuſque afflictantur. in C.
Squallent municipia, afflictantur coloniæ. pro Mil.
Hoc etiam turpiùs afflictatur reſp. quòd, &c. At.
Affigo,

Affligo, non ſolùm tribuitur animatis, quod vulgo putatur, ſed etiam inanimis: vt,
Illi ſtatuam iſtius deturbant, affligunt, comminuunt, diſſipant. I. P.
Adoleſcentiam plenam ſpei maximæ perculiſſe, atque afflixiſſe videamini. pro Cæl.
Alicuius domum non ſolùm affligere, ſed etiam religione ſempiterna obligare. pro Dom.
Affluens. Non tam vſitatum nunc eſt noſtris, quàm Abundans, quod idem valet: vt,
Vrbs eruditiſſimis hominibus, liberaliſſimiſque ſtudijs affluens. pro Arch.
Vita affluens voluptatibus. de Fin.
Homo diuitijs affluens. de Am.
Omnium rerum affluentibus copijs ditari. Off.
Homo bonitate affluens. pro Q. R.
Affluens bonis omnibus. de Na.
Conſul vnguentis affluens. pro Seſt.
Homo affluens omni lepore & venuſtate. I. V.
Domus ſcelere omni affluens. pro Clu.
Homines ocio nimio, & ingenijs vberrimis affluentes. de Or.
Agitare aliquid, pro inquirere, & verſare in omnes partes, Latini veteres vſurparunt: vt,
Cùm Deus pulſetur agiteturque incurſione atomorum. de Na.
Natura omnia ciens & agitans motibus ſuis. de Na.
Excitare & agitare feras. Off.
Atomos pellere ſeipſas, & agitari inter ſe concurſu fortuito. de N.
Agitari & perterreri furiarum tædis ardentibus.
Furiæ agitant & inſectantur impios. de Leg.
Tamen eos agitant furiæ, nec vſquam conſiſtere patiuntur. pro S. R.
Alias aues inſectatur & agitat aquila. de D.
Omnia quæ ad rem pertineant, ex huius, & ex aliorum tabulis agitatis, tractatis, inquiritis. pro Clu.
Mens agitandis, inquirendiſque rationibus alitur. Tuſ.

Agitari ſcelerum pœnis. de In.

Adoptio Theophanis agitata eſt, per quam. pro Cor.

Sententia quæ erat ſuperioribus diebus agitata in ſenatu. pro Dom.

Agraria lex à Flauio Trib. plebis vehementer agitabatur auctore Pompeio. Att. (minimè.

Agitatio linguę & animo à Cicerone tribuitur, à noſtris

Nunquam animus agitatione & motu vacuus eſſe poteſt. de D.

Agitationib. & motibus linguę cibus depellitur. de N.

Ad quod adhibenda eſt quædam actio, non ſolùm mentis agitatio. Off.

In omnib. his ſtudiorũ agitatio vitę æqualis fuit. de S.

Ita fit, vt agitatione rerum ſit infinita cognitio. de Or.

Actio mentis, & agitatio in Deo. de N.

Agitatorem, Cicero appellat, quem poëtæ potiſſimùm aurigam: vt,

Nec eſt melius quicquam, quàm vt Lucullus ſuſtineat currum equoſque, vt bonus ſæpe agitator. At.

Ego enim vt agitator callidus, priuſquã ad finem veniam, equos ſuſtinebo. Aca.

Ago. Latè patet hoc verbum, iungiturque varijs nominibus, quod facit, vt variã interpretationem habeat. Cum aduerbijs qualitatis, vt vocãt, hoc modo iungitur: Pręclarè, benè, malè, cum aliquo agi, quod multi vulgari cõſuetudine ſic efferũt, Benè tractari aut malè aliquem; Felicem aut beatum aliquẽ eſſe.

Cum illo quidem actum optimè eſt, mecum autem incommodiùs. de Am.

Hæc conditio fuit aratorum, vt præclariùs ſecum agi putarẽt, ſi vacuos agros Apronio tradere liceret. I. V.

Præclarè cum illis agimus, quos pacatos eſſe patimur. pro Seſt.

Qui hoc nõ perſpicit, præclarè nobiſcũ actũ iri. I. V.

Cum illo quis neget actum eſſe præclarè? de Amb.

Hiſce tẽporibus nõ peſſimè cum ijs eſſe actũ, quibus ſine dolore licitũ eſt mortem cum vita cõmutare. E.

Agitúrque pręclarè. Ep.

Vt optimè actum cum eo videatur eſſe, qui quàm leuiſſima

uiſſima pœna ab hac repub. diſceſſerit. Epiſt.
Cùm ſenſerit populus iſtum, &c. intelligit ſecum actum eſſe peſſimè. I. V.
Secum malè actum putat. I. A.
Sed facilè eſt benè agere cum iis, à quibus etiam tacentibus flagitari videamur. I. A.
Agi, pro, in diſcrimen & periculũ vocari, in vſu quotidiano iam non eſt: vt,
Agitur enim ſalus ſociorum, pro qua, &c. aguntur certiſſima Po. Romani vectigalia, aguntur bona multorum ciuium. pro Pom.
Qui hæc palàm de loco ſuperiore ageret, pro imperio ac poteſtate. I. V.
Agebantur hæc in conuentu palàm de loco ſuperiore. ibidem, (Am.
In quibus eorum aut de capite agatur, aut fama. de
Agitur magna res. de Fin.
Aguntur iniuriæ ſociorum. I. V.
Sed vos moneo, libertas agitur populi Rom. quę &c. vita & fortuna optimi cuiuſque, quo &c. auctoritas veſtra, &c. in A.
Agere animam, Latini vocabant: quod vulgus nunc, In extremis eſſe: vt,
Nam & agere animam, & efflare dicimus. Tuſ.
Eodem tempore & geſtum, & animam ageres. pro Q. R.
Quintus Hortenſius cùm has litteras ſcripſi, animam agebat. Epiſt.
Agere feſtum diem, pro celebrare: aut, vt Barbari loquuntur, Solennizare, vel feſtum diem facere.
Agere diem feſtum. I. V.
Agere diem natalem ſuum, vel alicuius. At.
Agere diem ſuum natalem quotannis. de Fin.
Ætatem, annum, aliquem aut benè vel malè agere: vt, Si octogeſimum annum agerent. de Sen.
Agere vnum diem benè, vel malè ex præceptis ſapientum. Tuſ.
Agere, vt, aut, ne, Latini dixerunt, pro quo nobis vſitatius, Quærere vt, Cogitare quomodo.

Neque enim nunc id agimus, vt explicemus. de Or.
Dominatio quęſita ab vtroque eſt, non id actum, beata ciuitas vt eſſet. At.
Aliud agitur nihil, niſi vt, &c. pro S. R.
Hoc ſolum hoc tempore pugnatur, vt. ibid.
Nihil aliud hoc iudicio tentatur, niſi vt. pro S. R.
Nónne nobis id agendum fuit, vt materiem ſubtraheremus? pro Dom.
Qui tum cùm maximè fallunt, id agunt, vt viri boni eſſe videantur. Off.
Sed quid neceſſe eſt, cùm id agam, ne poſt mortem miſeros nos putemus fore, vitam etiam efficere deplorando miſeriorem? Tuſ.
Ego etiam iam non id ago, vt proſperos exitus conſequar. At.
Ego id ſemper egi, ne bellis intereſſem. E.
Agere alias res dicuntur, qui de eo quod propoſitum eſt, non cogitant, ſed de alijs rebus potius: vt,
Vſque eò animaduerti, iudices, eum iocari, atque alias res agere. S. R.
Itaque facio me alias res agere, ne conuitium Platonis audiam. E.
Oppius aliud agens, & nihil eiuſmodi cogitans. pro Clu.
Quieſcant igitur, & me hoc in lucro ponere, atque aliud agere patiantur. pro Fla.
Atqui vides, inquit Antonius, cùm alias res agamus, quàm te inuiti audiamus. de Or.
Virtutem neceſſariò gloria, etiamſi id tu non agas, conſequitur. Tuſ.
Quæ ſua ſponte, etiamſi id non agas, cadunt. de Or.
Miror tam alias res agere populum, vt ſit inſano inter diſertos locus. de Cla.
Agere comœdiam, partes, perſonam aliquam, proprij ſunt quidam modi linguæ Latinæ, ſed triti non ſatis. Sic agere cum aliquo, peruulgatum eſt: quidam tamen ex vulgari conſuetudine pro Agere cum aliquo, Loqui cum aliquo dicunt.
Lege, ex lege, ex iure, ex ſponſo, ex ſyngrapha, agere. Furti, iniuria-

iniuriarum agere, de iudicijs dicuntur.

Cùm miles domum reueniſſet, egiſſétque lege in hæreditatem paternam. de Or.

Poſſet agi lege nec ne, pauci quondam ſciebant. pro Mur.

Quid agas mecum, ex iure ciuili & prętorio non habes. pro Cæc.

Agere cum aliquo ex ſyngrapha. pro Mur.

Agere ex ſponſo. pro Quint.

Agere furti cum aliquo. pro Cluen.

Agere cum aliquo tabellis obſignatis. Tuſ.

Aio. Opponi huic verbo Nego, idémque ſignificari, quod verbo Affirmo: & Aientia dici, quæ vulgo Affirmatiua, apud paucos percrebuit.

Quaſi ego id curem, quid ille aiat aut neget. de Fin.

Vt neque neget, neque aiat aliquid. Aca.

Diogenes ait, Antipater negat. Off.

Sunt etiam valde contraria alia, quę appellantur negantia, ea *ἀποφατικὰ* Gręci, contraria aientibus: vt ſi hoc eſt, illud non eſt. Top.

Aliàs, pro alio loco, aut diuerſis temporibus vſurparunt eleganter & crebrò Latini. Noſtri tam raró, vt prorſus ignorare videantur.

Itaque illi aliàs aliud ijſdem de rebus iudicant. de Or.

Vt ijdem verſus aliàs in aliam rem accommodari poſſint. de D.

Ex iiſdem illis locis interdum concludere, relinquere aliàs, alióque tranſire de Or.

Quorum deſcriptus ordo aliàs alia terminatione concluditur. Or.

Aliàs, aliàs: geminato eodem nomine ſignificabant, quod indocti nunc ſic dicunt: Vno tempore benè, alio tempore malè habet, quod his modis Cicerone magiſtro emendemus.

Aliàs ita loquor, vt conceſſum eſt: aliàs vt neceſſe eſt. Orat.

Nemo poteſt aliàs beatus eſſe, aliàs miſer. de Fin.

Aliàs contentiùs, aliàs remiſſiùs. de Or.

Aliàs reuocabat, aliàs d[illegible] I. V.

Ex quo intelligitur, qualis ille ſit, quem tum moderatum, aliàs modeſtum & temperantem, aliàs conſtantē, obtēperantē que dicimus. Atque hic item, vt in noſtra perſona licebit, aliàs ſingulatim tranſire omnes argumentationes, aliàs ad partitiones ſingula genera referre, aliàs ab auditore quid deſiderare, quærere, aliàs hæc facere per comparationem ſuarum & contrariarum argumentationum. de In.
Mutantur etiam ſæpe hominum mores, aliàs aduerſis rebus, aliàs ætate ingraueſcente. de Am.
Cùm in eiuſmodi cauſis, aliàs ſcriptum, aliàs æquitatem defendere doceamur. de Or.
Alienus. Vis nota quidem eſt huius verbi, at vſus minimè: cùm ablatiuo iungi ſine præpoſitione vulgus omnino ignorat. vt,
Non putaui eſſe alienum inſtitutis meis, hæc ad te ſcribere. E.
Tamen amore noſtro non ſum arbitratus alienum hæc ad te ſcribere. Qu. de Pet.
Neque hoc dij alienum ducunt maieſtate ſua. de D.
Sed alienum mihi videtur dignitate imperij, quo &c. de pro.
Alius: aliter: Obſeruandum hoc loco eſt, quęnam voces conſequantur hæc nomina. Nam non ſolùm dicimus quàm, ſed etiam alius ac, atque, &c. Sic etiam de Aliter. Aliud atque.
Aliud tu honeſtum in hac cauſa videas, atque ego exiſtimem. At.
In alijs rebus verſor atque tu. de Leg.
Tantum dico aliud eſſe illud atque hoc. eod.
Nec erit hæc alia ratio Planco atque Laterenſi. Pro Planco.
Mihi videris aliud tu honeſtum, meque dignum in hac cauſa iudicare, atque ego exiſtimem. At.
Si aliud atque exiſtimas, pro Mur.
Non alius eſſem, atque nunc ſum, Lentule.
Tantum & aliud eſſe atque hoc. de Or.
Si ipſe A. Cluentius ſententiam de iudicijs rogaret,

ret, aliam non diceret, atque ij dixerunt, quorum ſententijs Cluentium condemnatum eſſe dicitis. pro Clu.
Cùm aliud cognoſceret atque ſentiret. Aca.
Alio nomine illam rem de qua agitur, appellari oportet, atque aduerſarij dicunt. Rhe.
Longè alia ratione, recuperatores, ad agendum hac actione venio, atque initio veneram. pro Cæc.
Noſtra factum eſſe negligentia, vt longè alia in fortuna eſſet, atque eius pietas ac dignitas poſtulabat. Terentię.
Aliud ac. Alia dicere ac ſignificare. de Or.
Aliud mihi ac tibi videri poteſt. de Or.
Nec erit hæc alia ratio Plancio ac Laterenſi. pro Pl.
Poteſt enim non ſolùm aliud mihi ac tibi, ſed mihi ipſi aliud aliàs videri. de Or.
Ne alio menſe ac fas erat comitia haberentur. I. V.
Quod quidem agere ſi liceret, alio modo ac nunc agendum eſſet. At.
Lux denique lōgè alia eſt ſolis ac lychnorum. pro M.
Quid ergo hi poſſunt aliud iudicare, ac iudicauerunt? pro Cor. Balb.
Alius &. Alia & bona, & mala videntur Stoicis. de Or.
Non alia cauſa eſt æquitatis in vno, & in pluribus. pro Cæc.
Alia cauſa eſt eius qui calamitate premitur, & eius qui res meliores quærit. de Off.
Lux longè alia eſt ſolis & lychnorum. pro Cæl.
Aliter ac. Ne ſim ſaluus, ſi aliter ſcribo ac ſentio. At.
Omnia aliter ac vos in monumentis habetis, pronunciauit. pro Dom.
Quo maiorem ſpem habeo, nihil fore aliter ac deceat. At.
Aliter atque. De Antonij itineribus neſcio quid aliter audio, atque vt ad te ſcripſeram. At.
Proinde quaſi iſti de illo aliter atque exiſtimo ſentiant. pro Dom.

Aliter &c. De puero aliter ad te ſcripſi, & ad matrem. At.
Sunt & alij modi verè Romani, qui hoc nomine fiunt, alieni à conſuetudine vulgari. Iterarunt enim Latini alius hoc modo, alius alio melior, quod cùm vulgus ignoret; aliena multa conſuetudine triuit: vt, Alius multo eſt melior quã alter: aut, Vnus meliorem ſententiam dixit quam alius, & ſimilibus barbaris modis vtitur, quòd pura & emendata conſuetudine loquendi deſtituatur: ea enim talis olim fuit: vt,
Omnes certatim, alius alio grauiùs atque ornatiùs de mea ſalute dixerunt. pro Seſt.
Accepi epiſtolas tuas, aliam alia iucundiorem. At.
Habes Sardos venales, alium alio nequiorem. hic alius de duobus dici videtur. Ep.
Alius, alius, diuerſitatem ſignificat, vt aliàs aliàs ſuprà.
Signiferi orbis vnamquãque partem aliam alio modo mouere atque immutare cœlum. de Diu. & alibi:
Signa alia alio in loco lacrymantes intuebantur.
Itaque illi alius aliud iiſdẽ de rebus iudicant. de Or.
Simia omnia diſturbauit, & aliud alió diſſipauit. de D.
Quorum deſcriptus ordo alius alia terminatione concluditur. Or.
Vt ijdem verſus alius in aliam rem accommodari poſſint. de D.
Res alio atque alio elata verbo. Or.
Cùm aliud videatur eſſe numerus, aliud numeroſum, quid interſit. Or.
Aliud alijs videtur optimum. Or.
Multa in epiſtolam conieci, aliud alio tempore. Q. F.
Aliud ex alio, latinè: quod barbarè dicitur, Vnum ex alio.
Aliud ex alio quærere. de Leg.
Me quotidie aliud ex alio impedit. E.
Sed vt aliud ex alio, mihi non eſt dubium, quin, &c. At.
Nec vnquam aliud ex alio peccare deſtitit. At.
Hic tum alius ex alia parte. in V.

Videtis

Videtis ne quanta ſeries rerum ſit, atque vt ex alio alia nectantur? de Nat.

Cauſæ aliæ ex alijs aptæ & neceſſitate nexæ. de Leg.

Allego. Allegare non ſignificat apud Ciceronem & veteres, autorum teſtimonio, vti aut afferre aliquid quod probet ea quæ ſunt propoſita: ſed mittere in priuatis negotijs aliquem, aut aliquos ad aliquem, qui noſtram cauſam apud eum agant. Aut quod legare eſt in publicis rebus, allegare in priuatis ſignificat.

Petit à me Rabonius, & amicos allegat, facilè impetrat. I. V.

Homines nobiles allegat ijs qui peterent, ne ad Sylam adirent. S. R.

Si mihi tecum minus eſſet, quàm eſt cum tuis omnibus, allegarem ad te illos, à quibus intelligis me precipuè diligi. E.

Extremum illud eſt, vt ad te philoſophiam allegem. E.

Alter. Quàm obſcurata, & penè amiſſa fuerit lingua Latina, hoc nomen oſtendit, quo cùm nihil ſit Latinis vſitatius, nullum penè eſt, quod magis vulgo negligitur. Quis enim eſt, qui pro alter, duo & ſecundum non ſemper vſurpet, cùm diſcrimen, quod eſt inter Secundum ac Alterum, non intelligat? Alterum enim, crebrò optimi auctores pro Secundò vtuntur: ac Secundum in omnibus pro Altero poni non poteſt, quod illud ſemper Secundum naturâ ſignificet: hoc verò non ſemper, ſed etiam vnum de duobus, nullo certo ordine obſeruato.

Cùm is vnum iam & alterum diem deſideraretur. pro Clu.

Equitatus qui in Syriam ducebatur bipartitò: alter eũ, à quo ducebatur, reliquit: alterum Cn. Domicius à legato Syriaco abduxit. I. A.

Accedit, vt accuſatorum alterius crudelitate, alterius indignitate perturber. pro Deiot.

Neceſſe eſt enim, alterum ſit de duobus. Tuſ.

Ego è Formiano exiens XVII. Calendarum, vt inde

altero die in Tuſculanum, ſcripſi hæc. A.
Qui enim eſt tantum in vno aut altero die. At.
Vnus & alter dies intercefferat, cùm res parum certa videbatur: *& paulò pòſt*: Qui cùm vnum iam & alterum diem deſideraretur.
Habetur vna & altera concio vehemens & grauis.
Rex primò nihil metuere, nihil ſuſpicari, dies vnus & alter, plures, non refertur. in V.
Vnum, alterum menſem, propè annum denique domi tuę piratæ aliquo tempore capti ſunt. ibidem.
Tum repentè iſte teſtes citari iubet. dicit vnus aut alter breuiter. ibidem.
Si quem tibi item vnum alterúmue diem abſtulerit. Appio Pulchro.
Neque alter de duobus ſolum dicitur, vt multi opinantur: vt, Ad Brutum noſtrum hos libros alteros quinque mittamus. Tuſ.
Non modo his tribus, qui &c. ſed etiam alteris tribus. Qui &c. de D.
In altero pudor, in illis libidines. in A.
Alterum ſe eſſe, aut fore, Vulgo Talem eſſe aut fore, qualis ipſe eſt.
Meipſum accuſo, deinde te, quaſi me alterum. At.
Ad omnia me alterum ſe fore dixit. A.
Vide quàm mihi perſuaſerim, te eſſe me alterum. Epiſt.
Ad te tanquam ad alterum me proficiſcens. A.
Quem ſi reliquiſſem, dicerent iniqui, non me planè pòſt annum ex prouincia deceſſiſſe, quoniam alterum me reliquiſſem. Ep.
De eodem & altero. Top.
Alumnus. Tam eum ſignificari hoc verbo qui alitur, quàm qui alios alit, in vulgus prorſus ignotum: vt,
Ariſtoteles, cæterique Platonis alumni. de Finib.
Aliquis quaſi alumnus diſciplinæ alicuius. E.
Vos quoque ſigna videtis aquai dulcis alumnę. de D.
Eloquentia, bene conſtitutæ ciuitatis quaſi alumna quędam. de Cla.

Ego itaque pacis, vt ita dicam, alumnus. I. A.

Amabo te, Rogantis hic modus loquendi priſcę & Romanæ integritatis, eos qui in humanioribus litteris diu multumque verſati non ſunt, fugit: vt,

Cura, amabo te, Ciceronem noſtrum. At.

Cura, amabo te, vt cum Tricinio tranſigas. At.

Vrbanitatis poſſeſſionem, amabo, quibuſuis interdictis defendamus. E.

Noſtra autem negotia, quoniam Romę commoraris, amabo te, explica. At.

Expecta, amabo te, dum Atticum conueniam. At. & Qu. Fr.

Sed amabo te, cura ac cogita nihil noui. E.

Amabo te, ſi quid, quod opus fuerit, Appio facies, ponito me in gratiam. Ep.

Amabo te, incumbe in eam rem. At.

Eodem modo, Si me amas, Si me diligis, ab iiſdem vſurpatur: in quibus obſeruandum eſt, non iungi, Si, cum Subiunctiuo: vt Si me ames, diligas, non inuenitur apud Ciceronem: ſed, ſi me amas, diligis.

Tu ſi nos omnes amas, confirma te. Ep.

Si me amas, cum tu vis apud me maneas. At.

Adhuc, ſi me amas, Marium. Qu. Fr.

Pugna, ſi me amas. Ep.

Poteris igitur & facies, ſi me diligis, vt quotidie ſit Acaſtus in portu Ep.

Effice, ſi me diligis, vt valeas.

Si me diligis, excita ex ſomno tuas litteras. Ep.

Cura, ſi me diligis, vt valeas. ibid.

Ambigo. Non obſcura eſt vis huius verbi: ſed monendi tantum hic ſunt indoctiores, ne Controuerto dicant, & controuerti aliquid: quòd verbum hoc apud probatos auctores non inueniatur. Sed ambigo, & ambigi pro eo ſunt vſi.

Fundus, de quo ambigitur. pro Cæc.

In eo autem iure, quod ambigitur inter peritiſſimos, non eſt difficile. de Or.

Vt inter eos qui ambigunt, conueniat, quid ſit id de

quo agatur. de Fin.
Nihil eſt enim, quod inter homines ambigatur, in quo. de Or.
Quæ propter ſcriptum ambiguntur. de Or.
Omnis res eandem habet naturam ambigendi, de qua quæri & diſceptari ſolet, ſiue &c. de Or.
Ex contrarijs ſcriptis ſi quid ambigitur. de Or.
Ambigunt agnati cum eo, qui eſt ſecundus hæres. de In.
Nihil ambigi poteſt, in quo non. Or.
Niſi cùm de vero ambigitur. ibid.
Si plures ambigent, &c. de In.
Ambigere de aliqua re. Top.
Si de hęreditate ambigitur. in V.
Ambitus voce Latine ſignificari, quod Græcè periodi, ex verbis Ciceronis, qui ſic reddidit, intelligitur.
Ille quaſi verborum ambitus: ſic enim has orationis conuerſiones Græci vocant. de Or.
Comprehenſio & ambitus ille verborum, ſi ſic periodum appellari placet. de Cla.
Arguti, certique, & circumſcripti verborum ambitus. Or.
Meæ aures perfecto completóque verborum ambitu gaudent. Or.
Ambulo. Non ſolùm ij dicuntur ambulare, qui ſpacia faciunt: aut animi cauſa eunt: ſed etiam qui proficiſcuntur aliquò: quod vulgus neſcit.
Si enim rectè ambulauit is, qui hanc epiſtolam tulit, in ipſum tuum diem incidit. At.
Xerxes tantis claſſibus Helleſponto iuncto, Athóque perfoſſo, maria ambulauit, terrámque nauigauit. de Fin.
Xerxes maria pedibus, claſſibus montes paragrans. ibid.
Sed, vt Philoſophi ambulant, has tibi redditum iri putabam prius. A.
Eo autem modo ambulat Cęſar, vt timeam, ne citius, quàm opus ſit, ad Brunduſium acceſſerit. At.
Triduo ſeptuaginta millia paſſuum ambulare. Q.
Amo,

Amo, vis nota ſatis eſt & peruulgata: ſed Multùm, aut valde te amo: pro, Gratum mihi facis, eſt Latinę linguæ proprius loquendi modus, à vulgari conſuetudine proiſus alienus.

De Rauduſculo multùm te amo. At.

Signa quæ nobis curaſti, ea ſunt ad Caietam expoſita: te multùm amamus, quòd ea abs te diligenter paruóque curata ſunt. At.

Multùm te amo, quòd reſpondiſti M. Octauio. At.

Et in Attilij negotio te amaui. E.

Amplector, eandem vim habere, quàm complector, aut comprehendo, vulgo notum non eſt.

Hæc parui temporis memoriam; illa perpetuę exiſtimationis fidem & religionem amplectuntur. S. R.

Aſſentior tibi, qui non ita amplecteris artem, vt alij ſolent. de Or.

Quod ego pluribus verbis amplecterer, ſi non &c. pro Q. R.

Quæ ſi iudex non complectetur omnia conſilio. pro Fon.

Amplector aliquem, aut aliquid, pro diligere, aut quod vulgari modo dicitur, Ex corde amare, aut benè velle alicui.

Cæſar fauet ingenijs, nobilitatem & dignitatem hominum amplectitur. E.

Me amiciſſimè quotidie magis Cæſar amplectitur. E.

Diligere, amare, amplecti, laudare aliquem. At.

An Antonius equites Romanos amplectetur? in A.

Quia nimis amplecti plebem putabatur. pro Mil.

Paruulus filius, qui mihi videtur amplecti Remp. I. C.

Nam quòd ius ciuile tam vehementer amplexus es, video quid egeris. de Or.

Qui tanto amore ſuas poſſeſſiones amplexi tenebant. pro Syl.

Cùm verò ea tua ſit voluntas erga me, libenter amplector talem animum. Ep.

Amplio. Hoc verbo exprimebant veteres Latini, quod

recentes inſcitè noſtris tẽporib. ſic dicunt: Differre iudicium, aut ius, aut ſententiam in aliud tempus.
Cùm cauſam non audiſſet, & poteſtas eſſet ampliandi, dixit ſibi liquere. pro Cœc.
Quid fuit, iudices, quare iſtum nefarium ampliaueritis? ad Her.
Amplius pronunciare, idem.
Glaucia primus tulit, comperendinaretur reus, antea vel iudicari primo poterat, vel amplius pronunciari. I. V.
Cum conſules re audita amplius de conſilijs ſententiam pronunciauiſſent. de Cla.
Amplius. Contra conſuetudinem ſimilium nominum iungitur hoc cũ nominatiuo, & accuſatiuo. Quod etiam in voce plus obſeruandum erit: ratione enim comparationum dicendum tantum eſſet, centum ciuibus amplius, non amplius centum ciues, ſed vſus omni ratione in linguis potior ſæpe eſt. Quot enim modis idem dicatur, ex hoc vno loco Ciceronis facilè diſcemus.
Quam pridem hoc nomen Fanni in aduerſaria retuliſti? poſt: Amplius ſunt ſex menſes, quid ſi tandem amplius triennium eſt? *Et paulò poſt*: tu hoc nomen triennium amplius in aduerſarijs iacere pateris? *&* *paulò poſt*: hoc nomen triennio ampliùs, quod erat in aduerſarijs relinquebas? pro Q. R.
Cùm enim Syracuſis amplius centum ciues Romani cognoſcerent. in Ver.
Qui cum amplius centum ciues Romanos haberet ex conuentu Syracuſarum. in V.
Qui ager, vt dena iugera ſint, non amplius hominum quinque millia poteſt ſuſtinere. At.
Non amplius quatuordecim cohortes Luceriam coẽgi. At. Pomp. ad Domiti.
Hoc amplius. Proprius quoque modus Romanæ linguę, quo acceſſionem ſignificabant.
Illi ſe ſuos armatos adduxiſſe dixerunt: etiam hoc amplius, cum Ebutius Cæcinnæ malum minitaretur, ibi tum Cæcinnam poſtulaſſe. pro Cęc.
Cùm

Cùm vterque eorum docuiſſet, qualem in republ. principem eſſe conueniret, pluribus præterea cum ſcripſiſſet, qui eſſe optimus reipubl. ſtatus: hoc amplius Theophraſtus, quæ eſſent in repub. inclinationes rerum, & momenta temporum. de Fin.

Itaque obtemperare cogito præceptis tuis, hoc amplius, nauicularum habere aliquid in ora maritima. E.

Anfractus. Cicero anfractum vocat, quas ambages, ij qui ætate conſecuti ſunt, appellarunt: vt,

Figura nihil habens inciſum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens. &c. de N.

Oratio circumſcripta longo anfractu. Par.

Itaque vt ita cadat, in annuis anfractibus deſcriptum eſto. de Leg.

Anniuerſarius. Hoc nomine Latini ſignificarunt, quod ineptè imperiti ſolent dicere, Singulis annis ſemel, vno quoque anno.

Mercurius ſacris anniuerſarijs apud Tyndaritanos ſumma religione colebatur. I. V.

Syracuſani feſtos dies anniuerſarios agunt. I. V.

Qui ſacrificia gentilia anniuerſaria factitarunt. I. V.

Sacra anniuerſaria. At.

Impetus cœli conſtantiſſimè conficiens viciſſitudines anniuerſarias. de N.

Antecedo. Vis & poteſtas huius verbi manifeſta ſatis eſt: ſed ſolum hoc notandum hic fuit, Ciceronem per verbum Antecedo ea ſignificare, quæ alij auctores per Præcedo.

Antiquior, ius, iſſimus, pro carior, aut potior, tritum fuiſſe olim Romano ſermone, vulgus ignorat.

Si in aduentu tuo bellum confici poteſt, nihil ſit antiquius. Epi.

Me id multò magis mouet, quod mihi eſt ſanctius ac antiquius. At.

Ne dubitaris, quin quod honeſtius, id mihi futurum ſit antiquius. At.

Quod

Quod tibi & antiquiſſimum eſſe, & ab initio fuiſſe, omnium ſermone celebratum eſt. Qu. Fr.
Nihil mihi antiquius noſtra amicitia eſt. At.
Antiquiorem Deiotaro fuiſſe laudem & gloriam, quàm regnum & poſſeſſiones ſuas. pro De.
Nihil quicquam habui antiquius, quàm vt Panſam ſtatim conuenirem. E.
De Tullia mea tibi antiquiſsimum eſſe video. At.
Nihil vita antiquius exiſtimare, omnia poſteriora libertate ducere. in An.
Aperio. Significari hoc verbo, ea quę clauſa ſunt in lucem proferre, vulgatum eſt: ſed quę tecta ſunt & occulta, detegere, & in conſpectu ponere, paucis & in optimis auctoribus verſatis, tantum notum eſſe videtur.
Verentur, ne ſi quo caſu euenerit, vt corporis partes quædam aperiantur, afficiantur non decorè. Off.
Cùm mulier fleret vberius, is caput aperuit, in collum inuaſit. in A.
Quæ in diuturna obſcuritate latuerunt, ſic aperiam, vt ea oculis cernere videamini.
Stella tum deliteſcens, tum rurſum ſe aperiens. de N.
Altera occulta quædam, & quaſi inuoluta aperiuntur: altera prompta & aperta indicantur. de Fin.
Apparentia, Barbarum eſt, latinè Species.
Appello. Latini ſignificarunt hoc verbo aliquid, quod vulgarem ſcientiam & conſuetudinem fugiat, nimirum nominatim rogare prorſus aliquem de aliqua re: quod magis efferre ſolemus per Alloqui, quàm hoc verbo. Cicero verò cùm exprimere velit quod Germanicè dicimus, Einen anſprechen, oder anreden. Galli verò, *s'adreſſer à quelcun*: aut quod Latinè agere cum aliquo diceretur, Appello ſolet dicere vſitatius quàm Alloquor: quod tamen in eodem ſenſu quoque eſt vſus: ſed Appello in ſeuerioribus rebus locum habet. Tum appellat hilari vultu hominem Balbus, vt blandiſſimè poteſt: quid tu inquit, Pacctis? pro Clu.

Tu vt me & appelles, & interpelles, & colloquare, & obloquare velim. Q. F.
Salutare benignè, comiter appellare vnumquemque. in A.
Ne quis inſpiciat tabellam, ne roget, ne appellet. de Leg.
Appellare milites blando ſermone. Off.
Vos ego appello, quorum de me maxima eſt poteſtas. Antequam.
Cum ego illum crebrò appellans, collegam ei ſuum commendarem. de Or.
Appellare nomen alicuius identidem. de In.
Te autem M. Antoni abſentem appello, nónne, &c. I. A.
Te appello Oppianice, te T. Acti, audete negare, &c. pro Clu.
Te appello Cato, nónne proſpicis? pro Mur.
Marcelle, te appello, num? I. V.
Apellare aliquem ſuperbius. pro Pomp.
Apellare aliquem aſperius. contra Rul.
Apellare aliquem verbo grauiore. I. V.
Vt eum triſtem Galba vidit, nomine appellauit. de Or.
Me autem nomine appellabat. Aca.
Deiotarus filius, qui rex ab ſenatu appellatus eſt. At.
Quod tum dicendo, tum ſingulis appellandis rogandiſque perſpexeram. Ep.
Quem enim alium appellem? quem obteſter? quem implorem? pro Flac.
Vos etiam imploro atque appello, ſanctiſſimæ deæ. I. V.
Sin &c. quid agendum eſt? qui Deus appellandus eſt? cuius hominis fides imploranda eſt? pro Qu.
Cauendum eſt, ne iiſdem de cauſis alij plectantur, alij ne appellentur quidem. Off.
Appellare quoque idem valet quod admonere, hoc eſt, à debitore exigere ſolutionem, vt vulgus loquitur.
Cùm tibi quotidie poteſtas fuiſſet admonendi, ver-
bum

bum nullum facis, biennio iam confecto ferè appellas. pro Qu.
Appellatus es de pecunia, quam pro ſectione debebas. I. A.
Attiliano nomine ſcripſi ad Philotimum, ne appellaret Meſſalam. Att.
A me petere quod debeo, meipſum appellare debetis. contra Rul.
Cocceium velim appelles: quod enim dixerat non facit. Att.
Dolabellæ procuratores fac vt admoneantur, appellabis etiam Papiam. Ep.
Tulliola tibi diem dat, ſponſorem appellat. At.
Tulliola tuum munuſculum flagitat, me ſponſorem appellat. At.
Poſſumus enim, vt ſponſores appellemus, procuratores introducere. Att.
Appellare. Eo vno verbo Latini ſignificabant, quod vulgari conſuetudine pluribus ſic applicatur: Ab inferiore iudice ad ſuperiorem citare aliquem: Aut etiam maiorem poteſtatem aut brachium, vt vocant, implorare.
Cuius procurator à prætore ad tribunos appellare auſus ſit. pro Qu.
Ad Tribunos quòd appelles, valdè probo. At.
Atque adeò cum iam diſceſſio facta eſſet, prętor appellatur. in V.
Quis igitur prætorem appellat? qui quæſtor iſtius fuerat Cæcilius. ibid.
Appellaſti Tribunos plebis, ne cauſam diceres. I. V.
Appellaui populum, tribubus me ſubmiſi. pro Planc.
Appellantur Tribuni, à quibus cùm eſſet certum auxilium petitum. pro Q.
Appellere. Qui Latinè diſcere velit, obſeruet potius quid conſuetudine integra & incorrupta tritum olim fuerit, quàm quid præceptis aut rationibus tradatur. Quis enim non eſt, qui non potius dicat, Nauis appulit, quàm Nauem, aut naue appulit, quomo-

quomodo veteres, & veri Romani ſunt locuti. Nam nauis aut claſſis appulit, Latinum non eſt: quod exempla ipſa maximè comprobabunt.
Cùm Perſæ mille numero nauium claſſem ad Delum appuliſſent. I. V.
Appellitur nauis Syracuſas.
Nauis appulſa Veliam eſt.
Quos in Siciliam appulſos eſſe nauigijs dicebat.
Claſſe ad eum locum appulſa.
Cùm ad villam noſtram nauis appelleretur. At.
Timidè, tanquam ad aliquem libidinis ſcopulum, ſic tuam mentem ad Philoſophiam appuliſti. de Or.
Nec tuas vnquam rationes ad eos ſcopulos appuliſſes, ad quos S. Titij afflictam nauem videres. pro Rab.
Viſus eſt in ſomnis paſtor ad me appellere. de D.
Appeto. Manibus appetere, aut aliquid appetere, Latini vocabant, quod barbarè ab indoctis dicitur, Porrigere manum poſt aliquid.
Ei magis dixerunt, ex triplici appetitione ſolis XXX. annos Cyrum regnaturum eſſe portendi. de D.
Puer lacteas mammas appetens. de D.
Vitam alicuius appetere, idem quod Cupere aliquem occidere. Sic lapidibus appetere aliquẽ latinè, quod vulgò, Iactare poſt aliquem lapidibus.
Vitam meam inimicorum moleſtia non eſſe appetitam. pro Planc.
Filij vita infeſta ſæpe ferro atque inſidijs appetita. pro S. R.
A quibus ille ſe lapidibus appetitum & percuſſum eſſe dixit. pro Dom.
Applico. Nauem applicare ad ripam, vt appellere, de quo ſuprà.
Si ille ad eam ripam, quam conſtituerat, non ad contrariam, nauim applicuiſſet. in A.
Nautæ nauim ad eum applicauerunt. de In.
Tranſlatè, *Se applicare ad aliquid*, idẽ penè valet, quod Conferre, aut Adiungere ſe ad aliquid.

Itaque

Itaque ſe alij ad philoſophiam, alij ad ius ciuile applicant. Off.

Ad hanc potiſſimùm philoſophiam me applicaui. Aca.

Voluptas non poteſt ad honeſtatem applicari. de Fin.

Qui ad ſcribendam hiſtoriam maximè ſe applicauerunt. de Or.

Ante rem erit, quod in itinere ſe tam familiariter applicauerit. de In.

Meque ad Molonem applicaui. de Cla.

Oppianicus ſe ad Stalemi familiaritatem applicauit. pro Clu.

Sicilia ſe ad amicitiam fidémque populi Rom. applicuit. I. V.

Applicare ſe, & adiungere ad virtutem. de Am.

Chryſippus medium ſe fieri voluit: ſed applicat ſe ad eos potius, qui &c. de Fa.

Omnes vires ciuitatis ſe ad Pompeij ductum applicarunt. Ep.

Ad ſe diligendum omne animal applicatum eſt. de Fi.

Quam qui appetunt, applicant ſeſe, & propius admouent.

Deinde requirunt atque appetunt, ad quas ſe applicent eiuſdem generis animantes. de Am.

Cui Romę exultare ius eſſet, ſi ſe ad aliquem, quaſi patronum, applicuiſſet. Or.

Indi cum ad flammam ſe applicuerint, ſine gemitu aduruntur.

Appono. Significari idem hoc verbo, quod per Aſcribere, Addere, peruulgatum non eſt. Ariſtarchus, qui notam apponebat ad malum verſum. I. P.

Reliquis epiſtolis tantum faciam, vt notam apponam eam, quæ mihi tecum conuenit. I. V.

Nec ſignum tuum in epiſtola, nec dies appoſitus eſt. Bru.

Apponere accuſatorem, calumniatorem, præuaricatorem: Latinæ linguæ proprij modi, quos cùm neſcit vulgus, ex ſuæ linguæ conſuetudine magis, quàm Romanæ, iſtiuſmodi ſenſus efferre ſolet. Sic enim

imperiti

imperiti loquuntur, Subornare aliquem, qui falsò accuſet: quod Latini apponere calumniatorem, aut accuſatorem. Gallicum vulgus attritare. Apponere præuaricatorem, vulgo, Corrumpere aduerſarium vt colludat. Vulgus enim Gallicum, (vt inquit Budæus) dicit, Curare ſe per tertium adiournandum, colluſionis ſcilicet gratia. Apponere licitatorem aut mancipem, noſtra conſuetudine potius ſic exprimeremus, Subornare aliquem qui liceatur, aut licitatorem. Sed Cicero verbum Subornare falſis teſtibus, & ſimilibus potius rebus, quæ diximus tribuit.

Dionem euocauit, calumniatores ex ſinu ſuo appoſuit, qui illam hæreditatem Veneri Erycinæ commiſſam eſſe dicerent. in V.

Verres calumniatores apponebat: Verres iudicabat. in V.

Iam vereor P. C. ne quod turpiſſimum eſt, præuaricatorem mihi oppoſuiſſe videar. in A.

Tum verò omnibus indigniſſimum viſum eſt, homines honeſtiſſimos, electos ex ſuis ciuitatibus, in vincula coniectos, Cleomenem propter flagitiorum, ac turpitudinis ſocietatem familiariſſimum eſſe prætoris: apponitur his tamen accuſator. in Ver.

Accuſator apponitur ciuis Romanus de creditoribus Lampſacenorum. in Ver.

Non licitatorem venditor, nec qui contra ſe liceatur, emptor apponet. Off.

Nunc tuum precium noui; licitatorem potius apponam, quàm illud minoris veneat. Ep.

Si res abiret eo mancipe, quem ipſe appoſuiſſet, ſibi multam prædam eſſe. in Ver.

Appoſitus, pro aptus, tritum non eſt, nec peruulgatum.

Forma appoſita ad dignitatem. ad Her.

Menſes tres ad dicendum maximè appoſitos mihi eripuiſtis. I. V.

Locus minimè appoſitus ad tolerandum calamitatem. At.

Opera-

Operarius appoſitior ad deferenda, quàm ad auferenda ſigna. In V.
Homo bene appoſitus ad iſtius audaciam.
Cætera appoſita tibi mandabo. At.
Ridicula non ſolum mimis perappoſita, ſed etiam nobis. de Or.
Habet quiddam Sardinia appoſitum ad recordationem præteritæ memoriæ. Qu. Fr.
Appoſite, eandem vim habet.
Aptus, nomen quidem notum ſatis, ſed vis minimè. Latini enim quę ordine iuncta ſunt certo, & cohærent quaſi catena aliqua, apta eſſe dicebant: eique opponebant, diſſolutum aut diſſipatum. Quod cum vulgus neſciat, quibuſuis potius quàm proprio nomine in explicandis his rebus vtitur.
Balbus multa dixit, etiamſi minus vera, tamen apta inter ſe, & cohęrentia. de N.
Orbes vincti inter ſe, & nodis cœleſtibus apti. in Ac.
Nunc quod aptum, id eſt, quid maximè deceat in oratione videamus. Or.
Non ex verbis aptis pendere ius. pro Cæc.
Si ea cauſa non externis cauſis apta dicatur. de Fa.
Nam cum viro ex ſe ipſo apta ſunt omnia, quæ ad beatè viuendum ferunt, nec ſuſpenſa aliorum aut bono caſu, aut contrario, pendere ex aliorum euentis & errare coguntur, huic &c. Tuſ.
Thucydides verbis aptus & preſſus. de Or.
Tanta ſeries artis eſt, ſic inter ſe pleraque ſunt apta & connexa, vt, &c. Par.
Is beatiſſimus eſt, qui eſt totus aptus ex ſe, qui in ſe vno ſua ponit omnia. Para.
Eſt apud illos ordo rerum conſeruatus, & omnia inter ſe apta & connexa. de Fin.
Qui rectè vixerit, ad illud aſtrum, quo cum aptus fuerit, vertetur. de Vn.
Arbitratus, & ad arbitrium alicuius aliquid facere, tam nota non ſunt vulgo, quàm ea quæ à conſuetudine aliena ſunt, nimirum ſecundum voluntatem alicuius aliquid facere, ad placitum

alicuius aliquid facere, facere vt placet, vt videtur.
Quid mihi nunc quæſtiunculam, de qua meo arbitratu loquar, ponitis? de Or.
Quæ mihi facultas, vt id meo arbitratu facerem, ante hoc tempus vnquam eſt data? de Fin.
Quo loco niſi iniquum poſtulo, reſponde arbitratu meo. de Fin. (de Am.
Quas ſententias in hoc libro expoſui meo arbitratu.
Ego litteras ipſius arbitratu dabo, eæ te non moueant. A.
Quæro cauſas omnes aliquando viuendi arbitratu meo. Ep.
Tribunitij candidati compromiſerunt H.S.CCCCC. in ſingulos apud M. Catonem depoſitis, petere eius arbitratu, vt qui contra feciſſet, ab eo condemnaretur. Qu. Fr.
Apud quos, quo more, cuius arbitratu ſit educatus. de In.
Veni igitur, & age de pace, meóne inquam arbitratu? an tibi inquit, ego præſcribam? At.
Cum ſummam tantę pecuniæ nullo teſte ſibi ipſe ſuo arbitratu, & ſua voluntate feciſſet, cont. Rul.
Ad arbitrium. Ad noſtrum arbitrium, libidinémque, aduerſariorum minas eludemus. I. V.
Hic Heraclea ad arbitrium ſuum nauigauit. I. V.
Secundum arbitrium tuum teſtes dabo. I. V.
Ad aliorum arbitrium viuere, non ad ſuum. pro Mur.
Cum Vectius ad arbitrium tuum peroraſſet. in Vat.
Mentes iudicum ad arbitrium ſuum poſſe mouere. de Or.
Quid Epicurei? num deſiſtunt de ijſdem, de quibus ab Epicuro ſcriptum eſt, ad arbitrium ſuum ſcribere? de Fin.
Ad alicuius arbitrium & nutum totum ſe fingere & accommodare. Or.
Delectationes, quas tibi ipſi ad arbitrium tuum compares. Ep.
Et in ea ſitum loci cuiuſdam ad ſuum arbitrium fabricari. ad Her.

Quod

Quod recentiores *Liberùm arbitrium* vocant, Cicero & veteres voluntatem liberam, aut Quod in noſtra poteſtate eſt, appellarunt.

Qui introducunt cauſarum ſeriem ſempiternam, hi mentem hominis voluntate libera ſpoliant, neceſſitate fati deuinciunt. de Fat.

Non enim ſi alij ad alia propenſiores ſunt, propter cauſas naturales & antecedentes, idcirco etiam noſtrarum volũtatum & appetitionum ſunt cauſæ naturales & antecedentes, nam nihil eſſet in noſtra poteſtate, ſi res ita ſe haberet. Hæc pauca verba idcirco addidit, quòd ad liberam voluntatem pertinent. de Fa.

Ponitur tamen à Cicerone, *Arbitrium ſuum, meum*, nullo adiunĉto alio nomine, pro libera voluntate mea, &c.

Animus fractus, & abiectus, & arbitrio carens ſuo. Par.

Antonius in ſua poteſtate nunquam fuit, nihil vnquam arbitrio ſuo fecit, ſemper eò tractus quò rapuit libido. I. A.

Puto arbitrio ſuo quemque timere oportere. pro Dom.

Tuum, meum aut alicuius arbitrium ſit, vt alicuius arbitrio aliquid fieri, Latinè: quod vulgari more, Vt tu, aut aliquis determinet: alicuius determinatione aliquid fieri.

Maximas res arbitrio multitudinis agi. I. V.

Eius orationis cuſtodiendę & proferendę arbitrium tuum ſit. At.

Antonius poſtulat eſſe arbitrium ſuum de rep. At.

Tametſi iactat ille quidem illud ſuum arbitrium. At.

Arbitrium etiam id, quod arbitri conſtituunt & decernunt ex æquo & bono, ſignificat: vt iudicium eſt id quod iudices.

Aliud eſt iudicium, aliud arbitrium: iudicium eſt pecuniæ certæ, arbitrium, incertæ. pro Qu. R.

De iudicio & arbitrio multa. ibid.

In arbitrio rei vxorię melius, æquius in fiducia, inter bo-

ter bonos benè agier. Off. Top. & Cur non arbitrium pro ſocio adegeris. Qu. Roſcium quæro, aliàs arbitrium. pro Quinto Roſ.

Quaſi ij qui magna ſocietate fidem gererent, arbitrium pro ſocio condemnari ſolerent. pro Q.

Eodem in templo arbitria non mei ſolùm, ſed patriæ funeris abſtuliſti: id eſt præmia. in P.

Nondum palàm factum erat concidiſſe remp. cùm tibi arbitria funeris ſoluebantur. Antequam.

Videre prętextatos inimicos nondum morte complorata, arbitria petentes funeris. pro Dom.

Arceſſo, vt accerſo, ſed minus notum.

Cum ab aratro arceſſebantur, qui conſules fierent. pro S. R.

Cùm P. Lentulus, Qu. Metellus me arceſſerent in Senatum, non venirem? pro Dom.

Pelopem ad te arceſſe. At.

Interea narrat eadem, Brutum arceſſi, Caſſium expectari.

A *capite arceſſere aliquid*, idem valere, quod à fonte aliquid ducere, ignotum eſt in vulgus.

A capite quod velimus arceſſere, & vnde omnia manant videre. de Or.

Non erit neceſſe id vſque à capite arceſſere. Top.

Ardeo. Et ſæpe, & eleganter Cicero hoc verbum transfert ad ea, quæ quaſi accenſa & inflammata videantur.

Is ardet dolore & ira noſter Pompeius. At.

Tu mihi non ſolùm incendere iudices, ſed ipſe ardere videris. de Or.

Cum ſpumas ageret in ore, arderent oculi. in V.

Cùm arderet Syria bello. At.

Orbem terrarum diſtributis imperijs bello ardere. Ep.

Vna Gallia communi non ardet incendio. Or.

Verres ardebat amore illius hoſpitę. I. V.

Nunc enim mihi animus ardet, & meum cor cumulatur ira. pro Cæl.

Ardere cupiditate alicuius rei. I. P.

Ardeo

Ardeo ſtudio hiſtoriæ. At.
Noſtra antiqua manus bonorum ardet & ſtudio noſtri, atque amore. Q. F.
Res ardet inuidia. Q. F.
Non angor, ſed ardeo dolore. At.
Omnia tum in illa odia ciuium ardebant deſiderio mei. pro Mil.
Vidimus eos ardentes tum cupiditate, tum metu, tum conſcientia. de L.
Nunc animus demum mihi ardet, de Fin.
Nec ſcienter quid appetens deſiderio ardeat. Tuſ.
Is cum arderet podagræ doloribus, mane quæſo inquit, &c. de Fin.
Sic *Ardens & ardor*, quorum vis & vſus ſatis ex verbo intelligitur.
Arguere, Criminibus & ſceleribus tribui, peruulgatum non eſt.
An non intelligis, quales viros mortuos ſummi ſceleris arguas? pro Rab.
Arguere aliquem alicuius facinoris. pro Cæl.
Nunc non modo te hoc crimine non arguo, ſed ne illa quidem communi vituperatione reprehendo. in V.
Negare oportebit de vita eius & moribus quæri, ſed de eo crimine, quo de arguatur. de In.
Argutus. Vis huius nominis, quæ id notat, quòd ſua facultate, quaſi rem ipſam manifeſtis argumentis ac ſenſibus ſubijciat, omnibus cognita eſſe non videtur. Non ſolum enim orationi, & ingenij acumini tribuitur, ſed etiam oculis, manibus, & ijs rebus, quaſi loquantur, argumenta alicuius rei exhibeant.
Gallinaceum fel, ſunt enim qui vel argutiſſima hęc exta eſſe dicant. de D.
Oculi nimis arguti, quemadmodum animo affecti ſimus, loquuntur. de L.
Manus minus arguta, digitis ſubſequens, verba non exprimens. de Or.
Litteræ quàm argutiſſimæ. At.

Vereor

Vereor ne tibi arguta nimium hæc ſedulitas videatur. Ep.
Ex ambiguo dicta vel argutiſſima putantur. Or.
Poëma facit ita feſtiuum, concinnum, elegans, vt nihil fieri poſſit argutius. I. P.
Quis illo in ſententijs argutior? in docendo, ediſſerendóque ſubtilior? de Cl.
Argutè eiuſdem poteſtatis.
Si mihi argutè acutéque reſponderit. pro Cæl.
Breuiter argutéque incluſo aduerſario laxare iudicum animos. de Cla.
De rebus difficillimis argutiſſimè diſputare. de Or. & Acade.
Acutè argutéque conijcere aliquid. de Cla.
Callidè argutéque dicere. Or.
Argutias, eodem modo.
Huius orationes multum argutiarum & vrbanitatis habebant. de Cla.
Argutiæ & acumen Hyperidis. Or.
Nulla mollicies ceruicum, nullæ argutiæ digitorum. Or.
Sed nihil eſt, quod illi non perſequantur ſuis argutijs. de Am.
Aſciſco. Quid hoc verbo Latini ſignificarunt, & quibus rebus tribuerunt, leuiter tantum eruditi ignorant: quare Cicerone magiſtro licet diſcant.
Hos augures ne ipſe quidem fabulæ aſciuiſſent, ſi res omnino repudiarent. de N.
Aſciuerunt ſibi illud oppidum piratæ. I. V.
Alterum, quod interpretatur fatidicorum eſſata incognita, cum ſenatus populúſque aſciuerit. de Leg.
Bonos boni diligunt, aſciſcúntque ſibi, quaſi propinquitate coniunctos. de A.
Neque iſtam mihi aſciſco ſapientiam, quam nonnulli in me requirebant. pro Dom.
Eos expertes illius prudentiæ, quam ſibi aſciſcerent. de Or.
Nihil vnquam dixi de me ſublatius adſciſcendę laudis cauſa. pro Dom.

Is omnes perditos ad hoc incredibile ſceleris fœdus aſciuit. I. C.
Aliquem non modò non ſegregandum, cùm ſit ciuis, à numero ciuium: ſed etiam ſi non eſſet, aſciſcendum eſſe. pro Arch.
Innumerabiles leges aliæ ſunt latæ, quas Latini voluerunt, aſciuerunt. pro Cor.
Sed tamen ego mihi ſororem virginem aſciſco, tu ſororem virginem eſſe non ſiuiſti. pro Dom.
Me patronum vnum aſciuerant. I. P.
Omnes mutare ciuitatem poſſunt, modò aſciſcantur ab ea ciuitate. pro Cor.
Sacra iſta aſcita ex Phrygia fuerunt. de A.
Id citra hanc conſuetudinem libenter aſciuimus. de Cla.
Id enim, vt ſuauitate delectans, ſic ab errore mentis tanquam ſalutare aliquid aſciſcitur, ſimilique inſcitia mors fugitur, vita expetitur. de Leg.
Qui Tyranni nomen aſciuit ſibi. Att.
Is, quæ clarorum virorum eſſent, non dubitauit aſciſcere. de Cla.
Minimè verò probatur, huic diſciplinæ, de qua loquor, aut amicitiam, aut iuſtitiam propter vtilitates aſciſci, aut probari. de Fin.
Alij cenſent primum aſcitum doloris vacuitatem, & primum declinatum dolorem. Ib.
Natura ipſa, vt ait Epicurus, aſciſcit, & reprobat, id eſt, voluptatem, & dolorem. Ib.
Viginti oppida ſunt Dalmatiæ antiqua, quæ ipſi ſibi aſciuerunt, amplius ſexaginta. Ep.
Aſciuerunt aptum ſuis auribus optimum quoddam dictionis genus. Or.
Aſcribo. Aſcribere aliquid alicui Latinè valere, quod vulgo dicitur, Imputare, tritum ſatis eſt. Sed operæ precium eſt, obſeruare vſum huius verbi: quòd vno modo Cicero eo non ſit vſus. Nō enim ſolum dixit, Aſcribere aliquem in ciuitatem, ſed etiam ciuitati, & in ciuitate, alicubi. Sic in amicitiam, non amicitiæ, aut ad amicitiam. Aſcribere ad iudicium ſuam

ſuam ſententiam, alicuius aut iudicio ſententiam. Ad numerum, & in numerum. Quare ſingula cum quibus nominibus iungantur potius, vt trita ſunt conſuetudine, ſunt animaduertenda & recipienda, quàm ad rationis iudicium reuocanda. Quod ex ijs, quę ſubſcripſimus exemplis, quiſque facere poteſt: vt,

Bonos exitus bonorum aſcribimus, attribuimusque ſine vlla ratione dijs immortalibus. de N.

Gaudeo quod vulgo hominum opinio ſocium me aſcribat tuis laudibus. At. E.

Aſcribe ad iudicium tuum meam quoque ſententiam. pro R. P.

Qui Thucydidem laudauit, aſcribit ſuæ noſtram ſententiam. de Or.

Hunc ad tuum numerum libenter aſcribito. Q. Fr.

Et ad hoc genus aſcribamus etiam narrationes apologorum. de Or.

Tu verò aſcribe me talem in numerum. I. A.

Vtinam ego tertius amicus vobis aſcriberer. Tuſ.

Tyrannus petiuit, vt ſe in amicitiam tertium aſcriberent. I. A.

Archias Heracleæ aſcriptus eſt. pro Arch.

Præſertim cũ in alijs ciuitatibus fuerit aſcriptus. ibid.

Qui fœderatis ciuitatibus eſſent aſcripti.

In certam ciuitatis ſedem aſcribimur. de Ar.

Hic non eſt auſus nomen ſuum emptioni illi aſcribere. pro Dom.

Altera ſtatua ab equitibus Romanis equo publico, qui item aſcribunt patrono. I. A.

Quid ad Statium aſcripſerit, neſcio. At.

Aſcribere pœnam fœderatis. pro Co.

Oſtenderunt ea ſe ſcripturos atque laturos, quibus aſcriptis ſuſceptisque beatè viuerent. de Leg.

At illud minimè fuit auguris, quòd adſcripſit ob eam cauſam populum Romanum calamitatem cepiſſe. de D.

Aſpectus. Cicero hoc nomine cum ſenſum ſemper ſignificauit, quem recentiores viſum appellarunt.

Quæ ex coniunctione cœlum ita aptum eſt, vt ſub aſpectum & tactum cadat. de Vn.
Aut denique núquid aliquo ſenſu perceptum ſit, aſpectu, auditu, tactu, &c. ad Her.
Pomorum iucundus non guſtatus ſolum, ſed odoratus etiam, & aſpectus. de N.
Oculi aſpectum quo volunt, facilè contorquent. de N.
Referre aſpectum aliquò. de Fro.
Omnes res quæ ſub aſpectum veniunt. de Or.
Quæ aſpectu ſentiuntur. Off.
Res cœcæ, & ab aſpectus iudicio remotæ. de Or.
Cum acriter oculis deficientem ſolem intuerentur, vt aſpectum omninò amitterent. Tuſ.
Illi orbes, qui aſpectum noſtrum definiunt. de D.
In contentione per diſtributionem acri & defixo aſpectu vti oportet. ad Her.
Primo aſpectu inanimum quiddam ſe putat videre, poſt autem, &c. de N.
Aſpergo. Vis non adeo retruſa & abdita huius verbi eſt: ſed vſus, quòd varius ſit, non omnibus notus.
Dixerunt. n. Latini, Aſpergere aliquid alicui rei: & c. Aſpergere aliquam rem aliqua re, & in aliqua re, in quibus tamen caueri debet, ne quibuſuis nominibus; omnes hos modos æquè conuenire putemus. Idcirco ab ipſo Cic. petamus, quibus modis quaſque res efferat.
Hoſtiam immolare noluit, ne aram ſanguine aſpergeret. de N. (I. V.
Miloni nõnullam laudatione tua labeculam aſpergis.
Ne quá ex tua ſumma indignitate labes illius dignitati aſpergatur. in Vat.
Eodem fonte hauſturum intelligit laudes ſuas, è quo ſit leuiter aſperſus. Ep.
Qui iſtius facti non modò ſuſpicione, ſed ne infamia quidem eſt aſperſus. pro Cæl.
Ebutio ſextulam aſpergit, id eſt, hæredem fecit ex ſextula. pro Cæc.
Hunc tu vitæ ſplendorem maculis aſpergis iſtis? pro Planc.

Hæc

Hæc aſperſi, vt ſcires me tamen in ſtomacho ſolere ridere. Ep.

Quod tamen eſt mendaciunculis aſpergendū. de Or.

Huic generi orationis aſpergentur etiam ſales. de Or.

Nunc mihi iucunditatis plena epiſtola, hoc aſperſit moleſtiæ, quod. Qu. Fr.

Atque etiam ipſe conditor totius negotij guttam aſperſit huic Balbo. pro Clu.

Si illius facilitatem comitatemque tuæ grauitati & ſeueritati aſperſeris. pro Mur.

Idcirco illa in omni parte orationis ſua arte aſpergi videbatis. pro Cor.

Aſperſa temerè pigmenta in tabula, oris lineamenta effingere poſſunt. de D.

Aſperſione fortuita. ibid.

Senatuſconſulta quaſi fuligine aſperſa. I. A.

Quem ore attingere, dentibus inſecare, lingua aſpergere poſſit. ad Her.

Aſpiro. In quanto errore & inſcitia vulgus verſetur, quamque negligenter à multis lingua Latina diſcatur, hoc verbum oſtendit: quòd cum eo Latinis nihil ſit vſitatius, nunc ferè ab omnibus vis & ſignificatio eius ignoretur. Quis enim eorum eſt, qui plus ſtudij in præceptis vulgaribus, quā in optimis auctoribus imitandis poſuerit, non putet, Aſpiro idem valere, quod Contendo? cum neque Cicero, neque quiſquam Latinorum veterum id eo verbo ſignificauit: ſed omnes pro accedere, aut peruenire ad aliquid ſint vſi: vt ipſis exemplis declarabitur.

Nemo ad alienam cauſam inuitis ijs, quorum negotium eſt, accedere aut aſpirare debet. I. V.

Quid enim quiſquam ad meam pecuniam, me inuito aſpirat? I. V.

Cum tu non modò ad eum Ciceronem, cui &c. nunquam aſpiraſti, ſed omnibus conſilijs, quæ ad me opprimendum parabantur, interfuiſti. I. P.

Magno ſe prædicat auxilio fuiſſe, quia paululum in rebus difficillimis aſpirauit. ad Her.

Hęc in eculeum conijciuntur, quò non aſpirat vita beata. Tuſc.
Occupaui, inquit, te fortuna, atque cepi, omnéſq; aditus tuos intercluſi, vt ad me aſpirare nō poſſes. Tuſ.
Subinuideo tibi, vltro te etiam accerſitum abeo, ad quem cæteri, propter eius occupationem, aſpirare non poſſunt. Ep.
Quando iſte, niſi Februario menſe, aſpirabit in curiam? I. V. (de Cla.
Ex bellica laude aſpirare ad Africanum nemo poteſt.
Quis tum dicit in campum aſpiraſſe Syllam? pro Syl.
Sed hęc ad eam laudem, quam quęrimus, aſpirare non poſſunt. Or. (dem. pro Qu.
Dixi Romæ domum fuiſſe, quo iſte ne aſpirauit qui-
Si mihi ante occurratur, ne non modo intrare, verum etiam aſpirare, aut aſpicere poſſim. pro Cęc.
Aſſentio & Aſſentior. Huius verbi vis obſcura non eſt: ſed quoniam multi Conſentio (quod eſt conuenio, aut quod noſtris vſitatius, Concedo cum aliquo) crebris ſermonibus vſurpant, monendi ſunt, ne cū exprimere volunt, aliquem probare alicuius ſentētiam, conſentire dicant, ſed Aſſentire, vel aſſentiri. Sic enim optimi auctores locuti ſunt.
Aſſentior tibi, vt in Formiano potiſſimū cōmorer. At.
Nam aduertebatur Pompeij familiares aſſentire Volcatio. Ep.
Ennius, qui mago applauſu loquitur aſſentiente populo. de Di. (turpis eſt. Ib.
Omnibus in rebus temeritas in aſſentiendo, errórque
Cauendum eſt, ne his rebus temerè aſſentiamus. Off.
Acerbiſſimè tulit ſenatus, aſſenſum eſſe mihi de Planco. ad Bru.
Bibulo aſſenſum eſt de tribus legatis. Ep.
Tibi ſenatus breuiter, impolitéque dicenti, maximis eſt de rebus aſſenſus. de Or.
Is in Caſca mihi valde aſſenſus eſt. At.
Neque me diſſenſioni meæ priſtinæ putaui potius aſſentiri, quàm pręſentibus reip. temporibus & concordiæ conuenire. pro Cor.

Illud

Illud verò quod à te dictum eſt, eſſe permulta, &c. valde tibi aſſentio. de Or.
De quibus habeo ipſe quid ſentiam, non habeo autem quid tibi aſſentiar. de N.
Namque ego illud aſſentior Theophraſto. de Or.
Tum ille, cætera, inquit, aſſentior Craſſo. Ibid.
De Venonianis rebus tibi aſſentior. At.
Catoni aſſenſus eſt Fauonius.
Huic aſſentiuntur reliqui conſulares. Ep.
Habet enim res deliberationem, etſi ex magna parte tibi aſſentior. At.
Vitioſum eſt aſſentiri quicquam falſum. Aca.
Aſſigno. Hoc verbo effert Cicero, quod recentiores per imputo: vt,
A nabo te, ne hoc ſceleri meo potius quàm imprudentiæ aſſignes. Q. F.
Quoquo modo verò ſe res habeat, nihil aſſignabis, nec patruo, nec patri. At.
De quo quicquid detrahas; neceſſe eſt aut infirmitati aut inuidiæ aſſignetur. Ep.
Nec verò id homini tum quiſquam, ſed tempori aſſignandum putauit. pro R. P.
Hoc noſtris occupationibus aſſignare debebis. At.
οἰκονομία ſi perturbatior eſt, tibi aſſignato: te enim ſequor σχεδιάζοντα. ad Her.
Hæc ſi minus apta videntur huic ſermoni, Brute Attico aſſigna. de Cla.
Hoc omne aſſignatum iri pertinacię meæ videbã. Ep.
Aſſuefacio. Aſſueſio, Aſſueſco, Aſſuetus: ablatiuus, nunquam datiuus, quod recentiorum ſermonibus vſurpatum eſt, conſequitur, neque Aſſueſco, aut aſſuefacio ad aliquid, aut in aliquo, ſed aliqua re tantum, vt exempla ipſa oſtendent.
Itaque orbus ijs rebus omnibus, quibus & natura me & voluntas & conſuetudo aſſuefecerat, cùm cæteris, tum mihi ipſi diſpliceo. Ep.
Arma quæ tractare cœperam, & quibus me aſſuefeceram. de Cla.
Cæſar cæteras nationes imperio Romano parere aſſuefecit. de Pro.

Quorum ſermoni aſſuefacti qui erunt, ne cupientes quidem poterunt non latinè loqui. de Or.

Curionis patrio inſtituto puro ſermone eſt aſſuefacta domus. de Cla.

Aliquis ſcelerum exercitatione aſſuefactus. I. C.

Sic tu internoſces, ſi aſſueueris. Aca.

Vt fremitum aſſueſcere, voce vincere. de Fin.

Sed aſſiduitate quotidiana, & conſuetudine oculorum aſſueſcunt animi. de N.

Ego ſeruo & ſeruabo (ſic enim aſſueui) Platonis verecundiam. E.

Vicinitas non aſſuefacta mendacijs. pro Plan.

Homines labore aſſiduo & quotidiano aſſueti. de Or.

Aſſumo, pro arrogo, & mihi aliquid tribuo, vulgus minus, quàm veteres illi Latini, vſurpat.

Quod alteri detrahat, ſibi aſſumat. Off.

Dico illud quod in his cauſis non auctoritati aſſumo, ſed pudori meo. pro Syl.

Si id mihi aſſumo, videor id meo iure quodammodo vindicare. Off.

Neque verò ego mihi poſtea quicquam aſſumpſi, neque hodie aſſumo, quod quenquam maleuolentiſſimum lædere poſſit. Ep.

Aſſurgo. Honorem, quem ſurgendo alicui exhibeant, Latini hoc verbo ſignificarunt: vulgo dicitur, Surgere & ſalutare, aut honorem exhibere alicui. Latinè, aſſurgere alicui.

Vt maioribus natu aſſurgatur, vt ſupplicum miſereatur. de In.

Nemo tibi in curiam venienti amplius aſſurrexit. I. P.

Salutari, appeti, decedi, aſſurgi, deduci, reduci, conſuli, &c. de Sen.

Aſtringo, Aſtrictus. Etſi vis nota eſt huius verbi, quæ eadam eſt, quæ verbi Ligare, aut Alligare: vſum tamen ij non ſatis perſpectum & cognitum habent, qui cum datiuo coniungunt: vt, Aſtringere ſe alicui rei. Nam multi Latini auctores veteres cum eo caſu iunxerunt, ſed cum ablatiuo, vt oſtendunt exempla.

Tantum

Tantum abeſt, vt ex eo quo aſtricti ſumus, laxari aliquid velim. At.

Quorum mens erat oppreſſa præmio, lingua aſtricta mercede. I. P.

Aſtringi ſcelere. Pro Seſt.

Is magno ſcelere ſe aſtringeret. I. A.

Aliquem ſuis conditionibus in ipſo articulo temporis aſtringere. pro Q.

Aſtrictus. Homines aſtricti tanto ſcelere. pro Syl.

Quis non eos pari ſcelere aſtrictos arbitretur? I. P.

Non adiutor huic veni, ſed auditor, & quidem æquus, libero iudicio, nulla eiuſmodi aſtrictus neceſſitate, vt mihi velim nolim ſit certa quædam tuendi ſententia. de N.

Hiſtrio aſtrictus certa quadam numerorum moderatione & pedum. de Or.

At, *atque*. De his abunde in libro particularum dicemus. Vnum hoc in Atq; obſeruari velim, iungi; atque adeo à Cicerone; & ijs qui non ſolum incorruptè, ſed etiam eleganter locuti ſunt, crebrius, quàm à nouis noſtris Latinis, & qui quod neſciant quid ſit, Atque adeo, & quomodo vti debeamus, nullis alijs verbis id efferunt, quàm per imo etiam. Quibus verò modis differat, vſu atque adeo, in differentijs explicabimus.

Atque adeò antequam de incommodis Siciliæ dico, pauca mihi videntur eſſe dicenda de dignitate. I. V.

Atque adeò cum hęc omnia omnibus ſint acerba, tum verò nobis intoleranda. Antequam.

Hoc inſtitui, atque adeo inſtitutum referri moleſtè ferunt. I. V.

Ego princeps in adiutoribus, atque adeo ſecundus fui. At.

Inſector, poſco, atque adeo flagito crimen. pro P.

Hoc conſilio, atque adeo amentia impulſi. pro S. R.

Quæ ſi prodierit, atque adeo cũ prodierit: ſcio enim proditurum eſſe, audiet, &c. pro S. R.

Attende Obſcurata, & inquinata adeo eſt integrita illa Romani veteris ſermonis, vt ab ipſis Grammaticis

ticis, qui noſtris temporibus ſunt, ſæpè è ſchola ipſe Cicero exploderetur. Quis enim nunc non potius dicit, Attendere alicui, quàm aliquem? hoc tamen recentiorum, illud antiquis dignum eſt exiſtimandum, qui non ſolum dixerunt, Aliquem attendere hominem: ſed etiam, Rem aliquam attendere. Itaque ab optimis auctoribus ſic loqui diſcamus.

Erigite mentes, aureſque veſtras, & me de inuidioſis rebus, vt ille putat, dicentem attendite. pro Sylla.

Quoniam me in hac re tam diligenter attenditis. pro Arch.

Quis non magnopere attendit vnquam? I. V.

Attendere aliquem ſtudioſè. de Fin.

Attendere te volo, quæ in manibus ſunt. Ep.

Quæ pertinent ad dicendum, ea nos melius quàm cæteri attendimus. de In.

Sed ſtuporem hominis attendite. I. A.

Vt cum lex aliqua recitaretur, primum verſum attenderet, &c. pro R. P.

Nam verſus ęquè prima, & media, & extrema pars attenditur. de Or.

Sed ſi animum attenderis, turpitudinem videas. Off.

Quo tempore igitur aures iudex, animumque attenderet? I. V.

Sed attendite animos ad ea quę ſequũtur. contra Rul.

Attento. Verbum hoc tritum ſermonibus eorum qui Latinè didicerunt, nũc non eſt, vt olim Romę: exprimebant enim veteres hoc verbo id, quod tentatur ab aliquo, ſi obtinere poterit quod vult: vt, Attentare vrbem, pro Tentare, ſi vrbem capere poſſent. Attentare hominem, tentare ſi effici poſſit, quod quis velit. Sed hęc exempla clarius docebunt.

Quam vrbem ab illa ſcelerata manu attentari ſuſpicabamur. pro Seſt.

Cùm ea attententur eius lingua, cuius anteà manu euerſa ſunt. de Ar.

Omnium inimicos diligenter cognoſcere, colloqui, attentare. I. V.

Compoſitæ orationis inſidijs fidem auditoris attentare. Or.

Melius

Melius fuerat præterire, quàm attentatum deſerere. de Or.
L. Hellius ſuam claſſem attentatam magno cum ſuo periculo penè ſenſit. Poſtquam.
Attinet. Verbi huius vſus omninò peruulgatus non eſt: pauci enim eodem modo vtuntur, quo opus, aut neceſſe eſt, aut oportet.
Iudicium de ea re fieri nihil attinuit. de In.
Quid igitur attinet inculcare fatum? de Fa.
Si autem eos non probabat, quid attinuit cum his, quibus cum re conueniebat, verbis diſcrepare? de Fin.
Neque quenquam attinebat id recuſare, quod &c, pro Qu.
De quo quid ſentiam, nihil attinet dicere. E.
Ea re non venit, quia nihil attinuit. At.
Nam hoc quidem in talibus viris, quid attinet dicere? de Am.
Neque enim naturæ attinet repugnare, nec quicquam ſequi, quod aſſequi nequeas. Off.
Vrbem reliquimus, quàm ſapienter, nihil attinet diſputari. Ep.
Quod ad me attinet. Latina locutio, quam recentes Latini noſtri ſic potius efferunt, Quantum ad me pertinet: quo modo Cicero nunquam eſt vſus.
Ego, quod ad me attinet, itemque arbitror cęteros, idcirco taceo. Qu. F.
Caninium perdidi hominem, quod ad me attinet, non ingratum. At.
Sic in prouincia nos gerimus, quod ad abſtinentiam attinet, vt nullus teruntius inſumatur in quenquam.
Alio loco, vt ſe res habebat, quod ad eam ciuitatem attinet, demonſtrabitur. I. V.
Quod ad popularem rationem attinet, hoc videmur conſecuti. Ep.
Attingo. Aliquid, aliquem, aut aliquam rem attingere, pro Pertinere ad aliquem, aut aliquid, Latini dixerunt: qui modus cùm à vulgari conſuetudine ſit alienus, ſermone quotidiano erit terendus.

Ab eo quod rem attingat, plures ſunt argumentorum ſedes. de Or.
Primus ille locus, qui maximè attingit naturam humanam. Off.
Quanquam hæc res non ſolum eſt ex domeſtica ratione: attingit enim & bellicam.
Sed nimirum me alia quoque cauſa delectat, quæ te non attingit. de Leg. (de Leg.
Quæ non magis legis nomen attingunt, quam ſi, &c.
Ne qua me illius temporis inuidia attingeret. Ep.
• *Cognatione, neceſſitudine, aliquem attingere*, pro, Coniunctum eſſe cognatione, neceſſitudine, peruulgatum minimè eſt.
Is me cognatione maximè attingit. I. V.
Publicani nos ſumma neceſſitudine attingũt. Qu. F.
Qui te aliqua neceſſitudine attingunt.
Ciuitates, quæ officijs, vetuſtate, fide, & etiam cognatione populi Romani nomen attingunt. I. V.
Attribuo, eandam vim habere, quam aſſigno, aut Do, ignotum eſt in vulgus, rarò enim hoc verbo vtitur.
Antonius mihi pecuniam attribuit. I. A.
Videbis vt tantum attribuatur, quantum debetur. At.
Velim aliquando puerum viſas, eique de mancipijs, quæ tibi videbitur, attribuas.
Inſulę quæ erant ab Sylla Rhodijs attributæ. Qu. Fr.
Video cui Appulia ſit attributa. I. C.
Seſtertium centies, & octogies ex ærario tibi attributum Romæ in quæſtu reliquiſti. I. P.
Quantique locarint tantam pecuniam redemptori ſoluendam attribuendamque curent. I. A.
Quę negotij publici procuratio cogitari potuit, quæ non eſſet attributa atque deſcripta? pro Seſt. Sic.
Attributio. Brutus ſcripſit ſeſe de attributione omnia ſumma feciſſe. At.
Ait enim attributionem in Idus. Ib.
Auctionor. Prorſus ignorant indoctiores vim huius verbi: quò Latini ſignificarunt id, quod vulgus nunc dicit, Vendere ſua bona publicè: neque auctionatur præco, ſed is cuius bona ſunt: pręco autem prædicare dici-

re dicitur, non auctionari.
Vt in atrijs auctionarijs potius, quàm in triuijs, aut in compitis auctionentur. contra Rul.
Rullus haſta poſita cum ſuis formoſis finitoribus auctionans. Ibid.
Deiotarus auctionatus eſt, ſeſéque expoliare maluit, quàm tibi pecuniam non ſubminiſtrare. pro Deiot.
Ibi cum vir optimus Quintium deterret, ne auctionetur. pro Quin.
Ait ſe auctionatum eſſe in Gallia.
Auctio. Grammaticorum pręceptis auctionatio dicendum eſſet: nam auctio vim verbi Augeo non habet, ſed verbi Auctionor. Sed conſuetudine, non ratione hoc nomen, vt multa alia ſunt æſtimanda. Auctionem enim noſtri homines Venditionem publicam vocant. (Att.
Ac vereor ne iſte iam auctionem nullam faciat. ad
Auctio facta eſt, in C. Ver.
Auctionem in Gallia ſe facturum proſcribit. pro Qu.
Cùm eſſet auctio hæreditaria conſtituta. pro Cæc.
Bona alicuius auctione conſtituta vendere. pro S. R.
Conſtituere auctionem. contra Rul.
Tabula Veratianæ auctionis. Ibid.
Cum ille rogaſſet Granium, quid triſtis eſſet, an quòd auctiones eſſent, imò verò, inquit, quòd legiones. pro Pl.
Auctionis miſerabilis aſpectus, veſtis Pópeij. &c. I. A.
Mulier auctionem prouinciarum faciebat.
Circulator quidam auctionum notiſſimus. Ep.
Facere auctionem. in Ver.
Vendere auctionem: ſectores & coactores in auctionibus. Lege, Sector & coactor. pro Q.
Aucupor, Tranſtulit Cicero hoc verbum ad multa, quæ ſtudio aliquo exquirimus, & perſequimur.
Nos lógis nauib. trâquillitates aucupaturi eramus. At.
Legulei aucupes ſyllabarum. L. Auceps. Si verba inter nos aucupabimur. pro Cæc.
Attendere & aucupari verba oportebit. de Or.
Præcipitiſque vt erranté aliorum opinionem aucupemur,

mur. de Fin.

Ars dicendi opiniones hominum, & ſæpe errores aucupatur. de Or.

Ac non vereor, ne aſſentatiuncula quadam aucupari tuam gratiam videar. Ep.

Leuitatis eſt inanem aucupari rumorem, & omnes vmbras etiam falſæ gloriæ conſectari. in Piſonem.

Imperitorum hominũ rumuſculos aucupari. pro Clu.

Delectationem aliquam dicendo aucupari. Or.

Cum præſertim tam multi occupationem eius obſeruent, tempusque aucupentur. pro S. R.

Non ſum tam inſolens in dicendo, vt omni ex genere orationem aucuper. pro Seſt.

Cur epiſtolis & ſororis & matris imbecillitatem aucupatur? pro Flac.

Non enim vtilitatem ad dicendum aucupans, horum libros lego. de Or.

Cum res ſine propria lege venit in iudicium, quæ tamen ab alijs legib. ſimilitudine aucupatur. ad Her.

Audio. Bene & malè audire loquẽdi modi, quibus veteres potius exiſtimationẽ aut nomen alicuius notabant, quam audiendi ſenſum: bene is audiebat, qui laudabatur: malè, qui vituperabatur, aut obiurgabatur. Eum verò, qui auditu non valet, Surdaſtrum appellabant.

Vt bene audiant, rumorem bonum colligant, erubeſcunt. de Leg.

Qui me idcirco putant benè audire velle, vt ille malè audiat. At. (de Fin.

Eſt hominis ingenui, velle bene audire ab omnibus.

Erat ſurdaſter M. Craſſus, ſed aliud moleſtius, quod malè audiebat. Tuſc.

Ne gratis in prouincia malè audires. I. V.

Si me audies, aut *audias*, vulgari cõſuetudine magis tritum eſt, Si me ſequaris, ſi meum conſilium ſequeris.

Tanta imbuerer ſuperſtitione, ſi te audire vellem, vt aruſpices mihi eſſent colendi. de N.

Tu Cotta, ſi me audias, eandem cauſam agas, &c.

Si me Cæſar audiſſet. Ep.

Nec

Nec Homerum audiam, qui Ganymedem à dijs raptum eſſe ait. Tuſc.

Auello. Obſeruandum eſt; quomodo vſi ſint Latini hoc verbo, iunxerunt enim cum Ex, De, A: ſed vt rectè dicimus, Auellere ex arboribus: ſic eorum more non rectè, Ex complexu, ſed De complexu. Auelli ab aliquo, non De? aut Ex Conſuetudine ita, non ratione eſt vſurpatum. (uit. I. V.

Hoc ille ſignum auellendum, aſportandumque cura-

Poma ſi cruda ſunt, ex arboribus auelluntur: ſi matura, decidunt. de Sen.

Auellere, atque abſtrahere filium de matris complexu. pro Fon.

Vt perpetuum dolorem auulſum à meis ſuſtinerem? pro Dom.

Auulſum à cęteris. de Or.

Auerſus Latinè: quod barbarè, De retro, A tergo, Contrarium ei eſt Aduerſus.

Aduerſus & auerſus impudicus es. de Or.

Auerſos hoſtes aggredi. Ep.

Cùm viderem copias à Cappadocia auerſas.

Deos auerſos eſſe à ſalute populi. At.

Motus auerſi à ratione. Tuſc.

Auerto. Tribuitur hoc verbum ijs quoque rebus, quæ ab ijs, quorum ſunt, ad alienos, aut alios vſus quàm debentur, transferuntur & rapiuntur, eodem enim modo, quo conuertere aliquid in rem ſuam, dicitur,

Is auerſa pecunia aufugit. I. V.

Hic in quęſtura pecuniam publicam Cn. Carboni Coſ. datam auertit. A.

Frumentum auerſum à repub. abreptum ab aratorib.

Antonius H. S. ſepties millies pecuniæ publicæ auertit. I. A.

Ne patiare Erotē hereditatē Turianam auertere. Ep.

Dij omen auertant, Latini dicebant: quod à noſtris vulgari more, Deus velit vt mentiar, vt falſum ſit, vt non fiat. vt,

Si aliter fuerit (quod dij omen auertant) incip. vicem dolebo. At.

O dij immortales, auertite & deteſtamini quęſo hoc omen. I. A.
Atque hoc quidem deteſtabile omen auertat Iupiter.
Quod dij omen auertant. Ep.
Sic auertere malum aliquod ab aliquo, aut à malo aliquem.
Cæſar Antonij furorem à pernicie reip. auertit. I. A.
Ego vero auſtro miras gratias ago, qui me à tanta infamia auerterit. Att.
Ibes auertunt peſtem ab Ægypto. de N.
Et certè, niſi is Antonium ab vrbe auertiſſet, perijſſent omnes. At. (Ibid.
Puer qui à ceruicibus noſtris auertiſſet Antonium.
Aufero. obtinere quod quis ab aliquo petit, Latini hoc verbo ſignificarunt: noſtri verò nunquam hoc verbo eum ſenſum efferunt.
Quintius à Scapulis paucos dies aufert. pro Q.
Auferre reſponſum ab aliquo. Or.
A Varrone adhuc ἀκρωλείδιον illud non abſtuli. At.
Audiuimus Cæſarem, verba fecimus pro Butrotijs, liberaliſſimum decretum abſtulimus, quod obſignatum eſt ab ampliſſimis viris. At.
Mordicus auriculam auferre, aut ſimile Latinè dicitur: Vulgus demordere auriculam.
Si is cum eo comparatus videretur, auriculam fortaſſe mordicus abſtuliſſet. Qu. F.
Auctor. Quoniam tritum iam eſt ferè omnium ſenſibus, Conſulo tibi, pro, Conſilium do: quod ſic Grãmaticorum præceptis ſunt docti: monere hoc loco volui, conſuetudine illa veteri & incorrupta nunquam Romæ vſurpatum fuiſſe, Conſulo tibi, pro, Suadeo tibi: ſed rem eam efferre conſueuerunt, per Auctorem eſſe aliquem alicui alicuius rei, aut vt aliquid faceret: vel per verbum Suadere, de quo ſuo loco. Itaque ſic latinè ab integris illis priſcis Romanis loqui diſcamus.
Senatui cùm primum potui pacis auctor fui. At.
Nam illi magnopere auctor fui, ne differret tempus petitionis ſuæ.

Sed auctor non ſum, vt te vrbi committas. Ibid.
Hircius mihi, vt abſim, vehementer auctor eſt. Ib.
A me conſilium petis, qui ſim tibi auctor in Sicilia, ne &c. E.
Ego tibi ſum auctor, vt quibus poſſis rebus, eum tibi ordinem reconcilies. Ibid.
Tibi magnopere auctor ſum, vt aliquando &c. de Le.
Auctoris vocabulo Latini ſignificabant eum, qui in vendendis rebus ius habebat, aut ſibi vſurpabat, emptori præſtandi ea quæ addicebat, & quaſi eum notabat: vnde emptio proficiſcebatur.
Nam ſtatim L. Metellus, vt iſti ſucceſſit, ex C. Sacerdotis, & S. Peducei inſtituto, ac litteris frumentum Mamertinis imperauit: tum illi intellexerunt, ſe, id quod à malo auctore emiſſet, diutius obtinere non poſſe. in Ver.
Duo prӕterea teſtes: nihil de V. ſed de ipſa emptione fundi dixerunt. P. Ceſennius auctor fundi non tam auctoritate graui, quàm corpore. pro Cæc.
Eodem modo *Auctoritas*, vt in exemplo proximo apparet. Tutorem auctorem appellabant Latini eum, in cuius poteſtate & pupilli, & res pupillorum erãt, quas ſine tutore auctore vendere non poterat: vt,
Non quemadmodum mulieri debeas rectè ipſi mulieri ſine tutore auctore ſoluas: ita quod aut pupillæ, aut pupillo debeas, rectè poſſis eodem modo ſoluere. Top. (pro Cæc.
Quod mulier ſine auctore tutore promiſerit, deberi.
Auctoritas. Hoc nomine appellabantur tabulæ, quarum teſtimonio confirmabatur voluntas alicuius magiſtratus, aut eorum quorum nomine quis agebat, aut aliquid defendebat. Noſtrum vulgus litteras publicas vocat, Legatorum verò auctoritatem, commiſſionem ratificatam barbarè ſcribæ noſtri, aut plenariam & firmam commiſſionem & poteſtatem appellant.
Legationes cum publicis auctoritatibus ac teſtimonijs conueniſſe. I.
Quæ omnia intelligit ſibi nihil prodeſſe, poſteaquam certis

certis litteris, teſtibus auctoritatibusque conuinci-
In tabellis nihil erat auctoritatis. Ibid. (tur. I. V.
In roſtris, quò exquirendæ auctoritatis cauſa cæteri tribuni plebis principes ciuitatis ducere conſueuerunt. I. V.

Auctoritates, Latini vocarunt, in quo acta referuntur, quæ protocolla ſcribæ noſtri barbarè vocant.

Permulta tum vehementiſſima contentione animi, ingenij, viriũ, ab ea dicta eſſe conſtabat: ſententiamque eam quam ſenatus frequẽs ſecutus eſt, ornatiſſimis & grauiſſimis verbis, vt populo Romano ſatisfieret, nunquam ſenatui neque conſilium reipublicæ, nec fidem defuiſſe, ab eo dictam: & eundem (id quod in auctoritatibus perſcriptum extat) ſcribendo affuiſſe. de Or.

Vſum & auctoritatem Latini appellarunt, vſu capiendi conditionem: noſtri Locationem aut ceſſionem vocant. Vt vſum & auctoritatem fundi lex iubet eſſe biennium. Vulgari more ſic redderetur: Omnis locatio, aut conductio fundi alicuius debet tantum valere ad biennium, Latini verò ſic ſunt locuti.

Lex vſum & auctoritatem iubet eſſe biennium, at vtimur eodem iure in ædibus, quæ in lege non appellantur. pro Cæc.

Item quod in re pari valet, valeat in hac quæ par eſt: vt quoniam vſus & auctoritas fundi biennium eſt, ſit etiam ædium. Topic.

Auctoritatis quoq; voce latinè exprimitur, quod barbarè per auctoritatem, teſtimonium: vt,

Sed cur diutius, iudices, vos teneo? ipſius iurati religionem auctoritatemque percipite. pro Cæc.

Domus autem illa plena eſt integritatis, officij, religionis: ex qua domo recitatur vobis iureiurando deuincta auctoritas. ibidem.

B.

B*Ellus*, *& belle*, non tam trita ſunt noſtro, quàm olim Romanorum ſermone, & cum ijs inſit magna elegantia, merito commendanda ſunt ſtudioſis

lingue

linguæ latinę. Sic itaque deinceps loquantur.
Illum pueris locum belliſſimum eſſe duximus. At.
Pyliæ & puellæ Cęciliæ belliſſimæ ſalutem dicas. At.
Cicero belliſſimus tibi ſalutem dicit. Epiſtolar.
Theatrum quidem ſanè bellum habuiſti. At.
Recordor quàm bella pauliſper nobis gubernantibus ciuitas fuerit. At.
Hęc ipſa fero equidem fronte, vt puto, ac vultu belliſſimè, ſed angor intimis ſenſibus. At.
Quàm ſit bellū cauere malum nemo ignorat. de Or.
Mihi in mentem venit bellum eſſe, aliquò exire. Ep.
Durius mihi hoc accipere quàm vellem, viſus eſt, & quàm homines belli ſolent. At.
Belle. Aqua non longè à villa bellè ſanè fluens. Q. F.
Sumus enim ambo bellè curioſi. At.
Hermathena tua poſita ita bellè eſt, vt totum gymnaſium ἑρμαϑήνα eſſe videatur. At.
Benè & pręclare quamuis ſępè dicatur, bellè & feſtiuè nimium ſæpè nolo. de Or.
Hæc non tam admirabilia ſunt, quàm coniecta bellè. (de D.
Belliſſimè nauigauimus. Ep.
Belliſſimè mecum eſſe poteritis.
Hęc quomodo fers? bellè herculè. At.
Horum ego vix attigi penulam: tamen remanſerunt? cecidit bellè. At.
Bene. Paucis notum eſt, nedum vſitatum, bene valere idem quod valde. Sic enim locutus eſt Cicero.
Habetis ſermonem bene longum. de Or.
Fabius litterarum & antiquitatis bene peritus. de Cla.
A Cicerone mihi ſanè litteræ πεπυκνωμέναι & bene (longæ. A.
Puer bene ſibi fidens.
Is bene penitus in iſtius familiaritatē ſeſe dedit. I. V.
Antonius habet inermes bene multos. Ep.
Sed ſi eſt tantus dolor, quantus Philoctetæ bene plane magnus mihi quidem videtur. Tuſ.
In clamando video eum eſſe bene robuſtum. I. V.
Bene mane hęc ſcripſi. At.
Cum benē magna caterua. pro Mur.
Bonus, Bonam partem, vocarunt Latini eodem modo, quo

quo magnam partem : ſed occultiore ratione.
Bonam ſermonis partem in alium diē diſtulimus. O.
Aliquid alicui bono eſſe. Latinæ linguæ proprius eſt modus, quo ſignificabant vtilitatem, quæ ad aliquem ex aliqua re perueniebat.
Quamquam fuit illud omnibus bono, qui ſeruire nolebant. I. A.
Illud Caſſianum cui bono fuit. Ibid.
Quibus occidi Roſcium bono fuit. pro S. R.
Hoc alijs quoque bono fuit. ad Her.
Breui; verbum conſuetudine latina olim tritum, pro breuiter, aut breui tempore: quomodo etiam Latini idem explicuerunt.
Cæſar maximas copias breui habiturus eſt. At.
Nec vllo modo diuulgandum eſt, de te iam eſſe perfectum, ſed id erit perbreui. Ep.
Id tametſi extra cauſam eſt, tamen percurram breui. pro Cæc.
Breui expediam. de Seneɕt.
Illud breui conficiendum eſt. Parad.
Sed genus vniuerſum breui circumſcribi & definiri poteſt. pro Seſt.
Nunc complectar quod propoſui breui. de Or.
Quid in vtramque partem mihi in mentem veniat, explicabo breui. de Or.
Vt tuis litteris breui reſponderem. Ep.
Ad ea quę requiris, breui reſpondebo. de Or.
Tranſitio vocatur, quę cum oſtendit breuiter quod dictum ſit, proponit item breui quod conſequatur. ad Her.
Breuis. Breue dicere, facere, pro paucis dicere, non longum eſſe in oratione.
Breuis eſt L. Craſſi oratio. de Or.
Longum eſt dicere, ſed hoc breue dicam, ſi M. Petreij virtus &c. pro Seſt.
Iam dabo operam, quàm maximè potero, vt breue id faciam. in Sal.
Aliquid contradictione breuius fieri, aut productione longius. de Or.
O miſeram, & in breui tam celerem, & tam variam reip. commutationem. Off.

C. *Cado*.

C.

CAdo. Verbum hoc latè patet, varijsque modis vſurpatur. Cum tribuitur ſenſibus aut animo, aliter vti Latini conſueuerunt, ac nunc vulgus: *vt*,

Non debemus ita cadere animis quaſi, &c. Ep.

Sed tibi tum oculi, vultus, verba cecidiſſet pro Dom.

Nec debilitari aut cadere animos patitur, alibi.

Sic etiã *Arma cadere* dicuntur, quæ abijciuntur metu.

De manibus audaciſſimorum ciuium delapſa arma ceciderunt. Off.

Conceſſa plebi à patribus iſta poteſtate, arma ceciderunt, reſtincta iſta ſeditio eſt. de Leg.

Omnibus iſtis latronibus auctoritate ipſa ſenatus iam pridem de manibus arma cecidiſſent. in An.

Cauſa cadere. Cadere in iudicio, is latinè dicitur, qui barbarè Perdere, aut amittere ius, aut iudicium, aut cauſam.

Noluerunt ita quemquam illi cadere in iudicio, vt nimijs aduerſarij virib. abiectus videretur. pro Mu.

Ridens & ſtomachans Scæuola cum Hypſeus maxima voce, plurimis verbis à M. Craſſo prętore contenderet, vt ei quem defendebat, cauſa caderet liceret, Cn. autem Octauius, homo conſularis non minus longa oratione recuſaret, ne aduerſarij cauſa caderet. de Ora.

Sed hoc in loco videtur ſumi, pro plus petere.

Quod ſcribere oblitus es, minus multi iam te aduocato cauſa cadent. Ep.

Etſi turpe exiſtimas, te aduocato, illum ipſum, quem contra veneris, cauſa cadere. pro Mur.

Cadere idem valet quod Quadrare, ſed minus vſitatum noſtris hominibus.

Habent Hetruſci certa nomina, quæ in id genus hominum cadere poſſunt. de Ar.

In eum cadit hoc verbum maximè, qui &c.

Nihil eſt quod in eiuſmodi mulierem non cadere videatur. pro Cæl. (de D.

Sortes eductę in rem aptè cadere poſſunt diuinitus.

Neque

Neque in vnam formam cadunt omnia. Or.
In, aut ſub ſenſus, aut poteſtatem alicuius cadere, pro venire, incidere.
• Accedit illud, ſi maneo, & illum comitatum optimorum & clariſſimorum ciuium deſero, cadendum eſt in vnius poteſtatem. At.
• Sub populi Romani imperium ditionémque ceciderunt. I. V.
Quæ ſub oculos non cadunt. Or.
Signum eſt, quod ſub ſenſum aliquem cadit. de In.
Quicquid eſt, quod ſub artium menſuram aliquam cadit. Or.
Cadere aliquid in ſenſum cernendi. de Vni.
In noſtram intelligentiam aliquid cadere.
Tam id honeſtum quod in noſtram intelligentiam cadit conſeruandum eſt nobis, quàm id &c. Off.
Illud cadit ſub iudicium ſapiẽtis, ac delectum. de Fin.
Cadere pro accidere.
Verebar ne id ita caderet, quod nunc etiã vereor. Ep.
Augurum reſponſis multis multa incredibiliter vereor cecidiſſe. de Leg.
Nihil mihi optatius cadere potuit. At.
Hęc res quemadmodum ceciderit, ſcire velim. At.
Sane ita cadebat vt vellem. At.
Sed hoc cecidit mihi peropportunè. de Or.
Quod melius caderet, non vidi. Ep.
Verum hoc adhuc percommodè cadit. in Verr.
Aliter cecidit res ac putabam.
Aliter cecidit res atque opinabar.
A te mihi ſemper omnia honeſtè ac iucundè ceciderunt. Qu. Fr.
Horum ego vix attigi penulam, remanſerunt tamen: cecidit bellè. At.
Quoquo modo ea res huic quidem cecidit. At.
Nihil tibi iure incommodi cadere poteſt. pro Qu. Fr.
Si minus fortiſſimi virtus ciuibus grata cecidiſſet, pro Mil.
Quid caſurum ſit incertum eſt. Ep.
Verebar quorſum id caſurum eſſet. At.
Sed ita cadebat, vt alter &c. de Cla.

Inſpe-

Inſperanti mihi, ſed valdè optâti cecidit, vt &c. de Or.
Idem valet nonnunquam, quod Deſino. Verba melius in ſyllabas longiores cadunt. Or.
Et in ſpondæos cadit.
Articulus ad numerum cadens. Or.
Cano. Opinatur vulgus hoc verbum ſolum voci tribui, nunquam fidibus aut tibijs muſicis: nam non dicit, Canere fidibus, ſed Ludere inſtrumentis muſicis. Ludere verò Muſicis non attribuitur ab idoneis auctoribus. Sic itaque ab optimis ſcriptoribus Latinis, Latinè loqui diſcamus.
Si canere velim vel voce, vel fidibus. de D.
Tibicen ſine fidibus canere non poteſt. de Or.
Tibiæ modulatè canentes, & fidiculæ numerosè ſonantes. de N.
Lituus, quo canitur. de Diu.
Epaminondas præclarè fidibus ceciniſſe dicitur. Tuſ.
Symphonia canere, Latinè Cic. dixit: quod Muſicorum vulgus, Quatuor vocibus canere aut ludere, Concentum canere, partibus canere.
Cum in eis conuiuijs ſymphonia caneret, maximiſque poculis miniſtraretur, retinere ſolitus eſt aratores. I. V.
Intus canere, prouerbio dicitur is, qui in ſuam rem & commodum omnia conuertit, vt quicquid faciat, non alienum, ſed ſua cauſa facere videatur.
Atque etiam illum Aſpendium cithariſtam, de quo ſæpe audiſtis, id, quod eſt Græcis hominibus in prouerbio, quem omnia intus canere dicebant, ſuſtulit, & in intimis ſuis ædibus poſuit: vt etiam illum ipſum artificio ſuo ſuperaſſe videretur. in Ver.
Atque hoc carmen iſte non vobis, ſed ſibi intus canit. contra Rul.
Sic etiam *Cantus* non ſolum vocis eſt, ſed etiam inſtrumentorum.
Cantu vocum, neruorum, & tibiarum tota vicinitas perſonabat. pro S. R. (Mur.
Te gallorum, illum buccinarum cantus exſuſcitat. pro
Ad cantus, & ad tibicinem perſequi laudes clarorum virorum

virorum. de Leg.

Tibicines, iique qui fidibus vtuntur, ſuo, non multitudinis arbitrio cantus numeroſq; moderatur. Tuſ.

Quod docti homines neruis imitati atque cantibus, aperuêre ſibi reditum ad hunc locum. de Som.

Solet Roſcius dicere, ſe quò plus ſibi ætatis accederet, eò tardiores tibicinis modos, & cantus remiſſiores eſſe facturum. de Or.

Canorus, quod ab alijs, poëtis maximè, Sonorus dici- (tur.

Gallus eſt animal canorum ſua ſponte. de D.

Vox ſuauis & canora. de Cla.

Omnino canorum illud in voce ſplendeſcit in ſene- (ctute. de Sen.

Sine contentione vox nec languens, nec canora. Off.

Profluens quiddam habuit Carbo & canorum. Or.

Canorus orator & volubilis. de Cla.

Hoc dulce, canorum illud, hoc bene olens Aca.

Captus oculis, membris, auribus, mente, Latinis modus loquendi: quo ſignificabant, priuatum aliquem eſſe vſu membri alicuius, aut mentis: neque ſequitur vim & naturam verbi, ſed ſingularem aliquam poteſtatem habet.

Si oculis captus ſis, vt Tireſias fuit. de D.

Qu. Scæuola mancus, & omnibus membris captus. pro Rab.

Vt idem oculis & auribus captus ſit. Tuſ.

Tametſi ne oculis quidem captus, in hanc fraudem tam ſceleratam decidiſti. I. V.

Tam dedecet, quàm delirare, & mẽte captũ eſſe. Aca.

Capto. Solicitè aliquid expeto & quæro, ſignificarunt Latini hoc verbo, quod cum per capio nõ fecerint, præcipuam vim habere, quę obſeruatione diſcitur, facilè intelligi poteſt.

Diſſident principes, captatur occaſio. de Ar.

Quid enim ad illum qui te captare vult, vtrum tacentem irretiat, an loquentem? Aca.

Inductio, quæ rebus non dubijs captat aſſentationem eius, qui &c. de In.

Lepidus deſperato aduentu meo, quem non mediocriter captabat, ſe cum Antonio coniunxit. Ep.

Captare

Captare aliquem aliquo emolumento. de In.
At etiam miſericordiam captabas. I. A.
Captare miſericordiam. de In.
Captare plauſus. in P.
Captare nomen imperatorium. Ep. (Her.
Captare beneuolentiam à perſona aduerſariorum. ad
Captare riſus. Tuſc.

Caput. Varijs rebus Latini nomen hoc caput tribuunt: quas alienis & peregrinis nominibus vulgus effert, quòd propria ignoret: vt cùm exprimendum ſit, tota ſumma, quæ alicui debetur in frumento, aut in ſimilibus rebus, vniuerſum illud caput, Sortem, quod pecuniæ creditæ vocabulum eſt, vocarunt. Sed vt in pecunijs eſt ſors, ſic in vectigalibus, decumis, vt frumenti, aut ſimilium rerum, quæ annuò debentur, caput: ſed id ipſa exempla declarabunt.

Verres aliquot nominibus de capite, quantum commodum fuerit frumẽti decumanis detraxit. in Ver.

Vnum hoc illius S. C. reprehenſum, decretumque eſt, vt quibus ille de capite dempſiſſet, hi pecunias in ęrarium referrent: ſtatuit ſenatuſconſultum, hoc ne illi quidem eſſe licitum, cui conceſſerat omnia, à populo factarum quæſitarumque rerum ſummas imminuere: illum viris fortiſſimis iudicarunt patres conſcripti remittere de ſumma non potuiſſe: te mulieri teterrimæ rectè remiſiſſe Senatores iudicabunt? *& paulò poſt*. In illo reprehenditur, quod ex ea pecunia reiniſerit, quam ipſe quęſierat: tibi conceditur, qui de capite vectigalium populi Rom. remiſiſti? in Ver.

Vocarunt Latini quoque hoc nomine id, in quo omnia ſunt, aut maxima pars rei alicuius poſita: aut id quod rem ipſam continet: quod cùm nomen hoc vulgus ignoret, pluribus id exprimere cogitur. Sic verò Latini.

Ad conſilium de Repu. dandum, caput eſt noſſe Rempubl. de Or.

Caput eſſe ad beatè viuendum. de Am.

In hoc loco caput illud erit accuſatori, ſi demonſtrare poterit. de In.

Atque in hoc loco caput videtur mihi eſſe illud. Ib.

Caput enim arbitratur eſſe oratoris, vt ipſis, apud quos ageret. de Or.

An tibi obuiam non prodirem? primùm Appio Claudio? deinde imperatori? deinde more maiorum? deinde, quod caput eſt, amico? Ep.

Et id quod caput eſt, nobis inter nos noſtra vitia ſunt toleranda. At.

Et quod caput eſt, mihi quæuis ſatis iuſta cauſa ceſſandi eſt. Ibid.

Valde probo hominem, domum, facultates: quod caput eſt, ipſum non noui.

Caput autem litterarũ, ſibi cum illa Mima nihil poſthac futurum. I. A. (cœna.

Sic caput cœnæ dicebatur, id quod optimum erat in

Capita appellarunt quoque, quę barbari Summaria aut Articulos. Articulos enim fidei vocãt, quę Latinè Capita fidei dicenda eſſent.

Quod ex quibuſdam capitibus expoſitis nec explicatis intelligi poteſt. de Cla.

Illa verò cenſoria contra Cn. Domitium non eſt oratio, ſed quaſi capita rerum, & orationis commentarium paulò plenius. Ibid.

Ad Caluum ſcripſi, vt ad me τὰ ἀκεφάλια mitteret. At.

A primo capite legis vſque ad extremum, reperio nihil aliud cogitatum. contra Rul.

Qui, quod ſecundo capite ſcriptum eſt, non meminit in tertio.

Cùm caput meæ proſcriptionis recitaretur. Poſt quã.

Capita de Repub. in duabus rationibus contraria inter ſe. de Or.

Caput eſt, quod pertinet ad minuendos ſumptus ciuitatum. Ep.

Sed prima duo capita epiſtolæ tuæ tacitè mihi quodammodo prætereunda ſunt. Ibid.

Ex vno Epicuri capite, altero veſtro, perceptio, & comprehenſio tollitur, quod eſt caput Epicuri: ſi vllum ſen-

lum ſenſibus viſum falſum eſt, nihil percipi poteſt, quod veſtrum, ſunt falſa ſenſus viſa. Aca.

Capitis vocabulo Latini quoque ſignificarunt auctorem, vel principem: quem non ſimili ferè modo Einen Hauptman appellamus, Galli, chef.

Si quid ſine capite manabit, & cuius auctor non extet. pro Plan.

Iam ab illo fonte & capite Socrate, &c.

Caput eſt omnium Grȩcorum concitandorum Hæraclides ille Tennites. pro Flac.

Capitis nomine vitæ pericula quoque expreſſerunt: vt, Capitis noſtri ſæpe accidere poteſt, vt cauſȩ verſentur in iure. de Or.

Quam poſſumus reperire ex omnibus cauſis ciuilibus cauſam contentionemque maiorem, quàm de ordine, de ciuitate, de libertate, de capite hominis conſularis?

Cauſa capitis. de Cla.

Socratis reſponſo ſic exarſerunt iudices, vt capitis hominem innocentiſſimum condemnarent. de Or.

Socratem in iudicio capitis pro ſe dixiſſe. Ibid.

Nihil de capite ciuis, aut de bonis ſine iudicio detrahi poteſt. pro Dom. (Q. R.

Iudicia ſummæ exiſtimationis, & penè dicam capitis.

In iudicium capitis aliquem vocare. de Cla.

Cùm verò abs te tui capitis cauſa peteret, hominesque certos domo miſiſſet, ne tum quidē, &c. in V.

Vt ſi prædonibus pactum pro capite pretium non attuleris. Off.

Caſtigo, non ſolum verberibus, vt multi opinantur. ſed etiam verbis.

Pueros matres & magiſtri caſtigare ſolent, nec verbis ſolum, ſed etiam verberibus. Tuſc.

Qui non verbis ſunt, & diſputatione philoſophorum, ſed vinculis & carcere caſtigandi.

Caſtigare improbos. de Leg.

Qui punit aliquem, aut verbis caſtigat. Off.

Et quoniam de impudentia dixi, caſtigemus etiam ſegnitiem hominum. de Or.

Cauto. Iureconſultorum vocabulum, qui hac formula, Cauere alicui, ijs qui ipſos conſulebant, præſcribebant rationes & vias agendi cum aliquo, vt cauerent, ne verbis cauſam ſuam deteriorem facerent: vt,

In iure cauere, conſilio iuuare, atque hoc ſcientię genere prodeſſe quàm plurimis, vehementer & ad opes augendas pertinet. Off.

Etenim cùm tu mihi, meiſque multa ſæpe cauiſſes, veritus ſum, ne ſi ego grauarer, aut ingratum id, aut ſuperbum videretur. Top. (pro Q. R.

Quid ita Flauio ſibi cauere non venit in mentem.

Caueri vult ijs qui ſecum ſunt, Muſtelli & Tironi proſpicit. I. A.

Deinde vt Fauſtæ, cui cautum ille voluiſſet, ratum eſſet. Att.

Epicurus diligenter cauet & ſancit, vt hæredes ſui dent. de Fin.

Amentia eſt, cùm hæredi velis cauere, id aſcribere, quo non aſcripto, nihilominus hæredi caueatur. de In.

Ita diligẽter perſcripta lex eſt, ita cautum vnaquaque de re, & ita quod oportuit exceptum. Ibid.

Nulla res eſt, quæ aut comprehendi ſatis, aut caueri aut excipi poſſit. pro Cæcin.

Sic etiam, *Cauere ab aliquo*, & per aliquem alicui, alicui aliqua re, pro Satis accipere, aut, Securari, vt barbari loquuntur, ab aliquo.

At tibi ego Brute, non ſoluam, niſi prius à te cauero. de Clar.

Rogant eum vt id quod abiſſet ab ipſis pecuniæ, curet ab ſeſe caueat quemadmodum velit, de illa hæreditate cum Epicrate eſſe acturum. in Verrem.

Auges tu mihi timorẽ, qui in Oratore tuo caues tibi per Brutum, & ad excuſationem ſocium quęris. E.

Laodiceæ me prædes recepturũ arbitror omnis pecuniæ publicæ: vt & mihi, & populo cautum ſit ſine vecturæ periculo. E.

Prædibus & prædijs populo cautum eſt. I. V.

Rebus etiam cauemus, vt nimirum extra periculũ ſint, noſtro more Securas aut Tutas reddi dicimus, aut Barbarè, Securari. (cauer.de Leg.
Altera lex priuatorum ædificijs, altera ſepulchris
Pompeius clementer id fert, forte cauet vſuræ, At.
Agri, de quibus cautum eſt fœnore.contra Rul.
Hinc *Cautio*, formula talis iuriſperitorum, aut id quo alicui cauetur. Securationem Barbari vocant.
Eſt hoc & ex conditione iuris, & ex conſuetudine cautionis firmiſſimum teſtimonium. Qu. Fr.
Itaque quando veſtrę cautiones firmę ſunt, græculam tibi miſi cautionem chirographi mei. E.
Cautiones fiebant pecuniarum. pro Dom. (Or.
Perſecutionũ cautionúmque pręceptio in iure ciuili.
Caue, in imperandi modo veteres Latini ſępe vſurparunt: idémque eo ſignificarunt, quod per, Vide ne,
Caue facias inquit: nam iſta lex proferetur. At.
Sed caue, ſi me amas, exiſtimes, me, &c.
Caue enim putes, vllas litteras vnquam gratiores, quam tuas eſſe in ſenatu recitatas.
Caue enim exiſtimes, Brute, quãquam es, ſed tamen, &c. At. (Qu. R.
Cauete per deos immortales iudices, ne, &c. pro
Videte per Deos immortales, quem in locum. ibid.
Mea, tua, aut noſtra cautio eſt, Latinæ linguæ proprius modus, quem alijs verbis ſic redderemus: Mihi, tibi, aut alicui prouidendum, aut cauendum eſt.
Tua enim cautio, noſtra cautio eſt. pro Mar.
Chartam tibi deeſſe, mea cautio eſt. At.
Ne quiſquam pertundat crumenam, cautio eſt. Plan.
Puerũ autem ne reſciſcat eſſe ab illa, cautio eſt. Ter.
Hi mihi ne corrumpantur, cautio eſt. ibid.
Cauſa. Hic admonendi ſunt ſtudioſi linguæ Latinæ, qui malint optimorum ſe ſimiles eſſe, ne potius eos ſequantur, qui præcipiant, Mei, tui, ſui, noſtri, veſtri cauſa dicendum eſſe, recentiorum quorundam more, quàm veteres omnes, qui mea, tua, ſua, noſtra, veſtra cauſa dixerunt tantùm: non mei, &c. Sic enim Cicero vbique.

Tu me charum eſſe dixiſti populo Rom. non tam mea cauſa, quàm reip. nomine. in Vat.
Te abeſſe mea cauſa, moleſtè fero, tua gaudeo. E.
Et ſic omnibus locis.
Verbi aut *exempli cauſa:* verbi gratia, exemplorum notæ ſunt: vt,
Verbi cauſa maieſtatem minuere, dicere aduerſarium maieſtatem minuiſſe. de arte Rhet.
Si quis verbi cauſa oriente canicula natus eſt, in mari non morietur. de Fato.
Verbi cauſa, tria pauca ſunt, an ne? in Ac.
Verbi gratia, propter voluptatem. de Fin.
Cedo. Verbum, quo aliquid Latini poſtulabant, aut imperabant: quo hoc modo ſunt vſi, neque ſolum ad vnum, ſed ad plures, Cedo dicebant. Cedo, qui remp. tantam amiſiſtis tam cito. de Sen.
Vidiſti igitur virum vt ſcripſeras? ingemuiſti certè, cedo reliqua. At.
Obuiam mihi fit tabellarius, & ego ſtatim, cedo, inquam, ſi quid ab Attico.
Cedo, cui Siculo, cum is reus fieret, ciuis Romanus cognitor factus vnquam ſit. I. V.
Cedo. Vis propria huius verbi nota ſatis, ſed vſus minus: non enim tam varijs caſibus vulgus nunc illud adiungit, quàm olim Latini, qui non ſolum dixerunt, Cedere ex loco, aut loco: ſed & à loco: & Cedere alicui loco aliquo.
Rectè ſic cenſeo, cedendum de oppidis ijs. At.
Hoſtes cedentes ab oppido Caſſius inſecutus eſt. At.
Æſchines propter ignominiam iudicijs ceſſit Athenis. de Or.
Si Cn. Italia cedit, in vrbem redeundum puto. Att.
Dandus eſt locus fortunæ, cedendum ex Italia. Ep.
Cedo inuitus de republ. cedo oppreſſus de fortuna, de dignitate. Anteaquam.
Cedam tibi in præſentia foro & curia. Oct.
Cedere alicui poſſeſſione hortorum. pro Mil.
Celebro. Orationi aut ſermoni non à noſtris tribuitur, vt olim à Latinis. Dicebant enim hi, Sermone aliquid

quid celebrare, cùm ſignificare vellent, quę ab omnibus prędicabâtur, aut omnibus in ore erât: vt,
Quod ita eſſe, conſtanti fama atque omnium ſermone celebratum eſt. Q. Fr.
Quod omnium accuſatorum non criminibus, ſed vocibus maledictíſque celebratum eſt. pro Cl.
Quid porrò in Græco ſermone tam tritum atque celebratum eſt, quàm &c. pro Flac.
Quibus in locis nuncij litteræque celebraſſent Murenam factum eſſe conſulem. pro Mur.
Celebrare dies feſtos ludorum. pro Arch.
Tamen omni in hominum cœtu gratijs agendis, & gratulationibus habendis, & omni ſermone celebramur. pro Mil.
Similíſque frequentia & plauſus me vſque ad Capitolium celebrauit. At.
Sed quę dicta ſunt omni ſuperiore oratione, eadem ad celebrandum rumorem valent. de Pet.
Cerno. Cernere vocarunt Latini, quod Barbari Partiri aut diuidere bona, aut hæreditatem cum aliquo: alio modo, Adire hęreditatē, de quo ſuo loco.
Pridie nonarum ex teſtamento creui hęreditatem. A.
Galeonis hæreditatem creui. At.
Vt de eo ſi dicas qui multas hęreditates adierit, proſpice tu, qui plurimum cernis. ad Her.
Is fratris Appij amorem erga me cum reliqua hæretate creuit. At.
Non committendum, vt iniuſſu meo cernat. At.
Hæreditatem creuimus. cont. Rul.
A te autem peto, vt me quaſi falſam hanc hęreditatem alienæ gloriæ ſinas cernere. Ep.
Certus. Certum habere, certum eſſe, ſcire certum, pro certo, Latini modi, quos noſtrum vulgus neſcire videtur: vt,
Non habeo certum, quæ te res hinc retrahat. Ep.
Certum non habeo vbi ſis. At.
Neque idipſum tamen certum habeo. At.
Is tamen adhuc viuit, & dicitur victurus: ſed tamen de hoc mihi parum certum eſt. Ep.

Mihi non tam de iure certum eſt (quanquam ne id quidem valde dubium eſt) quàm illud, &c. E.
Quem enim impedimento futurum putas, cùm de nobis certum ſit nos quieturos? Ep.
Cras ad te fortaſſe, ſed cùm certum ſciam, faciam te paulò antè certiorem. Ep.
Reſpondit, ſe neſcire certum. pro Syl.
Pompeium pro certo habemus per Illyricum proficiſci in Galliam. At.
De Orobio opinor, ſed certum neſcio. At.
Nunciatum eſt nobis, Cæſarem ad VIII. Calēdarum Capuę: hoc pro certo putauimus. At.
Non nunciabatur quicquam, quod pro certo haberemus. At. (tis. de Nat.
Neque enim mundum pro certo rotundum eſſe dice-
Pręterea nunciatum eſt nobis, & pro certo iam habetur, regem Alexandrum mortuum. Ep.
Dicere aliquid pro certo. de Cla. (Rul.
Pro certo polliceor, atque confirmo vobis. contra
Alicui aliquid certum eſſe, Latinè ſignificat id, quod vulgari conſuetudine tritum nunc eſt, firmiter aliquid propoſuiſſe.
Mihi certum eſt ab honeſtiſſima ſententia digitum nuſquam. At.
Mihi certum eſt abire. At.
Quod certum eſt facere. pro S. R.
Sibi certum eſt Romæ manere. At.
Mihi abiurare certius eſt, quàm dependere. At.
Certum mihi eſt ad Brutum tranſire. At.
Certius tibi eſt, me eſſe hic, quàm mihi, te iſtic. At.
Certos homines Latini vocabant, quos nos fideles aut tutos: vel proprios etiam nuncios, quibus aliquid nimirum committimus. Non enim dicunt Latini illi veteres, Miſi proprium nuncium: ſed, Miſi certum hominem.
Habebam paucis diebus homines certos, quibus dare poteram. At.
Quum mihi certorum hominum poteſtas erit. E.
Confirmat, & ſe certos homines eius rei cauſa in Sici-

Siciliam & terra & mari miſſurum. in Ver.
Certos homines ad mulieres miſeram. At.
Et ſtatim reſcripſi, hominemque certum miſi de comitibus meis. At.
Sic Certi homines vocantur Latinè, quos ſpeciales Barbari appellant: aut etiam, quorum nomina certo numero comprehenduntur, ſed ob cauſas aliquas non exprimuntur.
Habet enim certos ſui ſtudioſos. de Clar.
Certorum hominum ferociam extimeſcens. pro Mur.
Hanc noſtram coniunctionem certi homines fictis ſermonibus diremerunt. pro Dom.
Certa verba, concepta verba vocantur, quibus tanquam formulis in iureiurando vtimur.
Cur in certa verba iurent, cur certo tempore conueniant, certo diſcedant. de Inuent.
Certis quibuſdam verbis diuortium fieri. de Or.
Ceſſo. Hoc verbum quia vulgus ignorat, Ocior aut Ferior tantum dicere ſolet: cùm nihil agunt, & omni actione vacant, ociari, aut feriari ſe dicunt, nunquam ceſſare: quo verbo tamen Cicero, & alij auctores latinæ linguę ſæpius id ſignificauerunt, quàm per Ferior, aut Ocior.
Iſto tàm immenſo ſpacio, quæro, Balbe, cur Pronoe veſtra ceſſauerit. de Nat.
Cur tam multos deos ceſſare, & nihil agere patitur? (de Nat.
At pueri etiam cum ceſſant, exercitatione aliqua delectantur. de Nat.
Denique aliud aliquid extabit, ne tibi planè ceſſaſſe videamur. At.
Ego hic ceſſo, quia ipſe nihil ſcribo; lego autem breuiſſimè. Ep.
Cicero noſter, dum ego adſum, non ceſſauit apud Rhetorem. Qu. Fr.
Nec tamen iſtum ceſſare, ſed celare quæ ſcribat exi- (ſtimo. Ac.
Illos libros ſcribere non ceſſaui, neque ceſſo. Qu. Fr.
Gorgias centum & ſeptem compleuit annos, nec vnquam in ſuo ſtudio, & opere ceſſauit. de Se.
Ille non ceſſat de nobis detrahere. At.

De ædificatione tua Cyrum vrgere non ceſſo. Qu. Fr.
Alterum, ſi tabellarij non ceſſarint, neceſſe eſt paucis diebus pœniteat audere. de Pro.
Sin, &c. ne ceſſaris me certiorem facere, vt accurram. Qu. Fr.
Circuitio Latinè, quæ circumlocutio, vt Græcè περίφρασις, à nouis noſtris Latinis vocatur.
Epicurus circuitione quadam deos tollens, rectè non dubitat diuinationem tollere. de D.
Circuitio eſt oratio, rem ſimplicem aſſumptam circumſcribens elocutione. ad Her.
Iam verò quid opus eſt circutione, & anfractu? vt ſit vtendum interpretibus ſomniorum, potius quàm directò? Deus ſiquidem conſulebat, nobis hoc facito, hoc ne feceris, &c. de Diuin.
Circuitus, Latinè ambitus, & comprehenſio verborum vocatur, qui Græcè περίοδος. Cicero etiam circumſcriptionem, Comprehẽſionem, Ambitum, aut Orbem verborum vocat.
Circuitus orationis, quam Græci περίοδον, nos tum ambitum, tum circuitum, tum comprehenſionem, aut continuationem, aut circumſcriptionem dicimus. de Or.
Cum illi veteres circuitum, & quaſi orbem verborum conficere non poſſint, terna, aut bina, aut nõnulli ſingula etiam verba dicebant. de Or.
Modò ne circuitus verborum ſit aut breuior, quàm aures expectent: aut longior, quàm vires atque anima patiatur. de Or.
Circuitus, continuatióque verborum. Or.
Circumſpicio, verbi vis nota & peruulgata fortaſſe eſt: ſed cum accuſatiuo pauci iungunt, præſertim cum animo tribuitur, quo prouideamus & conſideremus aliquid.
Circumſpice omnia membra Reipubl. quæ notiſſima ſunt tibi. Ep.
Multa in cauſis circumſpicienda ſunt, ne quid offendas, ne quò irruas. de Or.
Omnia circumſpexi, omnia periclitatus ſum. pro Q.

Vt circumſpiciamus omnia quæ populo grata ſunt. contra Rul.

Circumſpicite paulîſper mentibus veſtris hoſce ipſos homines. pro Syl.

Atque illud circumſpicite mentib.veſtris. cont.Rul.

Nunquam homo amentiſſime,te circumſpicies? nunquam quid agas, conſiderabis? Par.

Quare P. C. incumbite ad ſalutem Reip.circumſpicite omnes procellas. in C.

Conuerte animum, & ea ipſa artium genera circumſpice. de Or.

Citerior. Tribui hoc verbo temporis interuallum quoque vulgus ignorat, eóque ſignificari, quod Barbari proximiora vocant.

Ciuis. Attendant vſum huius verbi ij,qui dicere conſueuerunt, Conterraneus meus, aut alicuius, aut compatriota,vel conciuis meus,quę poſtrema duo planè barbara ſunt. Conterraneus verò apud Plinium non ſignificat eum qui eiuſdem eſt ciuitatis, ſed terræ & regionis. Quem Cicero, vt mihi videtur, & alij, popularem vocant (quanquam & ciuis quoque popularis dicitur.) Qui verò eiuſdem ciuitatis eſt, Suum ciuem Latini vocabāt.Itaque ſic Latinè à Cicerone loqui diſcamus.

Facinoroſorum armis meos ciues meis conſilijs periculíſque ſeruatos pro me obijci nolui.pro Mil.

Vt ſint opera, ſtudio, labore meo doctiores ciues mei. de Fin.

Valeant, inquit Milo, valeant ciues mei,ſint incolumes,ſint florentes. pro Mil.

Quod meos ciues, & à me conſeruatos. Epiſt. ad Lentulum.

Serui me hercule mei,ſi me iſto pacto metuerent, vt te metuunt omnes ciues tui, &c. in Cat.

Dabunt igitur mihi veniam mei ciues, vel gratiam potius habebunt. de D.

Clauſtra. Tranſlatè Latini hoc nomine ſignificarunt, quod noſtrum vulgus clauem appellat: ita quam nos clauem imperij aut regni,illi clauſtra vocant.

Corinthus erat poſita in anguſtijs Græciæ, ſic vt terra clauſtra locorum teneret, & duo maria penè contingeret. contra Rul.

Omnes vrbes maritimas clauſtris imperij noſtri contineri. pro Flac.

Clauſula. Quam nos ſententiam aliquam, aut etiam periodum Græco more vocamus, Latini Clauſulam appellauerũt, circuitum ſcilicet verborum, quibus ſententia aliqua cõcluditur. Idem etiam valet quod caput, de quo ſuprà. Interſpirationis enim, non defatigationis noſtræ, neque librariorum notis, ſed verborum & ſententiarum modo interpunctas clauſulas in orationibus eſſe voluerunt.

Clauſulæ in orationibus interpunctæ. de Orat.

Cùm eſſem cum eo Tarracinę, de amicitia, falſa attamen à te ipſo ficta tota narratio: addidiſti clauſulam, tota Tarracina, &c. de Or.

Illa verò pręclara eſt clauſula edicti, quòd omnium controuerſiarum, quæ eſſent inter oratorem & decumanum, ſi vter velit, edicit ſe recuperatores daturum. I. V.

Clauſulam quoque epiſtolarum, aut comœdiarum, aut libri alicuius extremam partem Latini vocant, quod enim eſt peroratio, in orationibus, epiſtolà & ſimilibus omnibus, eſt clauſula. Noſtri concluſionem, aut finem appellant.

Cicero in Antonij epiſtola recitanda cùm ad finem peruenit, inquit, veniamus aliquando ad clauſulam, Legatos venire non credo. in Ant.

Quamobrem, quoniam mihi nullum ſcribendi argumentum relictum eſt, vtar ea clauſula, qua ſoleo, téque ad ſtudium ſummæ laudis cohortabor. Ep.

Mimi ergo eſt etiam exitus, non fabulæ, in quo cum clauſula non inuenitur, fugit aliquis è manibus. pro Cæl.

Cliens, Latinè is dicitur, qui barbarè nunc Vaſallus. Patroni enim vocantur, qui præſunt clientibus, de quo ſuo loco.

Manlius Glaucia tuus cliens & familiaris. pro S. R.

Quos

Quos clientes nemo habere velit, non modo eſſe illorum cliens. I. A.

Clientela Latinè, barbarè Homagium: etiam quam Saluegardiam Barbari appellant. Latinè Clientelam vocare licet, vt habere Saluegardiam, Latinè reddamus per Conferre ſe in clientelam, eſſe in clientela alicuius.

Scis quàm diligam Siculos, & quàm illam clientelam honeſtam iudicem. At.

Ianus medius in L. Antonij clientela ſit. I. A.

Conabaris clientelam tam illuſtrem, tam ſplendidæ prouinciæ ad te traducere. I. V.

Quare ſi te fautore vſus erit, ampliſſimè clientelas acceptas à maioribus confirmare poterit. Ep.

Eſſe in fide, & in clientela alicuius. pro S. R.

Cõferre ſe in fidem, & clientelam alicuius. ibid.

Coeo. Verbi huius vis & vſus prorſus à cognitione vulgari ſeiunctus eſſe videtur, Cùm enim duo ſimul idem petunt, qui collegæ futuri, aut qui coniungendi ſunt munere, neceſſitudine aut ſocietate, coire dicunt Latini: nos nunquam iſto modo.

Cæſar cum eo coire cogitat, & Bibulus cum hoc ſe poſſe putat coniungi. At.

Vtinam Cn. Pompei cum Cæſare ſocietatem aut nunquam coiſſes, aut nunquam diremiſſes. I. A.

Cùm hoc coire auſus es: Poſtquam.

Coire ſocietatem voluntariam cum aliquo. pro S. R.

Pinna cum ſquilla ſocietatem coit comparandi cibi. de N. (quo. pro S. R.

Coire ſocietatem præmij vel ſceleris cum ali-

Collegia medius fidius Tribunorum plebis tota reperientur, &c. quæ coëunt de hominum locupletiſſimorum bonis. pro Dom.

Dixi Habito ſtatim de eo, qui coiſſet, quo quis condemnaretur, illum eſſe liberum. pro Clu.

Qui eorum coit, coierit, cõuenit, conuenerit. pro Cl.

Coerceo vis propria peruulgata ſatis non eſt. Significarunt Latini hoc verbo contineri complexu id quod intus eſt.

Mundus omnia complexu ſuo coërcet & continet. de N.
Reſtat vltimus, & omnia cingens & coërcens cœli complexus.
Fluuium extra ripas diffluentem coërcere. de Cla.
Genus eſt, aqua pluuia nocens: eius generis formæ, loci vitio & manu nocens: quarum altera iubetur ab arbitrio coërceri, altera non iubetur. Top.
Cogito. Quod Latinæ linguę cognitio & vſus maximam partem obſeruatione & lectione optimorum auctorum diſcatur, hoc loco clarum eſt. Nam qua ratione iũgatur hoc verbum nominibus ad locum, omiſſis verbis profectionem ſignificantibus, quis Grammaticorum docere poteſt? Sic enim olim conſuetudine incorrupta vſurpatum eſt, vt huic verbo potiſſimum hoc accidat, vt verbum profectionem ſignificans omittatur: quam ſi in omnibus ſequamur, Latinè optimè diſcemus. Ludi Antij futuri ſunt pridie Non. eos Tullia ſpectare vult, inde cogito in Tuſcul. At. Sed in epiſtolis, & ſermonibus familiaribus magis locum habere videtur ob breuitatem, quàm alijs generibus orationum.
Hinc verò vulgo vadunt, etiam M. Lepidus quo cum diem conterere ſolebam, cras cogitabat, nos autem in Formiano morabamur, quo citius audiremus: inde Arpinum volebamus. At.
Tu de tuo itinere quid & quando cogites, velim, me certiorem facias. At.
Cognitor. Latini eum vocabant olim, cum integrè loquerentur, quem nunc recentes Latini Procuratorem iudicialem: in quo hoc admirandum & obſeruandum eſt, cùm à Cognoſco fieri videatur, neque verbum Cognoſco, neque Cognitio idem valere. Iudici enim tribuuntur, non ijs, qui cauſam alicuius agendam ſuſcipiunt.
Me defenſorem ſuarum calamitatum, me vltorem iniuriarum, me cognitorem iuris ſui, me actorem cauſæ totius eſſe voluerunt. in Ver.

Quid intereſt inter eum qui litigat, & qui cognitor eſt datus? qui per ſe litem conteſtatur, ſi bi ſoli petit: alteri nemo poteſt, niſi qui cognitor eſt factus: Itáne vero? cognitor ſi fuiſſet tuus, quod viciſſet iudicio, ferres tuum, cum ſuo nomine petijt, quod abſtulit ſibi, non tibi exegit. pro Q. R.

Tu Q. Roſciũ pro opera & labore quod cognitor fuiſſet, quod vadimonia obijſſet, rogaſti, &c. pro Q. R.

In hanc rem me cognitorem dediſti. Ibid.

Niſi te in ſuam litem dediſſet cognitorem. Ibid.

Ciuem Romanum, qui cognitores homines honeſtos daret, ſublatum eſſe in crucem. in V.

Videte porrò aliam dementiam, cognitorem aſcribit Sthenio: quem? cognatum aut propinquum? non.

Sthenius inuenire neminem Siculum potuit, qui pro ſe cognitor fieret. I. V.

Cedo, cui Siculo, cùm is reus fieret, ciuis Romanus cognitor vnquam factus ſit? ibid.

Credo, Sthenius hoc ſibi amplum eſſe putauit, eligere è ciuiũ Rom. numero, quẽ cognitorem daret. ibid.

Cognoſco. Dicitur is cognoſcere de re aliqua, qui inquirit, aut quæſitor eſt conſtitutus à magiſtratu, vt diſceptet de eo, quod in iudicium venit. Iudicum igitur munus cognoſcere. Cognitorem eſſe verò, eius qui defendit cauſam alicuius: videre aut audire qui ius habet, & non, quam ęqua ſint, & non, cauſam audire.

Cauſam Verres cognoſcebat, Verres iudicabat. I. V.

Aratus adhibuit ſibi in conſilium quindecim principes, cum quibus cauſam cognoſceret. Off.

Vt conſules cognoſcant, qui ager colonus ſit, qui contra. I. V.

Sed de hæreditate velle cognoſcere, quæ eis à filio veniſſet. in Ver.

Cognitio pro actione & munere eius qui cognoſcit.

Vtrum hic tandem diſceptationem & cognitionem veritatis, an innocentię labem aliquam, aut ruinam fore putatis? pro Flac.

Quæ lex earum rerum, quas Cęſar egiſſet, magnam

conſt-

conſulibus cognitionem dedit. At.
Coſſ. quorum & lege, & S. C. cognitio, & iudicium fuit. ibidem.
Orbis terrarum cognitionem alicui ſine conſilio dari, & pœnam ſine prouocatione. cont. Rul.
Cum dies cognitionis eſſet. de Clar.
Cogo. Propria vis huius verbi in vulgus ignota eſſe videtur: eadem enim eſt, quæ verbi congrego, aut in vnum colligo.
Craſſus pollicitus eſt, ſe ius ciuile, quod nunc diffuſum & diſſipatũ eſt, in certa genera coactu rũ. de Or.
Interea dum hæc, quæ diſperſa ſunt, coguntur. Ibid.
Itaque non amplius cohortes Nuceriam coëgi. At.
Neminem coëgeris: ipſi conuenerint ſua ſponte. pro Cæcin.
Quaſi copiæ in vnum locum coactæ fuerint. Att.
Vt reliquę copię omnes Brũduſium cogerentur. Ibid.
Cogere homines armatos. pro Cæc.
Nec duces ſimus, nec cogamus. At.
Sed omnibus in vnũ locũ coactis ſcriptoribus. de In.
Recordare cætera, quàm cito ſenatum coëgerim. Ep.
Cato in ipſa curia ſolebat legere, dum ſenatus cogeretur. de Fin.
Marcellus me rogauit: vt cogerem medicos: coëgi, & eueſtigio eò ſum profectus. Ep.
Aër extenuatus in ſublime fertur, concretus autem in nubem cogitur. de N.
Multa ſunt ex quib. effici cogique poſſit. &c. de N.
Ex quibus id quod volumus, efficitur & cogitur.
Hic cõplexio eſt infirma; aliud enim quàm cogebatur, illatum eſt. de In.
Hoc cogere volebat, falſas litteras eſſe. Brutus.
Cogendi munus erat eorum, qui pecunias, aut id quod à magiſtratu imperatum erat, accipiebant & colligebant: publicaniſque vel redemptoribus, vel ijs, qui à magiſtratu conſtituti fuerant, tradebant.
Ait enim, dum Gabinio pecuniam Poſthumus cogeret, ex decumis imperatorum pecuniam ſibi coëgiſſe. pro R. P.

Cogere

Cogere pecuniam à ciuitatibus. I. V.
Cogere ſtipem. de Leg. (rem. I. V.
Cum frumentum imperarem, cum ſtipendium coge-
Iſte nauem maximam Meſſanę publicè coactis operis ædificauit. Ibid.
Dubiúmne eſt, quin iſta omnis improbitas cogendę pecuniæ cauſa nata ſit? poſt exegit tantum pecuniæ ab ijs. I. V.
Sic Coactor, quem nunc (vt Budæus inquit) receptorem particularem vocant.
Non intelligo hoc quale ſit: vtrum acceſſionem decumę, vt noſtri coactores facere ſolent, centeſima, an deceſſionem de ſumma fecerit. pro A. Cl.
Cohæreo, orationi non item tribuitur nunc à noſtris, ac olim à Romanis, quę cohærere dicitur, cum aptæ ſunt partes inter ſe. Opponitur ei diſiuncta & contraria.
In quo non modo crimen non hærebat, ſed vix diſerti adoleſcentis cohærebat oratio. pro Cæl.
Sermo familiaris non cohęrebit, ſi verba inter nos aucupabimur. pro Cęc.
Non quæro iam, verúmne ſit illud: dico, ea quæ dicit, pręclarè inter ſe cohærere. de Fin.
Aptiſſimè cohærent inter ſe. Or.
Tam autem eras vecors, vt tota in oratione tecum ipſe pugnares, vt non modò non cohærentia inter ſe diceres, ſed maximè diſiuncta atque contraria. in A.
Colligo. Se aut animum colligere, Latinæ linguę optimi auctores dixerunt: quod Barbari nunc exprimunt per Reſumere animum. (de Or.
Craſſus quaſi colligendi ſui cauſa ſe in Tuſc. contulit.
Cùm animus ſe collegit atque recreauit. Tuſ.
Vocē ab acutiſſimo ſono vſque ad grauiſſimū ſonum recipere, & quaſi quodammodo colligere. de Or.
Tum, me, inquit, collegi, verens ne, &c. At.
Ipſi ſe collegerunt admiratione integritatis meę.
Iudicium tuum magni æſtimans, idque veritus me ipſe collegi.

Tamen vt me collegi, cætera facillima videbãtur. Ep.
Collegi ipſe me, &c.
Rogo te colligas, virúmque præbeas.
Sin aliquid virium fortè collegerit.
Quid eſt autem ſe ipſum colligere, niſi diſſipatas animi partes rurſum in ſuum locum colligere. Tuſc.
Tu te collige, aliquid loci rationi & conſilio da. pro Qu.
Quæ cum intuerer ſtupens, vt me recepi, quis hic, inquam. de Som.
Is primo perterritus ſomnio, ſurrexit: deinde cum ſe collegiſſet, &c. recubuit. de D.
Colligere beneuolentiam, gratiam, famam, exiſtimationem, eodem modo pro captare, Latinum prorſus videtur.
Ad iſtorum beneuolentiam conciliandam & colligendam. Qu. Fr.
Beneuolentiam ciuium blandicijs & aſſentationibus colligere turpe eſt. de Am.
Beneuolentiam & bonum rumorem colligunt. de Le.
Colligere beneuolentiam à perſona alicuius. ad Her.
Ex hoc labore magnam gratiam dignitatémque colliges. Qu. Fr.
Exiſtimatio multo labore collecta. I. V.
Colligere gratiam ex priuatorum negotijs. de Or.
Conſeruare famam ante collectam. in Ver.
Colligere bonum rumorem.
Colligere laudem omnium vndique. Qu. Fr.
Collineo. Hoc verbo latinè ſignificatur, quod barbarè dicitur, Ferire ſcopum, figere album, iaculari, tangere album, aut papyrum.
Quis eſt enim, qui totum diem iaculans, non aliquando collineet? de D.
Vt ſi cui ſit propoſitum collineare haſtam aliquò, aut ſagittam. de Fin.
Huic in eius ſimilitudine omnia facienda ſunt, vt collineet, & tamen vt omnia faciat, quo propoſitum aſſequatur. ibidem.
Colloco. Cum hoc verbum matrimonio tribuitur, quàm variè collocetur cum nominibus, niſi à diligenti

genti & attento homine, cognoſci non poteſt.
Itaque modos omnes ſubijciam vt id quod vulgo dicitur, Filiæ virum dare, latinè, idque diuerſis modis, reddere diſcamus.
Themiſtocles cum conſuleretur, vtrum bono viro pauperi aut minus probato diuiti filiam collocaret. Off.
P. Scipio Corneliam filiam Tiberio Graccho collocauit. de In.
Cuius Caij filio filiam ſuam collocauerat, affinitate ſeſe deuinxerat. de Cla.
Cum vellet ſororis ſuæ filiam in matrimonium collocare. de D.
Collocare filiam alicui. de Cla.
Atque huius potentiæ cauſa matrem in Biturigibus homini illic nobiliſſimo ac potentiſſimo collocaſſe: ipſum ex Heluetijs vxorem habere: ſororem ex matre, & propinquas ſuas nuptum in alias ciuitates collocaſſe. Cæſ. de bel. Gal.
Collocare beneficium, aut aliquid apud aliquem, pro afficere aliquem beneficio, aut aliquo bono, aut collocare, benè aut malè, id eſt, quod vulgo dicitur, Benè aut malè impendere aliquid in aliquem.
Bene collocare beneficium. Ep.
Collocare beneficium apud aliquem. Off.
Se bene apud iſtum tam multa precia ac munera collocaſſe. I. V.
Ædilitas alicui data, & rectè collocata, & in loco poſita. I. V.
Commemini. Idem valet quod memini, ſed minus vſitatum noſtris.
Commentarium, Latini vocabant, & Commentarios, quæ vulgus noſtrum Regiſtrum, aut Memoriale appellat, in quibus capita tantum rei alicuius ſcribuntur & notantur memoriæ cauſa.
Ipſa illa cenſoria contra Cn. Domitium collegam non eſt oratio, ſed quaſi capita rerum, orationis commentarium paulo plenius. de Clar.
Quam quiſque ſententiam dixerit, in cõmentario eſt rerũ vrbanarum, è quo tu quę digna ſunt, ſelige. Ep.
Com-

Commentarium conſulatus mei græcè ſcriptum miſi ad te. At.
Anton. ciuitates donabat ex commentario. Oct.
Commentarium rerum vrbanarum primum dedi L. Caſtrinio, ſecundum ei, qui has litteras tibi reddet. Ep.
Audire decretum mercenarij prętoris ex ipſius commentario. I. V.
Recita commentarium. ibid.
Ego recentem putarem memoriam ſenatus commentario meo poſſe ſuperari? pro Syl.
In eo eſt diſputatio ſcripta Carneadis, quam ſe ait in commentarium retuliſſe. Tuſ.
Referre aliquid in commentarium manu ſua. At.
Commeo. Verbum hoc è tenebris in lucem proferendum eſt: quod vulgus pro eo vſurpet, Ire & redire: quod Latini per Commeare efferunt. (At.
Crebrò enim illius litteræ ab illis ad nos commeant.
Inſula Delos, quò omnes vndique cum mercibus atque oneribus commeabant. pro Pom.
Nauis quæ ad ea furta quæ reliquiſſes cõmearet. I. V.
Cum eadem viciſſim retrò commeant. de N.
Sol ab ortu ad occaſum commeauit. Ibid.
Animum eſſe per naturam rerum omnem intentum & commeantem. de N.
Committo. Committere vt, iunguntur hæ duæ voces ſæpe à Latinis: idque ijs ſignificant, quod vernaculo ſermone, vix Latino, alijs verbis nullis reddi poteſt. Quare diligentius attendendum eſt, vſuque quotidiano terendum, vt cum id, quod vulgari more ferè dicitur, Non debes facere: vt, cauere, aut videre debes: vt, ne, &c. exprimere, aut ſimilia efferre velimus, Latinè dicamus, Non committes vt, &c. cui hoc, tanquam proprium, eſt à Latinis tributum.
Quocirca vereor committere, vt non bene prouiſa principia ponantur. de Leg.
Ego nolo quenquam ciuem cõmittere, vt morte mulctandus ſit. I. A.
Non committam, vt tibi inſanire videar. E.

Non

Non committam poſthac, vt me de negligentia epiſtolarum accuſare poſſis. At.
Id enim ipſum ſordidum eſt ad famam, committere vt accuſator nominetur. Off. (dear Ep.
Non eſt meum committere, vt negligens fuiſſe vi-
Ipſum Cæſarem ſanè de te nihil queſtum, niſi dictum, quòd diceret te dixiſſe laudandum adoleſcentem, ornandum, tollendum: ſe non eſſe commiſſurum vt tolli poſſit. (derer.
Non committendum putaui, prius vt Alpes transgre-
Non puto Cn. noſtrum commiſſurum, vt Domitium relinquat. At.
Non placuit nobis committere, vt temeritas noſtra Reip. noceret.
Id autem vt accideret, commiſſum eſt Hortenſij conſilio. (proſim,
Non committam, vt tibi cùm poſſim prodeſſe, non
Ne committas, vt fruſtra properaſſe videaris.
Præſertim cùm id commiſerit, vt ille alter annus etiam tertium poſſet adducere. Q. Fr.
Commiſſum nihil eſt, quare ad iſtam rationem perueniretur. pro Qu.
Non committam, vt ſi defugerim, tibi cauſam aliquam dem recuſandi. de Or.
Commiſſum eſſe aliquid alicui. Latinè ſignificabant Romani olim hoc modo: quæ nos Barbare, Cadere in pœnam: vel quod Flandrorum lingua dicitur, Iet ſyn de geconſiſqueret. Gallorum verò, *quelque choſe eſtre confiſquee*. Latinè redditur, per Commiſſum eſſe, vulgus etiam noſtrum Germanico Latinè ſic effert, in pœnam aliquam incidere, Bona alicuius confiſcanda eſſe.
Faciemus vt palæſtritæ petant hæreditatem, quòd eam palæſtræ commiſſam eſſe dicant. I. V.
Calumniatores ex ſinu ſuo appoſuit, qui illam hæreditatem Veneri Ericynæ commiſſam eſſe dicerent.
Pœnam octupli commiſſam perſequi.
Nihilominus enim poteſt, vt illam mulctam non cõmiſerit, accepiſſe tamẽ ob rem iudicandã. pro Clu.
Hanc

Hanc ego deuotionem capitis mei, cum ero in ſedes meas reſtitutus, tum denique conuictam & commiſſam putabo. pro Dom.
Sacrum commiſſum, quod expiari non poterit, impie commiſſum eſto: quod expiari poterit, publici ſacerdotes expianto. de Leg.
Idque ne committi poſſit, ad eam rationem curſus annuos finiunto. Ibid.
Quem Commenſalem barbari vocant, Latini *Conuictorem*, nominant. (rius.
Commode, pro Bene, crebrò Cicero vſurpauit: nos ra-
Quod litteras, quibus putas opus eſſe, curas dandas, facis commodè. At.
Hunc pro dignitate laudare, nemo ſatis commodè poteſt. pro S. R.
Commodius feciſſent. contra Rul.
Sanè commodè Pompeus diſtribuit binos ſingulis patribus familiarum. At.
Feceris igitur commodè, mihíq; gratum, ſi me de his rebus feceris certiorem.
Sed toto hoc de genere commodius à quibuſdã, &c. diſputatur. Off.
Sic Commodus, bonum & facilem virum, quo quis vti poſſet, ſignificat.
Nemo Catone proauo tuo commodior, comitior, moderatior, ad omnem rationem humanitatis fuit. Mur. (que nunciat. Qu. Fr.
In hoc genere multo te eſſe cõmodiorem mitiorémQui priuatus intolerabili ſuperbia fuerit eum, commodum & ſui cognoſcentem videre in poteſtate quis ſperet? ad Her.
Commodo. Alicui commodare aliquid, aut in aliqua re, pro commodo eſſe, iuuare, & adeſſe, ritum non eſt noſtris ſermonibus, vt olim Latinis.
Quę ſucceſſori commodare poteſt is qui prouinciam tradit. Ep.
Quibus tu quæcunque commodaueris, erunt mihi gratiſſima. Ibid.
A te peto, quãdo apud gratos homines beneficiũ ponis,

nis, vt eo libentius his cõmodes, operáque des, &c.
Quamobrem peto à te maiorem in modum, vt his omnibus in rebus, quantum tua dignitas fidéſque patietur, commodes.
Peto igitur abs te, vt omnibus rebus, quod ſine moleſtia tua facere poſſis, ei commodes. (dare.
Cupio ei ſocietati quibuſcũque rebus poſſim cõmo-
Quicquid ei commodaueris, erit mihi maiorem in modum gratum.
Hæc à virtute donata, cætera à fortuna commodata eſſe videntur. pro Mar.
Commodare alicui. At.
Commodum. Pro vix, notum parum nunc eſt, in quo obſeruetur, Cum ſemper conſequi: vt vſus Commodum diſcatur.
Commodum ad te dederam litteras de plurib. rebus, cum ad me bene manè Dionyſius fuiſſet. At.
Commodum diſceſſeras heri, cùm Trebatius venit.
Commodum ad te miſeram Demeam, cùm ad me Eros venit.
Communico. Multi ex recentibus Latinis iungũt hoc verbum cum datiuo perſonam ſignificante: ſed contra conſuetudinem optimorum veterúmque auctorum, qui Communicare cum aliquo, non alicui dixerunt: vt,
Deſinant cauſam ſuam cum Chryſogono communicare. pro S. R.
Ego prouinciam cum Antonio communicaui. I. P.
Num tibi illius victoriȩ gloriam cum illo communicandam putas? I. V.
Cùm omnis poteſtas deorum immortalium aut tranſlata ad vos, aut communicata vobiſcum. pro Mur.
Amicitia res aduerſas partiens communicánſque leuiores facit. de Am.
Vt ſi quam præſtantiam virtutis conſecuti ſunt, impartiant eam ſuis, communicéntque cum proximis.
Sequitur igitur ad participandũ alium ab alio, cõmunicandumque, iuſtos natura eſſe factos. de Leg.
Socij putãdi ſunt, quos inter res cõmunicata eſt. I. V.
Præ-

Præmia virtutis non oportere aut cum improbis cõmunicari, aut in mediocribus hominibus peruulgari. de In.

Commuto. Vſum ſolum huius verbi à Cicerone diſcamus, nam vis non adeo obſcura eſt. Dicitur enim eo auctore, Commutare aliquid aliqua re, & cum aliqua re.

Vt cum patriæ caritate conſtantiæ gloriam commutaret. pro Seſt.

Qui fidem ſuam ad perniciem innocẽtis pecunia cõ-(mutauit. pro Clu.

Multi leue compendium fraude maxima commutarunt, ad Her.

Poſſeſſionis inuidiam pecunia commutare. cont. Rul.

Proprium proprio commutare. Or.

Mortem cum vita commutare. Ep.

Quis vnquam conatus eſt omnia iura & conſuetudinem omnium commutare cum vituperatione ſine quæſtu? I. V.

Comparatè, Latinè: quod Barbarè, comparatiuè, vel relatiuè, reſpectiuè, conditionaliter.

Cùm autem quæritur, quale quid ſit: aut ſimpliciter quæritur, aut comparatè. Top.

Compareo. Non ſiſtere ſe, aut venire aliquò, vt vulgus putat; ſignificat: ſed idem valet quod Appareo.

Illa conſpiratio cõflata à ta reſtincta eſt, vt nulla ſcintilla compareat incendij. Antequam.

In Thucydide orbem orationis deſidero, ornamenta comparent. Or.

Nobis quidem pueris oratio hæc omnium optima putabatur, quæ vix iam comparet in hac turba nouorum voluminum. de Cla.

Omnis ſuſpicio in eos ſeruos, qui non comparebant, commouebatur. pro Clu.

Pompeium non comparere, nec in Balearibus omnino fuiſſe. Att.

Quæ ita à fortuna deformata ſunt, vt tamen à natura inchoata compareant. pro Syl.

Comparo. Vis, neque vſus huius verbi notus eſt vulgò. Cùm enim idem eo Latini ſignificabant, quod ſimpli-

ſimplici verbo paro, hoc ſemper, illo nunquam vtitur. Sic tamen Cicero.
Sed eas rationes tu ita refellis, vt cum me interrogaturus eſſe videare, & ego me ad reſpondendum compararim, repentè auertas orationem, nec des reſpondendi locum. de N.
Milo pauliſper dum vxor ſe, vt fit, comparat, commoratus eſt. pro Mil.
Pompeius ſe comparat, homines ex agris accerſit. Qu. Fr. (Dom.
Inſtituere, comparare, perficere aliquam rem. pro
Sed te illud moneo, vt te ante compares, & quotidie meditêre. Qu. Fr.
Qui ludos H. S. CCC. comparat. Qu. Fr.
Benè malè comparatum eſſe. aut aliquid comparaſſe aliquem, pro inſtitutum eſſe, vel inſtituiſſe, in vulgus ignotum eſt. Quis enim ſic loquitur?
Maleficiũ de quo iudiciũ cõparatum ſit. de Inuent.
Idcirco illa ſortitio comparata eſt, ne &c. pro Clu.
Bene maiores noſtri hoc comparauerunt, vt neminem regem, quem armis cepiſſent, vita priuarent. Ad Her.
More maiorum comparatum. pro S. R.
Præclarè legibus comparatum eſt, vt &c. At.
Itaque maiores noſtri raro id accidere voluerũt, prætores, vt conſideratè fieret, comparauerunt. pro Qu.
Ius à maioribus noſtris ita comparatum eſt, vt ciuis Rom. libertatem nemo amittat inuitus. pro Dom.
Iam hoc quoque propè iniquiſſimè comparatum eſt, quod. pro Clu.
Si ita natura comparatum eſſet, vt ea dormientes agerent, quæ ſomniarent. de D.
O mira, præclara, atque diuinitus iam à principio Rom. nominis à maioribus noſtris ratio comparata, ne quis &c. pro Cor.
Ita ratio comparata eſt vitæ naturæque noſtræ, vt alia æquitas oriatur ex alia. de Am.
Genus ἐπιδεικτικὸν, quod quaſi ad inſpiciendum delectionis cauſa comparatum eſt. Or.

Compello. Verbum hoc prorſus à noſtris ignoratur: pro eo enim dicunt nomine proprio, aut nominatim aliquem nominare. Cic. verò Compello, vt Appello.

Mimus quidam Accium poëtam compellauit in ſcena: cum eo Accius iniuriarum agit: hic nihil aliud defēdit, niſi licere nominari eum, cuius nomine ſcripta dentur agenda. ad Her.

Neque ſolum id dixit, ſed quos ei commodum fuit, compellauit. Poſtquam.

Nominatim alij compellabantur, alij citabantur, alij relegabantur. Poſtquam.

Exinde compellare pater me voce videtur his verbis. de D.

Quare da te in ſermonem, & perfice, & confice, excita, compella, loquere. At.

Compatior, Barbarum eſt Latinè commoueor, miſericordia moueor, Compaſſio, miſericordia, de quibus alio loco plura.

Compenſo. Hoc verbo veteres Latini ſignificarunt, quod recentes verbo ſarcio, aut reſarcio: dixeruntque non ſolum compenſare aliquid aliqua re, ſed etiam cum aliqua re.

Certiſque operis & officijs erit, quod violatum eſt, compenſandum. Off.

Veſtra in me attentè audiendo benignitas prouexit orationem meam: ſed hoc compenſabo breuitate eius orationis, quæ &c. pro Dom.

Ij tamen hoc vitium compenſant, vel facultate vel copia. Or.

Vix vllo ocio compenſandam hanc Reipub. turpitudinem. Att.

Summi labores noſtri magna compenſati gloria, mitigantur. de Or.

Maſſilienſes Gallicorū bellorum pericula pop. Rom. copijs remiſſiſque compenſarunt. pro Fon.

Damna in ſtipendijs ab iſto diſſoluta, & compenſata ætatis fructu. I. V. (pro Clu.

Atque hæc omnia honoris commodis compenſantur.

Pauci-

Paucitatē pedū grauitatis ſuæ tarditate cōpenſat. Or.
Sed ſit offenſus, nónne compenſabit cum vno verſiculo tot mea volumina laudum ſuarum? I. P.
Compenſabatur tamen cum his omnibus animi lætitia, quam capiebam. de Fin.
Compenſabatur cum ſummis doloribis lętitia. Ibid.
Et cum maximis curis & laboribus compenſare eam, quam ex diſcendo capiant voluptatem. de Fin.
Neque vlla re alia, quę à vobis conſequuntur, niſi opera ſua compenſari poſſe putant. pro Mur.
Si facta compenſanda ſunt, conferamus æquitatem. Antequam. (pro Fla.
Catonis eſt dictum, Pedibus compenſari pecuniam.
Comperendinare, & Comperendinari reum: de quibus dixerunt Latini, ex his Budęi verbis ſatis intelligitur, qui ſic inquit: Comperendinati rei dici poſſunt in cauſis criminalibus, quos curia dimiſſos fide ſua eſſe voluit, hoc eſt, quos ſuæ ipſorum cuſtodiæ commiſit, vt aut vrbem carceris loco iuſti habeāt, aut priuatam aliquam domum: vt ſit interdum ex perſonarum dignitate, & genere cauſarum. Comperendinati autem ideo dici poſſunt, quia non planè abſoluti ſunt: ſed veluti vadimonio quodam obſtricti, vel quia nondum comperta ſatis crimina, vel quia nondum innocentes ſe approbauerunt. Cicero Ver. Videte hominis amentiam. Poſtquam eſt comperendinatus, quum iam pro dānato, mortuoque eſſet, ludis Circenſibus manè apud Sicenam virum primarium, quum eſſet triclinia ſtrata, argentumque expoſitum, contemplari vnum quodque otioſe, & cōſiderare cœpit. Mirari ſtultitiam alij, alij amentiam: cui comperēdinato, quum tam multi teſtes dixiſſent, quicquam illorum veniret in mentem. Comperendinatum Verrem, id eſt, qui in ſecundam actionem impetrauerat iudicium differri: Cicero damnatum inuidioſè appellat, propter ingentia crimina, teſtimoniaque prementia, & pręiudicia ab ipſo multis rebus de ſe facta: vtpote, qui accuſatus repetundarum, quòd Siciliam

prouinciam argenteis vaſis, cælatíſque ſpoliaſſet, tamen temperare ſibi apud Siſennam nequiuiſſet: quin cupiditatem illam præ nimiam cælatæ ſupellectilis ingenitam ſibi proderet. Hactenus Budæus.
Complector. Animo, cogitatione aliquid complecti, vt Comprehendere, nobis non ita vſitatum, vt Romanis olim.
Cum complector animo, quatuor cauſas reperio, &c. de Sen.
Nec enim minus noſtra ſunt quæ complectimur animo, quàm quæ oculis intuemur. Ep.
Complexus igitur ſum cogitatione te abſentem.
Omne cælum, & totam terram mente complecti. de Fin.
Animo rei alicuius magnitudinem complecti. de Or.
Quod cogitatione tantum & mente cõplecti imur. Or.
Te rogo, vt quæ ſucceſſori amiciſſimo commodare poteſt is qui prouinciam tradit, ea pro noſtra conſtantiſſima voluntate erga te, cura ac diligentia complectare. Ep.
Complecti aliquem, pro amare, aut quod Flandricè dicitur, Lief hebben, Galli, *Aymer*.
Cùm Oppius me hortaretur, vt adoleſcentem totámque cauſam, manúmque veteranorum complecterer. At.
Rogo te, vt hunc adoleſcentem humanitate tua comprehendas, id eſt, complectaris. Ep.
Frater eius mecum eſt multum: quare vt inſtituiſti, complectere adoleſcentem. Qu. Fr.
De ipſo Tito Annio tantum tibi polliceor, te maiore beneuolentia erga te, ſi complecti hominem volueris, habiturum eſſe neminem.
Veterem ex tuis litteris libenter complexus ſum. At.
Quare da te homini: complectetur, mihi crede.
Multos eſt hic ordo complexus honoribus & beneficijs ſuis. de Pro.
Complecti aliquem beneficio. pro Planc.
Complecti aliquem beneuolentia. pro Mur.
Eodem modo *Comprehendo* quoque vſurpatur: v,
Com-

Comprehendere multos amicitia. pro Cœl.

Vehementer mihi gratum feceris, ſi hunc adoleſcentem humanitate tua comprehenderis. Ep.

Is omnibus officijs, per ſe & per patrem, totam Attinatem præfecturam comprehendit. pro Planc.

Comprimere, aut compreſſum frumentum, librum, dixerunt Latini, Barbari verò, apud ſe tenere, Intertenere frumentum. Sed ſic Latinè loquamur.

Omnis improborum vis diu collecta & inueterata, compreſſo odio atque tacito iam erumpebat in actum. pro Dom.

Clauſum & compreſſum frumentum poſſidere. in V.

Græci & ciues Romani, qui frumentum compreſſerant, magnum numerum pollicentur. A.

Orationem illam ita compreſſeram, vt nũquam emanaturam putarem. At.

Compromiſſum. Eorum eſt, qui arbitro iudicium litis alicuius concedunt, pariturósque ſe ſententiæ & arbitrio eius promittunt.

Quod iudicium ſecundum Heraclium de compromiſſis factum eſt. I. V.

Pœnis compromiſſisque interpoſitis. ibidem.

Sed à magiſtris cum cõtenderem de proferendo die, probauerunt mihi ſeſe, quò minus id facerent, & compromiſſo & iureiurando impediri. Ep.

Quæro abs te, quid ita de hac pecunia, de tuarum tabularum fide compromiſſum feceris, arbitrum ſumpſeris, quanto æquius & melius ſit dari repromittíque, ſi peteres? pro Q. R.

Compromitto. Compromiſſum facio. Tribunitij candidati cõpromiſerunt H.S CCCC. in ſingulos apud Catonem depoſitis petere eius arbitratu. Qu. Fr.

Concedo. Concedere de iure ſuo aliquid, Latini dixerunt, cum ſignificare voluerunt, Alicui aliquid condonare de eo in quo ius haberet.

Multa multis de ſuo iure concedere. Off.

Concedere, pro cedere: nos nõ vtimur, vt Latini olim.

Vt vix Appronio illud de familiaritate concedere videatur. I. V.

Vt magnitudini medicinæ magnitudo doloris concederet. Tuſc.
Etſi de cupiditate nemini concedam. At.
Non concedo tibi in deſperatione.
Concernere aliquid, aliquam rem, Barbarum eſt. Latinè Pertinere ad aliquid.
Concido ſæpe transfertur à Cicerone, & eleganter ad ſimilia: vt,
Cum omnem auctoritatem ſenatus in conſpectu populi Rom. concideres. de Or.
Vos decretis veſtris Antonium concidiſtis. I. A.
Antonius nondum erat veſtris tam grauiſſimis, tamque multis iudicijs, ignominijs conciſus.
Vatinium arbitratu noſtro concidimus. Q. F.
Hæc autem vniuerſa concidunt etiam minutius. Aca.
Concilio: Imperitis hic admonendi ſunt, ne dicant, Conciliare aliquem cum aliquo: ſed inter ſe, vel alicui conciliare. Sic enim Cicero locutus eſt.
Oratio conciliat inter ſe homines, coniungitque naturali quadam ſocietate. Off.
Feras inter ſe partus atque educatio, & natura ipſa conciliat. pro S. R.
Illud non dubito, quin ſi te mea ſumma erga te ſtudia parum mihi adiunxerunt, Reſpub. nos inter nos conciliatura, coniunctura que ſit. Ep.
Simulatque natum ſit animal, ipſum ſibi conciliari & commendari ad ſe conſeruandum. de Fin.
Nec Pompeij gratiam mihi per hanc cauſam conciliari puto. pro Pom.
Si quis deus veſtram mihi beneuolentiam ad audiendum conciliaret. pro Clu.
Concio Latinè idem valet, quod Græcè ἐκκλησία. Itaque templum ipſum non rectè Eccleſias vocamus: ſed quæ eccleſiæ ſunt, Latinè conciones appellari debent:
Libri Protagoræ in concione combuſti. de Nat.
Quid aliud fuit, in quo concio rideret, niſi illa vultus & vocis imitatio? de Or.
Conſul aduocat concionem, habet orationem talem, qualem,
Digitized by Google

qualem, &c. pro Seſt.
Aduocare concionem donandi cauſa. I V.
Concio quæ ex imperitiſſimis conſtat. de Am.
Clamor concionis. de Fin.
Ex hac ego lege ſecunda concionis voluntate omnia illa tollebam. At. (pro Flac.
Nullam maiores noſtri vim concionis eſſe voluerũt.
Græcorum tota reſpu. ſedentis concionis temeritate adminiſtratur. ibidem.
Iſta labes, ea facit conciones, ea miſcet, ea turbat. At.
C*oncipio*, ad ea ſæpe transfert Cicero, quę animi ſunt, quibus aliquid concipimus.
Si liberûm conceptam dulcedinem animo incluſam continetis. Antequam. (quam.
Odium in aliquem conceptũ iam diu continere. Poſt-
Veruntamen nocturnis vigilijs iudicium illud conceptum ac meditatum eſt. Ar.
Qui in republica violanda fraudes inexpiabiles concepiſſent. Tuſ.
Ita neceſſe fuit, aut hęc flagitia animo cõciperet. de N.
Concipere furorem ex maleficio. I. V.
Concipere vitium. de L.
Concipere magnam voluptatem auribus. in V.
Voluptas animo concepta atque comprehenſa. de F.
Principiò quaſi adumbratas quaſdam intelligentias animo ac mente concepimus. de L.
Diſcordia, ira acerbior intimo odio & corde concepta. Tuſc. (neret.
Cum iam in præcordijs conceptam mortem conti-
Concipere verbis, aut concipere, eſt contra verba præſcribere, in quæ aliquis iurat, aut aliquid promittit.
Quod ita iuratum eſt, vt mens conciperet fieri oportere, id obſeruandum eſt. Off.
Concipere vadimonium. Q. Fr.
Inde, Conceptis verbis iurare.
Africanus cum eſſet Cenſor, & in equitum cenſu C. Licinius ſacerdòs prodijſſet, clara voce dixit, ſe ſcite, illum verbis conceptis peieraſſe. pro Clu.
Concretus. Vim huius vocabuli vulgus phyſicorum

non nouit: idcirco compono & compoſitum eſſe, pro, Concretum eſſe vſurpat. Non enim ea quæ conflata ſunt ex varijs naturis, & cōmixta in vnum corpus, Cōpoſita à Cicerone dicuntur, ſed concreta. Vt corpora cōcreta ſunt ex elementis, non compoſita: de quo in differentijs plura. Hoc loco tantū ſic loqui, cùm commixtionem ſignificare volumus, à Cicerone diſcamus.

Nihil eſt in animis mixtum, atque concretum, aut quod ex terra natū atque fictum eſſe videatur. Tuſ.

Quoniam nihil ſit animis admixtum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatum, nihil duplex. Tuſ.

Quid enim obſecro te, terráne tibi, aut hoc nebuloſo, & caliginoſo cælo, aut ſata, aut concreta videtur tanta vis memoriæ?

Nam nunc quidem foramina illa, quæ patent ad animum à corpore, &c. tamen terrenis concretíſque corporibus ſunt interſepta quodammodo.

Neceſſe eſt vt animi ferantur ad cœlum, & ab his perrumpatur & diuidatur craſſus hic & concretus aër, qui eſt terræ proximus. Tuſc.

Aër purus ac tenuis, cælum craſſum atque concretū.

Pingue & concretum eſſe cælum. de D. (de N.

Species deorum quę nihil habeat concreti, nihil ſolidi, nihil expreſſi, nihil eminentis. de N.

Deus omne quod erat concretum & corporeum ſubſternebat animo. de Vn.

Aër fuſus & extenuatus in ſublime fertur, concretus autem in nubem cogitur. de N.

Initia vnde omnia orta, generata, concreta ſunt. Tuſ.

Nam ſanguinem, bilem, pituitam, &c. videor poſſe dicere vnde concreta, & quando facta ſint. Tuſ.

Corpus concretum ex elementis. de N.

Etenim aut ſimplex eſt natura animantis, &c. aut concretum ex pluribus naturis, &c.

Cū clarā ſpeciem cōcreto lumine luna abdidit. de D.

Animal ex nefarijs ſtupris, ex ciuili cruore, ex omniū impunitate concretum. I. P.

Concur-

Concurro. Sunt quædam & huius verbi locutiones noſtris hominibus ignotiores: vt,
Res contrarias concurrere. de Fin.
Alicuius rei ſigna concurrere. ad Her.
Nomina concurrere. At.
Sæpè concurrit, vt eodem tempore multa mihi agenda ſint. pro Plan.
Quę vt concurrant omnia, optabile eſt. Off.
Nemo ſomnijs crederet, niſi iſta caſu nonnunquam fortè temerè concurrerent. de D.
Coincidere vulgus dicit, quod Latinum non eſt.
Concurſo. Neque huius verbi vſus Latinæ linguę ſtudioſis ſatis notus eſt. Sic enim Cicero eſt locutus.
Concurſare abſolutè, aut Concurſare locum aliquem.
Vt noſtras villas obire, & mecum ſimul lecticula concurſare poſſis. E.
Qui armati noctes diéſque concurſabant. pro S.R.
Concurſabant barbatuli iuuenes. At.
Prætores concurſare. in V.
Obire prouinciam & concurſare. in V.
Domos ferè omnium concurſare. pro Mur.
Deos immortales: concurſare omnium mortalium nō modò lectos, verum etiam grabatos. de D.
Sic & *Concurſatio*, vt,
Libonis & Hypſęi nō obſcura cōcurſatio & cōtentio. Ep.
Laboribus & concurſationibus confectum eſſe. Ep.
Imperiti dicunt *Diſcurrere*, aut *Curſitare*, illud enim nuſquam apud claros auctores in ea ſignificatione inuenietur: hoc autem Terentius eodem modo eſt vſus, cum dixit, Ne ſurſum deorſum curſites: quod idem eſt quod cōcurſare: vulgari lingua reddimus idem per, Loopen hervverts, dervverts. Galli, *courir deçà delà*, Barbari diſcurrere, aut curſitare per totam regionem; Concurſare verò Latini.
Condico. Ignorantia huius verbi plurima alia, quibus tamen ſententiam non aſſequimur, ad quotidianum ſermonem adhibemus. Sic Cicero.
Craſſus cum mihi condixiſſet, cœnauit apud me in mei generi Craſſipedis hortis. Ep.

Vulgò, promittere ſe venturum ad cœnam.
Condio. Huius verbi vſus planè obſcuratus eſt: idcirco reuocandus. Is enim hic eſt: Condire herbas, cibos.
Nam dum volunt iſti lauti terra nata, quæ lege excepta ſunt in honorem adducere, fungos, heluellas, herbas, omnes ita condiunt, vt nihil poſſit eſſe ſuauius. Ep.
Perſpicuum eſt enim, quò compoſitiones vnguentorum, ciborum conditiones, quò lenocinia corporum proceſſerint. de N.
Cibos Condire, Latinis eſt in hac ſententia, quod vulgus dicit, Saporem addere cibis. Aromata addere aut commiſcere cibis. Aromatizare dicunt pharmacopolæ. Quod latinis tam vſitatum eſt, vt etiam tranſtulerint ad alia.
Labor in venatu, ſudor, curſus ab Eurota, ſitis, fames: his enim rebus Lacedæmoniornm epulę condiuntur. Tuſ.
Quare non erunt illa quidem meliora, ſed certè condita iucundius. pro Mur.
Omnino duo ſunt, quæ condiant orationem, verborum, numerorumque iucunditas. Or.
Vitia quæ à natura habet, artificio quodam malitiæ condiuit. pro Clu.
Contentiones Oratoris, aſperitatem condiri ipſius humanitate. de Or.
Hilaritate triſtitiam temporum condire. Att.
Conditus, Conditor, in eadem ſententia. Sic ignotæ ſunt locutiones, quæ ſignificant aliquid ſale aut aromatis conſeruare.
Cibi etiam varietas inuenitur, & copia: nam & agri multa ferunt manu quæſita, quę vel ſtatim conſumantur, vel mandentur condita vetuſtati. de N.
Perſæ mortuos cera circumlitos condiunt. Tuſ.
Conditio. Vulgus imperitum vſurpat hoc vocabulum loco aut munere, dicit enim, cum locum petit, aut munus aliquod, Conditionem ſe petere, pro non habere conditionem. Mala aut bona conditio. In qua ſententia apud nullos Latinos veteres in-

res inuenitur: ſed pro eo dixerunt, locum aut munus petere, aut habere, &c.

Condo. Sunt & huius verbi quędam reconditæ locutiones, quarum vſus, quòd vulgò ignoretur, eſt inculcandus: vt,

Fructus, frumentum condere.

Serere, percipere, & condere fructus. de Sen.

Scientia condendi ac reponendi fructus. de M.

Vt eſſet locus comparandis condendiſque fructibus. contra Rul.

Neque homines murium ac formicarum cauſa frumentum condunt. de N.

Sic, Pecuniam condere. pro Clu. pro Rul. ſignificat id quod Flandris eſt, Ninder ſich legen, Gallis, *ſerrer*. Vulgò frumentum, aut fructus ad ſeruandum reponere, de pecunia dicunt, Theſaurizare.

Condoleo. Obſeruandum hic eſt, non ſignificari hoc verbo, Commoueri dolore, aut affici alicuius caſu: vulgus tamen ſic loquitur, Condoleo tibi, condolere miſeris: quod Vernaculum potius eſt, quàm Latinum, dicunt enim Flandri Medelyden hebben met iemant. Galli, *ie ſuis auſſi faſché de voſtre mal que vous*. Latini verò, Commoueri dolore, miſericordia, triſtitia, &c. Condoleo enim nihil aliud ſignificat quàm Doleo. Sic enim Cicero ſemper eſt vſus. Condoluit mihi latus, pes, dens, &c. & nulla in alia ſignificatione.

Conduco. Vna huius verbi forma eſt loquendi, tam noſtris temporibus obſcurata, quàm nota illis priſcis Romanis, vtebantur enim illi hoc verbo, cum ſignificare vellent, aliquem redemiſſe opus, quod certa pecunia, de qua conuenerat, perficeret. Nam per redimere idem quoque ſignificarunt: locabat verò is, à quo conducebant.

Redemptorem aliquid conducere faciendum.

Redemptorem, qui columnam illam de Cotta & de Torquato conduxerat faciendam. de D.

Sic *Conductor*: vt,

Is reſpondit, ſe eius operis H. S. CCCVI. conductorem

ductorem fuiſſe. At.

Imperiti dicunt, Opus aliquod faciendum acceptare, aut ſuſcipere : quod ſermoni vulgari ſimile eſt: ſic enim loquitur. Een werck aennemen, aenveerden. Galli, *Entreprendre de faire quelque choſe.*

Confero. In primis obſeruandum eſt, hoc verbum non inueniri apud Ciceronem in ea ſententia, in qua nunc plerumque ab imperitis vſurpatur. Cùm ſignificare volunt, aliquid vna adferre, quod Flãdricè per Met hem brenghen dicitur, Gallicè, *apporter auec ſoy*, hoc verbum adhibere ſolent: vt, Conferre librum, veſtem, aut aliquid ſecũ: in qua conſtructione nunquam Latini illi puriores ſunt vſi.

Cùm enim hoc exprimere vellent, dicebant, Vnà adferre, Secum ferre, Vnà ferre &c.

Sunt & aliæ quædam huius verbi locutiones, quas aut ignorat, aut abutitur vulgus: vt,

Conferre culpam, crimen, aut aliquid in aliquem.

In me conferre omnem temporum illorum culpã. At.

Falsò aliquid conferre in aliquem. pro Mil. E.

Multa in Plancium, quæ nunquam dicta ſunt, conferuntur. pro Planc.

Cum in filium cauſam conferret. At.

Conferre inuidiam mortis in aliquem. pro Flac.

Conferre crimen in aduerſarium. de Or.

Scitum eſt enim, cauſam conferre in tempus. de Or.

Omnibus penè in ore pro his Latinis eſt, reijcere culpam, crimen, aut aliquid in aliquem: Quod non memini me neque apud Ciceronem, neque apud vllos idoneos auctores legere.

In fugam ſe conferre. pro Cæc. fugere.

Aliquo ſe conferre. de Or. Ep. proficiſci.

Iter aliquo conferre. Ep.

Iter aliquo verſus conferre. At. Vulgo vertere aut conuertere ſe aliò, Viam ſuam vertere aliò.

Tempus omne conferre alicui. pro Pom.

Quod alij quoque per impendere dixerunt, ſic Conferre curam, diligentiam in, aut ad aliquam rem.

Omnes curas & cogitationes in rẽpubl. conferre. Off.

In va-

In valetudinem ſuam diligentiam conferre. E.
Plurimum operæ, ſtudij, diligentiæ, laboris ad conficiendum aliquid conferre. Att.
Curas conferre ad dignitatem alicuius. E.
Omnem meam curam atque operam ad philoſophiam conferre. E.
Vt omne noſtrum conſilium, ſtudium, officium, operam, laborem, diligentiam, ad amplitudinem tuam conferamus. E.
Omne ſtudium atque ingenium contulit Archias ad pop. Rom. gloriā laudemque celebrandā. pro Arc.
Impendere operam, ſtudium, diligentiam, curam in aliquam rem, aut alicui rei, poſteri dixerunt: Cicero verò Conferre, vt exempla oſtendunt.
Conferre beneficia, officia, beneuolentiam, & ſimilia in, aut erga aliquem.
Beneuolentia, quam erga me à pueritia contuliſti. E.
Voluntatem aliquam in aliquem conferre. Ep.
Officia in aliquem conferre. Off.
Beneficium in aliquem. ibidem.
Et hoc quoque per Impendo dixerunt. Impendere beneficia, officia in aliquem. Cicero, Conferre.
Conferre ferrum, manus, ſigna cum aliquo.
Galli cum M. Fonteio ferrum ac manus contulerunt. pro Font.
Conferre ſigna cum hoſtibus. in P.
Caſtra caſtris collata in Theſſalia audiebamus. de D.
Conferre pedem. Planc.
Idem quod Congredi, Pugnare, Prælium facere.
Conferre capita.
Conferrent viri boni capita: de comeſſatione loquerentur inter ſe. in Ver.
Indocti dicunt, Capita ſimul trudere. Capita coniungere. Sic enim vulgo loquimur. Te gaer ſpreken, confereren. Galli, *par ler teſte à teſte, communiquer.*
Conficio. Propria ſignificatio huius verbi plurimis nūc ignota eſſe videtur. Quis enim ex vulgo vtitur hoc verbo pro efficio, aut facio? Cum veteribus illis, præſertim Ciceroni, nihil fuerit vſitatius.

Veſtem aliquam conficere. in Ver.
Annulum, pallium, ſoccos conficere. de Or.
Sunt aliæ cauſæ, quæ ipſæ conficiunt, aliæ quæ vim aliquam ad conficiendum afferunt. Part.
Sic & alijs permultis attribuitur. Exclamatio conficit ſignificationem doloris. ad Her.
Leuis appellatio litterarum benè loquendi famam confecerat. de Cla.
Cùm in ſpem venero, de compoſitione aliquid me conficere, ſtatim te certiorem faciam. At.
Vno capite quo reuocabor, modò res cõficiatur, ero contentus. At.
Sententijs decem & ſex abſolutio confici poterat.
Facinus aliquod conficere per aliquem. pro S. R.
Conficere munus ſuſceptum. de Or.
Bellum aliquod conficere. E. pro Pom.
Negotium aliquod. Att.
Mandata exequi & conficere. in A.
Sol curſus annuos conficit. de N.
Sermonem aliquem conficere. de Or.
Longam viam conficere. de Sen.
Motus animorum conficere. de Sen.
Duæ partes cauſæ ſunt confectę. pro Qu. R.
Et ex illis aliquæ, & quæ ſequuntur, pro, perficio vſurpantur.
Nondum ſatis. Adde, nec ea, &c. confectum eſt. Top.
Pro Concludere. Ex quo conficitur, vt ſi, &c. de In.
Aut ita, vt id ſolum, quod conficitur, inferatur. de In.
Significatur quoque hoc verbo, quod Flandricè dicimus per Ten eynde brenghen, afcommen, Gallicè, *arreſter, conclure, paracheuer*, vt,
Idémque tu plurimum operæ, ſtudij, diligentiæ, laboris ad conficiendum reditum meum contuliſti. At.
Reditum, ſi me tantum amas, quãtum certè amas, hominibus confice. Ep.
Exercitum conficere. pro Pom. At.
Bibliothecam conficere. At.
Pecuniam conficere. contra Rul. pro Flac. pro Syl.
Flandricè, Hem aen ghelt helpen, Gallicè *luy faire trouuer*

trouuer argent, Indocti, efficere vt pecuniam, acquirat, Acquirere, Inuenire pecuniam.
Conficere cum aliquo. Idem quod Tranſigere cum aliquo.
Cum hæredibus confeciſſem. E.
Tu cum Appellachio confice de columnis. At.
De Acutiliano negotio quod mihi mandaras, confeci. At.
Te ſpero cum Publio confeciſſe. At.
Cum adiungitur tempori ſignificat, quod imperitiores dicunt per Finire, Explere. vt,
Sic enim annuum tempus conficitur. At.
Cùm tu hæc leges, ego iam annuum munus confecero. Epiſt.
Iſocrates prope centum confecit annos. Or.
Qui rectè curriculum vitæ à natura datum confecerit. de Vn. (Tuſ.
Cum ſexaginta annos confecerit, reliquos dormiat.
Hortenſius tamen hunc curſum confecit. de Or.
Eleganter vſi ſunt quoque veteres hoc verbo, pro conſumere.
Vetuſtas omnia conficit ac conſumit. pro Mar.
Meus me mœror quotidianus lacerat & conficit. At.
Confici mœrore, dolore, pudore. E.
Corpus noſtrum tenuiſſima ſæpe de cauſa conficitur. de Ar.
Illa valetudine magis conficere ſe, quam me tueri poſset in caſtris. E.
Fame & frigore confici. Off.
Deſiderio confici. Or.
Curis confici. Ep.
Sollicitudo me conficit. At.
Cruciatu ſummorum dolorum confectus. At.
Senio confectum eſſe. pro Mil.
Senectute confectum eſſe. in P.
Significant quod vulgus dicit per ferè mortuum eſſe frigore, fame, mœrore, &c. Conficere aliquid, pro, Deuorare, & conſumere, occidere, affligere.
Plures iam pauones confeci, quàm tu pullos columbinos.

lumbinos. E.

Qui ſuam rem non minùs ſtrenuè, quàm poſtea publicam confeciſſet, egeſtatem, & luxuriam domeſtico lenocinio ſuſtentauit. Poſt.

Hæc ſica nuper, vt ſcitis, me ad regiam penè confecit. pro Mil.

Licinius hoſtes conſecutus eſt, & confecit. de In.

Ibes maximam vim ſerpentum conficiunt. de N.

Confectus vulneribus. Poſt.

Haud poteſt grauioribus à me verbis vulnerari, quàm eſt ſtatim in facto ipſo à Pub. Seruilio cõfectus & trucidatus. de Ar.

Conficere cibum. Dentes aduerſi acuti diuidunt eſcas, intimi autem conficiunt. de N. Id eſt, mandendo terunt. Macher, knavven.

Confido. Cum ad Fido ſignificatione accedat, ſatis notum eſt: ſed cũ ablatiuo coniunctum, vulgo non eſt valde vſitatũ. Sic enim veteres Latini loquebantur.

Niti & magnopere confidere aliqua re. pro Cl.

Illum, quo antea confidebant, metuunt. At.

Vrbe aliqua confidere. E.

Nimis confidere. Off.

Lingua vernacula hoc modo reddimus propriè hæc per, Te ſeer betrouvven, ſtoutelick ſpreken, inde, Confidenter loqui, Gallicè, *parler audacieuſement.*

Confirmo. Sunt & quædam huius verbi locutiones apud veteres, quæ nunc vulgo ignorantur, prçſertim illę, quibus ſignificabã, Affirmare, aſſerere: vt,

Hoc mihi nõ modo cõfirmauit, ſed etiã perſuaſit. At.

Qualis, vt arbitror, nemo vnquam erit: & vt confirmare poſſum, certè nonquam fuit. de Am.

Hoc verò fieri planè non potuiſſe, confirmo. de Or.

Ego tibi confirmo, eam &c. pro Pom.

Memini me ex multis audire, te de glorioſo & celeri reditu meo confirmare. E.

Omni hoc vobis ratione confirmare poſſum, me &c. contra. Rul.

Difficile eſt hoc de omnibus confirmare. pro Arch.

De me tibi ſic promitto atque cõfirmo, me &c. Epiſt.

Nos

Nos potius dicere ſolemus, certò aliquid dicere, aut affirmare:quod tamen Latinum eſt.

Conflo. Reſtituendus quoque eſt vſus huius verbi, quòd prorſus nunc à multis negligitur. Significamus verò hac voce ea, quę ex pluribus quaſi vnum efficiuntur: vt,

Mare terram littoribus ſic claudit, vt vna ex duabus naturis conflata videatur. de N.

Ex his duabus diuerſis ſicuti familijs vnum quoddam eſt conflatum genus è poſterioribus. de In.

Quibus ex rebus conflatur, & efficitur id, quod quærimus honeſtum. Off. (tus. pro Syl.

Exercitus perditorum clandeſtino ſcelere confla-

Ex perditis conflata improborum manus. in C.

Rem aliquam conflare, iudicium aliquod. pro S. R.

Venus totam illam accuſationem, iudiciumque conflauit. in Ver.

Faciam vt intelligatis in tota illa cauſa, quid res ipſa tulerit, quid error affinxerit, quid inuidia conflarit. pro Clu. (Clu.

Hoc totum à matre conflatum eſt, & perfectum. pro

Bellum quod natum, conflatũ eſt, & perfectum. in A.

Vnde hoc totum ductum & cõflatum mendaciũ. pro Qu. R. (flatam. pro Clu.

Summam alicui inuidiam atque infamiam eſſe con-

Conflare alicui inuidiam ex aliqua re. pro Cæl.

Domi pleraque eius conflata ſunt. pro Syl.

Seditionem conflare. Off.

Suſpicionem alicui conflare. ad Her.

Crimen conflare. Part.

Periculum aliqua re conflare. pro Syl.

Tumultum gladiatorum conflare. ibidem.

Negotium alicui conflare. in Ver.

Iniuria nouo ſcelere conflata. pro S. R.

Pecuniam conflare. pro Seſt.

Clodius nefarias cum multis ſcelerum pactiones ſocietatéſque conflauit. de Ar.

Congruo, cum datiuo vel ablatiuo, idem quod conuenio, aptus ſum, congruens, conueniens. Quod notare

tare volui, ne cum imperitis Congruum diceremus, nam neque Cicero, neque ante, aut poſt tempora Ciceronis hoc verbo veri Latini ſunt vſi. Nunc vero vulgus dicit, Orationem cõgruam eſſe, pro Latinam eſſe: cum neque Congruens oratio, in ea ſententia Latinum ſit, nam Cõgnuo & congruẽs, rem, cum qua conferuntur, adiunctam habent.

Conijcio, habet & pręter communem ſignificationem quaſdam locutiones, quę vulgarem conſuetudinem loquendi fugiunt. Eæ enim ſunt:

Conijcere ſe, pro abſcondere. pro Plan.

Sub ſcalas tabernæ librariæ ſe coniecit. in Ant.

Appius in vltimam prouinciam ſe coniecit, Tarſum vſque. At.

Sin ſe in intimum conijcere vellent, non ſatis commodè calceati & veſtiti id facere poſſent. pro Cæl.

In Epicuri nos aduerſarij noſtri caſtra cõiecimus. E.

In latebram aliquam ſe conijcere. de D.

Sic in carcerem, vincula, eculeum, arcas, &c. Sic alia pleraque ſunt, non ita nobis nota, vt olim Latinis.

Maledicta in aliquem conijcere. Orationem aliquam improbè in viros clariſſimos coniectam eſſe. pro Seſt.

O præclare coniectum à vulgo in illam prouinciam omen communis famæ atque ſermonis. in V.

Hæc omnia crimina à multitudine in tuam nimiam diligentiam ſerui coniecta ſunt. pro Mur.

Conferre, ante idem ſignificare demonſtratum eſt: vulgus dicit, Scõmata in aliquem iacere, aut dicere.

Conijcere ſe in fugam. pro Cæl.

Dare ſe in fugam, Fugere.

Libellus qu[illegible] epiſtolam coniectus eſt. At.

Itaque id proœmium conieci in eum librum, quem ad te miſi. At.

Quam legem ijſdem propè verbis noſtri viri in decimam tabulam coniecerunt. de D.

Per referri hæc etiam dici poſſunt. Sic quoque & hęc quæ ſequuntur.

Conijcere cauſam in locos. pro Plan.

Ego

Digitized by Google

Ego vero illa ipſa ludens conieci in locos communes. Parad.

Coniungo. Quæ & hoc verbo fiunt loquendi formæ, noſtris hominibus obſcuriores ſunt, quòd vulgari ſermone non eodem modo exprimamus. Amicitiam coniungere, neceſſitudinem, hoſpitium cum aliquo. pro Clu. in Ver. pro Deiot. Pro Contrahere, Conciliare.

Bellum coniungere reges potentiſſimos. pro Pom.

Eſt ad bellum aliquod ſuſcipiendum omnes opes conferre.

Coniunctè. Dialectici obſeruent, Coniunctè dici aliquid id eſſe, cui contrarium eſt, ſimpliciter dici.

Si ſimpliciter dictum ſit, ſuſcipiunt Dialectici vt iudicent, verum ne ſit, an falſum, & ſi coniunctè ſit elatum, & adiuncta ſint alia: iudicent, ne adiuncta ſint. de Or.

Connexum. Connectio, Connexus cummunis ſignificatio ſatis nota eſt: ſed Connexum quid Cicero vocet, vulgus Dialecticorum prorſus ignorat. Idem enim eſt Connexum, quod ὑποθετικὸς συλλογισμὸς, quem Barbari conditionalem ſyllogiſmum dicunt. Sic enim Cicero ait:

Ipſa enim ratio connexi, cum & conceſſeris ſuperius, cogit inferius concedere. Acad.

Quęro enim, ſi Chaldæi ita loquantur, vt negationes infinitarum coniunctionum potius, quàm infinita connexa ponant: cum idem medici: cur geometrę, cur reliqui facere non poſſint? medicus in primis, quod erit ei perſpectum in arte, non ita proponet: Si cui venę ſic mouentur, is habet febrem; ſed potius illo modo, Non & huic venæ ſic mouentur, & febrem is non habet. de Fa. Vide plura. ibid.

Conqueror. Queror & deploro aliquam rem, nota quidem eſt ſignificatio, ſed vſus nõ item, Sic enim Cicero eſt locutus: Conqueri aliquem cum aliquo.

Satis habeas, nihil me etiam tecum de tui fratris iniuria conqueri. E.

Contriſtauit hæc ſententia Balbum Cornelium: & ſcio

ſcio eum conqueſtum eſſe cum Scipione. Ep.
Recentiores, alicui conqueri aliquid, dicunt: ſed cum datiuo latinorum optimi auctores non iunxerunt.
Conquieſco. Pro quieſco ſimplici verbo notius eſt, quàm pro Delectari, & quaſi toto animo quieſcere in aliqua re, vt ſic dicam, vſurpatur: idem enim ſignificat, quod Acquieſco. In ſtudijs cõquieſcere. Ep. At. (adoleſcentia conquieſcat tua. Ep.
Vt ætas noſtra iam ingraueſcens in amore atque in
In amici mutua beneuolẽtia conquieſcere. de Amic.
Habebam, quò confugerem, vbi conquieſcerem; cuius in ſermone & ſuauitate omnes curas doloréſque deponerem. Ep.
Conſcendo. Et ſine adiunctione vocis Nauis ſignificat, In nauem accedere: aut, Ire qua quis vehitur.
Tu velim quam primum conſcendas, ad meque venias. Qu. Fr. (tranſiſſent. At.
Si Cn. benè comitatus conſcendiſſet, & conſules
Quamobrem conſcende nobiſcũ, & quidem ad puppim: vna nauis eſt iam & bonorum omnium. Ep.
Ab eo loco conſcendi, vt tranſmitterem. in A.
Conſcendere nauem. Ep. in Piſ.
Barbari, Ire ad nauem, Ter ſchepe vaeren. Galli, *aller ſur la mer, s'embarquer.*
Conſcientia. Ab indoctis & Barbaris pro mẽte & animo, aut mente nonnunquã Conſcientia dicitur: ſic enim vulgus nunc loquitur, Ego non poſſum bona conſcientia hoc facere, Qua conſcientia hoc facis? Mala conſcientia aliquid facere. Latini verò eandem ſententiam alijs verbis proferebant. Dicebant enim, Bona mente, animo, voluntate aliquid facere. Nam Conſcientia bona, mala, recta, idem propriè ſignificat, quod bonorum, malorum, rectorum factorũ conſcientia. Eſt enim Conſcientia, animi aſſenſio certa & firma, cuius teſtimonio de ijs, quæ aut in mente, aut factis commiſſa ſunt, conuincimur & obſtringimur.
Conſcius cum datiuo, qui quoque genitiuo redditur, paucis certè notum eſt: vt,
Con-

Conſcium eſſe aliquem alicui rei. de Orat. (I.V.
Vides officium agi meum quoddam, cui tu es cõſcius.
Nolo viros primarios eſſe temeritati & mendacio conſcios. pro Cęl.
Huic tanto facinori tua mens liberalis conſcia eſſe non debuit. At.
Ille mihi in priuatis rebus omnibus conſcius eſt.
Conſciſco. Conſciſcere ſibi mortem, quoniam à vulgari conſuetudine alienum eſt, reſtituendum vnà cum cæteris eſſe putaui.
Aratores mortem ſibi ipſi conſciuerunt. in V.
Iunius necem ſibi ipſe conſciuit. de N.
Is mortem ſibi ipſe conſciſſet. pro Clu.
Themiſtocles veneno ſibi mortem conſciuit. de Cla.
Mortem mihi cur cõſciſcerem, cauſa viſa non eſt: cur non optarem, multæ. E.
Aut capiendus tanquam exilio locus: aut conſciſcenda mors voluntaria. ibid. (pendere.
Vulgo ſeipſum ocidere, aut interficere, ſeipſum ſu-
Conſector. Vſus huius verbi communem loquendi rationem prorſus fugit. Multis enim modis à veteribus illis Romanis vſurpabatur: vt,
Conſectari aliquid. Ac ne omnia conſecter, comprehendam breui. Or.
Tardi ingenij eſt, riuulos conſectari, fontes rerum non videre. de Or. (Leg.
Siſenna in hiſtoria puerile quiddam conſectatur. de
E quibus nos id potiſſimum conſectati ſumus, quo Socratem vſum arbitramur. Tuſc.
Vitium, quod nonnulli de induſtria conſectantur. Or.
Amare, conſectari, adipiſci velle aliquid. de Finibus.
Si tam verè homines verba conſectarentur, quàm rem. pro Cæc.
Bonus ciuis non opes aut potentiã cõſectabitur. Off.
Vitioſa conſectari imitando. de Or.
Significant diligenter perſequi, ſequi, affectare.
Debita conſectari.
Ne exiſtimes, qui non debita conſectari ſoleant, quod debeatur remiſſuros. Att. Barbari, Sæpe ab ali-

ab aliquo exigere debitum: Latinè verò dicitur quoque, Sępè monere.
Conſectari aliquem clamoribus,conuitijs,ſibilis. At.
Lingua petulantiſſima conſectari aliquem. in Sal.
Conſentio. Veterum litteris nihil eſt vſitatius: noſtris temporibus quia ignoretur, Concordare potius omnibus eſt in ore.
Litteræ recitatæ in Senatu nequaquam conſentire cum oratione Furnij viſæ ſunt. E.
Motus cùm verbis ſententijsque cōſentientes. de Cl.
Epicurus non conſentit cum Cyrenaicis. Aca.
Alicui aliquid conſentire. Hæc eis, quæ de Fabio ſcribis, valde conſentiunt. At.
Conſero, conſerui, conſertum.
Conſerere manum cum aliquo. pro Font. Att. Tuſ. pro Mur.
Hinc locutio Iureconſultorum: Aliquem ex iure manu conſertum vocare. de Or. pro M. Att. In ius vocare poſſeſſionum cauſa.
Conſigno. Quoniam vſus huius verbi pene interierit, barbara cōſuetudine diuturna pro Latinis ſunt recepta. Sic enim Latinorum optimi ſunt locuti.
Tabulæ maximæ ſignis hominum nobilium conſignantur. pro Quin.
Ratio certa eſt Athenienſium, & publicis & priuatis litteris conſignata. in Ver.
Quæ publicis populi Rom. litteris monumentisque conſignata ſunt. pro Deio.
Priuilegij vim auctoritate honeſtiſſimorum hominum, & publicis litteris conſignauit. Poſt.
Fundi, quos tibi pater publicis commentarijs conſignatos reliquit. de Or.
Barbari dicunt, Sigillare, aut ſi qui emendatius loqui velint, ſubſignare, quod apud Ciceronem in ea ſententia non inuenitur, neque item ſubſcribere.
Conſilium. In hac voce obſeruandum eſt, Conſilium pro Senatorum cœtu, aut iudicum conceſſu à Cicerone ſæpe vſurpari: ne, quod quidam volunt, putemus in ſignificatione ſolum perſcribi.
Senatus

Senatus eſt ſummum populi Rom. populorumque & gentium omnium ac regum conſilium. pro Dom.

Nec verò ſomnia grauiora ſi quæ ad Rempubl. pertinere viſa ſunt, à ſummo conſilio neglecta ſunt. de Diu.

Nulla eſt in hac vrbe ſocietas publicanorum, nullum collegium, nullum conſilium, nullum denique commune conſilium, quod non. pro Dom.

Conſules re audita amplius de conſilij ſententia pronunciauerunt. de Cla.

Veniendúmne ſit in conſilium tyranni, ſi is aliqua de re bona deliberaturus ſit. At.

Aduocare conſilium. in Vat.

Dimittere conſilium. de Leg. de Or.

In iudicio verò, & in eo conſilio, in quo ex cunctis ordinibus ampliſſimi viri iudicarent. pro Mil.

Te & hos, qui tibi in conſilio adſunt, &c. pro Q.

Si apud hos conſilium ex opibus, non ex veritate cauſa pendetur, &c. Ibidem.

Cauſam cognoſcit, & de conſilij ſententia pronunciat. in Ver. (Ver.

Sententia ſine conſilio, damnatio ſine defenſione. in

Cur cum in conſilium iretur, abeſſe patiebantur? cum in conſilium mittebant, Stalenum iudicem non requirebant. pro Clu.

Conſputo. Significat hoc verbo Cicero quod Barbari dicunt in os alicui, aut faciem alicui ſpuere. Clodiani noſtros conſputare cœperunt. Q. Fr.

Conſtituo. Admonendi hic mihi tantum viſi ſunt lectores, Conſtituere ſignificare id, quod imperitum vulgus dicit per Proponere. Sic enim loquitur. Propoſui aliquid facere: quod per Conſtituere propriè dicitur, Conſtituere enim ſignificat Latinis idem, quod nobis Flandricè, Voor hem nemen, gedelibereert ſyn. Gallis *Deliberer.* Proponere vero, vvtgheuen, inuenteren, Gallis, *mettre en auant.* Sed quid interſit, in differentijs oſtendemus.

Conſtituo præterea de tempore, dicitur, de quo conuenit inter aliquos, vt aliquid fiat: vt,

Placuit

Placuit Cęcinnę de amicorum ſententia conſtituere, quo die in rem præſentem veniretur. pro Cæc.
Cęcinna ad conſtitutã diem tempusq; venit. pro Cęc.
Scio pactã & conſtitutam eſſe cũ Manilio diem. in C.
Diem Tyrannioni conſtituemus. At.
Vt conſtitueris te cuipiam aduocatum in rem præſentem eſſe venturum. Off.
Tametſi hac de re puto te conſtitutum, quid facturus ſis, habere. E.
Conſtitui cum hominibus, quo die Meſſanæ mihi prę ſto eſſent. in Ver.
Sicca reſcripſit conſtitutum ſe cum eo habere. At.
Quare ſi quid conſtitutum cum podagra habes, fac in alium diem differas. E.
Actio conſtituta in menſem Ianuarij. cont. Rul.
Aiunt conſtitutum eſſe cum ſeruis, vt venirent ad balneas. pro Cæl.
Sane vellem non conſtituiſſe in Tuſ. me hodie venturum eſſe L. Lælio. de Or.
Ad conſtitutam diem decedere. E.
Concludere, & tempus pręſcribere, quo aliquid fiat, vulgo dicitur.
Conſtituere, ſignificat quoque, quod indoctiores per Ordinare dicunt: vt,
Leges, iura conſtituere. cont. Rul. de In. pro Dom.
Conſtituta reſcindere vel tollere. At.
Supplicium in aliquem. pro S. R. in Ver. Supplicium alicui maleficij conſtituere. pro S. R.
Pœnam alicui conſtituere. pro Cæc.
Optimè factis pœna eſt maxima conſtituta. Qu. Fr.
Pœnam in aliquem conſtituere. pro Dom.
Conditionem aliquam conſtituere. pro Cæc.
Legem aliquam virtuti conſtituere. ibidem.
Actionem alicuius rei conſtituere. ibid.
Accuſatorem conſtituere in Ver.
Iudicium conſtituere. Part.
Actionem hęreditariam conſtituere. in Ver.
Rationum cauſas. pro Mur.
Regem aliquem conſtituere. pro Deiot.

Ciuita-

Ciuitatem. de Cla. (vulgus dicit.
Prouinciam alicui conſtituere. in V. *ordinare*.
Corpus benè conſtitutum alicui eſſe. I. P.
Corporis firma conſtitutio. Off. Barbarè, Bene complexionatum eſſe, bonam complexiam habere.
Bene de rebus domeſticis aliquem conſtitutum eſſe. pro Seſt. Bene inſtructam domum habere.
Conſto. Sunt quædam & huius verbi loquendi formę, indoctioribus ignotæ: vt,
Merita alicuius in aliquem conſtare. Ep.
Officia alicuius in aliquem conſtare. E. (bunt. E.
Mea in te omnia ſumma neceſſitudinis officia cõſta-
Significant conſtanter bene facere alicui.
Conſtare alicui fructum otij ſui. E.
Scire dicunt Barbari, quàm bene otium ſuum impenderit, Rationes poſſe dare otij ſui.
Conſtat inter omnes. de In. in A.
Quaſi hoc perſpicuum ſit, conſterque inter omnes, eſſe Deos. de N. de Orat. Orat. Q. Fra. de Fin. Id eſt, Conſtanter omnes confirmant.
Adhuc quæ dicta ſunt, arbitror, mihi conſtare cum cęteris artis ſcriptoribus. ad Her.
Tota oratio ſibi conſtat, & ex omni parte ſecum ipſa conſentit. de Vn.
Si humanitati tuæ conſtare voles. At.
Si tibi conſtare vis. At.
Parum ſibi conſtare. Off.
Iudices tamen in Oppianico ſibi cõſtare, & ſuperioribus iudicijs conſentire debuerunt. pro Clu.
Conſtare in vitę perpetuitate nobiſmet ipſis, nec in vllo officio claudicare. Off.
Vulgo, In vna ſententia non permanere, ſed de vno in alterum cadere. Sic enim vulgaris ſermo ſonat.
Conſtruo. Cum ad ædificia, naues & ſimilia accommodatur, ſatis notum eſt: ſed nummos & res & copiam conſtruere, non item.
Pecunia conſtructa & coaceruata. contra Rul.
Tanti acerui nummorum apud iſtum cõſtruuntur, vt iam appendantur, non numerentur pecuniæ. in A.

Multæ & magnificæ res conſtructæ & recondi-
tæ. de Or.
Copia ornamentorum vno in loco conſtructa. ibid.
Eſt quod Barbari dicunt, in cumulum colligere, Cu-
mulos magnos facere.
Conſtructio. Obſeruandum eſt, Conſtructionem qui-
dem de tota orationis compoſitione dici, præſer-
tim quæ ornatus cauſa fit: conſecutionem verò de
grammatico ordine, quo caſus & partes conſe-
quuntur certa ratione: vt,
Oratio conformanda eſt non ſolum electione, ſed et-
iam conſtructione verborum. de Or.
Verborum apta, & quaſi rotunda conſtructio. de Cla.
Magna & ornata conſtructio verborum. ad Her.
Compoſitio eſt verborum conſtructio, quæ &c.
ad Her.
Conſecutio in coniunctione verborum ſeruanda eſt,
ne generibus, numeris, temporibus, perſonis, ca-
ſibus perturbetur oratio. Nam vt in ſimplicibus
verbis, quod non eſt Latinum, ſic in coniun-
ctis, quod non eſt conſequens, vituperandum
eſt. Part.
Barbari vocant Regimen orationis. Quod enim La-
tini vocant Conſequi, & Conſequens, illi regere,
& Regens. Sic enim aiunt, Amo regit accuſatiuum:
cum dicendum eſſet, Accuſatiuus conſequitur
Amo, aut iungitur vel coniungitur datiuo.
Conſulo. Admonere hoc loco volui imperitiores, ne
Conſulo tibi, pro Suadeo tibi, aut Autor ſum tibi,
quemadmodum ſolent, deinceps dicant: nam ne-
que Cicero, neque antiquiores ſic ſunt loquuti. Si-
gnificat enim Conſulo tibi, aut rebus, ſaluti, glorię,
&c. tuis, lōgè aliud ac vulgus putet: nimirum, Con-
ſilio, opera, ſtudio alicui, aut rebus alicuius adeſſe,
& iuuare. Nunc verò nihil penè tam tritum eſt,
quàm conſulo tibi, vt abeas. Quid mihi conſules?
Ego hoc tibi conſului. Cum Latini dixerint, Ego ti-
bi ſuadeo. Ego tibi auctor ſum, &c.
Contendo. Quæ huius verbi locutiones ab impe-
ritio-

ritioribus nunc negliguntur, hæ ſunt.
Contendere corpus, neruos. &c.
Onera contentis corporibus facilius feruntur, remiſſis opprimuntur. Tuſc.
Magnũ onus, ſed dignum, in quo omnes neruos ętatis, induſtriæque meæ contenderem. in Ver.
Te rogo, vt omnes tuos neruos in eo contendas, ne quid mihi ad hanc prouinciam temporis prorogetur. Ep. &c. de Fat.
Contendit omnes neruos Chryſippus, vt perſuadeat,
Inde, Contendere vt aliquid ab aliquo fiat.
Aliquid ab aliquo contendere.
Aliquem aliquo contendere, pro, Summa celeritate proficiſci.
Iter à Vibone Brunduſium petere contendi. pro Pl.
Dyrrachium petere contendi. pro Plan.
Si potuiſſemus, quo contendimus, peruenire. Or.
Tarſum veni, inde ad Amanum contendi. At.
Mihi dubium non eſt, quin Brunduſium contendam. At. Inde:
Contentus. Contento curſu hoſtium claſſis Italiam petebat. pro Mur. (pro Seſt.
Ad tribunatum contento ſtudio curſuque veniamus.
Vt in fidibus ſi nulla earum ita contenta numeris ſit, vt concentum ſeruare poſſit, omnes æquè incontentæ ſint: ſic Tuſ.
Baliſtæ lapidum, & reliqua tormenta telorum eo grauiores emiſſiones habent, quò ſunt adducta atque contenta vehementius. Tuſ.
Aliàs contentius, aliàs ſubmiſſius dicere. de Or.
Socrates vſque ad veſperum contentius ambulauit. Tuſc.
Contenta vox) (Summiſſa vox. Or.
Conteſtor. Propria ſignificatio huius verbi penè eadem quæ obteſtor: vt, deos hominesque conteſtari. Sed præterea Iuriſperitorum quoque vocabulum eſt. Conteſtari enim litem dicuntur, vt inquit Feſtus: duo aut plures aduerſarij, quod ordinato iudicio, vtraque pars dicere ſolet, Teſtes eſtote.

Nam iſte cum eo litem conteſtatam habebat. pro Qu. R.
Cum his conteſtata cum Flauio damni iniuria eſſet. pro Qu. R.
In hanc rem me cognitorem dediſti: lite conteſtata, iudicio damni iniuria conſtituto, ſi ſine me cum Flauio decidiſti. pro Q. R.
Non enim procuratores litem conteſtabuntur: quo facto, non ſum neſcius ſponſores liberari. At.
Significat conteſtari, litem teſtari, & fidem dare, ſe diſceptare & ſtare velle iudicis ſententia.
Contineo, & Continentem eſſe, pro Coniungi & Coniunctum eſſe, in vſu vix nunc eſt. Sic tamen Cicero eſt locutus.
Eorum coniunctione pars oppidi, quæ appellatur inſula, mari diſiuncta anguſto, ponte rurſus adiungitur & continetur. in V.
Cappadociæ pars, quæ cum Cilicia continens eſt. E.
Mari aër continens eſt. de Nat.
Huic fundo continentia quædam prædia atque adiuncta mercatur. pro Cæc.
Hic fundus, qui fundo eius antiquo cõtinẽs eſt. ibid.
Mare diſſimile eſt proximo ei continenti. Aca.
Barbari mirè hic ſe torquent. Dicunt vnam terram eſſe cum illa terra, ex vna terra in alteram poſſe pedibus iri, &c. Latini verò continentem eſſe. Inde etiam alijs rebus cohærentibus & coniunctis, vt nullum interuallum interſit, attribuitur: vt,
Ex eo natus ſeſe è continenti genere tertiam victimam reip. præbuit. de Fin.
Motus ſenſui coniunctus & continens in infinito nullus eſſe poteſt. de N.
Natura rerum vno conſenſu iuncta eſt & continens. de D.
Proxima & cõtinens cauſa mouet aſſenſionẽ. de Fat.
Continentia cum ipſo negotio ſunt ea, quę ſemper affixa eſſe videntur ad rem, neque ab ea poſſunt ſeparari. de In.
Continenti ſpiritu)(Intermiſſo. Or.

Sed

Sed nihil interpellabo, continentem orationem audire malo; Tuſ.

In extrema oratione continens vox remedio eſt vo- (ci. ad Her.

Continentia tua ſcripta, in quibus perpetuam rerum geſtarum hiſtoriam complecteris. Ep.

Rudes & imperiti pro his loquendi modis dicunt, Vnus poſt alterum ex eodem genere, Vno ſpiritu. Continenter eadem ſignificatione.

Continenter vno ſpiritu multa dicere. ad Her.

Quomodo enim probes continenter imagines ferri? aut ſi continenter, quomodo æternę? de N.

Continenter vnum verbum non in eadem ſententia ponere. Or.

Continuo, Continuatus, Continuatio, Continuus, penè in eadem ſignificatione vſurpantur, qua Contineo, Continens.

Contra. Quomodo communi ſignificatione accipiatur notum ſatis eſt, ſed cõtra ac, contrà quàm, conſuetudine vulgari non ita eſt tritum.

Si denique aliquid non contrà ac liceret, factum diceretur, ſed contrà atque oportet. pro Cor.

Si hæc ſi contrà ac dico eſſent omnia, tamen, in Ver.

Contrà ac dicar, accipi ac ſentiri velle. Or.

Omnia ferè contra ac dicta ſunt, euenire. de D.

Cum contrà ac Deiotarus ſenſit, victoria belli iudicarit. in A.

Iam enim faciam contrà atque in cæteris cauſis fieri ſolet. pro Syl.

Factum eſt enim mea culpa contrà quam tu mecum egeras. Qu. Fr.

Clamare contrà quam deceat, & quàm poſſit, hominis eſt impudentiſſimi. de Or.

Quãquam quid ego de veſtro iure contrà quàm propoſueram diſputo? pro Dom.

Contráque faciunt quàm pollicentur. ad Her.

Barbari dicunt, Contrarium facere quàm promiſerat, Contrarium eſſe quàm aliquis dicat, &c. Sic Latini, Contrà, ac: atque, contrà quam, &c. Sic contrà, ſine, ac, aut, quam: vt,

Non is ſum qui obtrectem libenter: ſed contrà, qui laudem omnia. Acad. (de Fin.
Quæ bona ſunt, mala putant: bona contrà, quæ mala.
Ea ſumenda dicebat: contraque contraria. Aca.
Nos qui domi ſumus, tibi beati videmur: at contrà, nobis tu præ nobis beatus. Ep.
Ergo vt hi miſeri, ſic contrà illi beati. Tuſc.
Nec enim culpa tua eſt, ſi te aliqui timuerunt: contraque ſumma laus &c. pro Mar. (ſit. Or.
Ad cauſam pertinet, cautè, an contrà demonſtratum Decere, &c. contráque item dedecere. Or.
Quid huic cum Habito? nihil, atque adeò potius etiam contrà ſimultas. pro Clu.
Indoctiores dicunt, E contrà, aut Contrario: Contrario verò non dicit Cicero, ſed contrariè: Latinè verò, Ex contrario, aut E contrariò, aut, Ex contraria parte quoque dicitur.
Ego hoc ex contrario contendo. pro Q. R.
Eadem ſunt in aduerſarios ex contrario conferenda. de Or. ad Her. de In.
Commutabile eſt, quod ab aduerſario poteſt leuiter mutatum ex contraria parte dici. de In.
Si neminem læſi, ſi etiam contrariè multis opem tuli. Ant. ad Her, de Fin.
Contrauenio. Siue iuncta vox ſit, ſiue non, in vſu iam multis non eſt, quòd propriam ſignificationem ignorent: valet enim idem quod aduerſarium eſſe. Reſiſtere alicui, Contradicere alicui in cauſa aliqua.
Quod ſi de litteris corruptis contrà venit? ſi contrà omni ratione pugnauit? in Ver.
Si ille ipſe, quem cõtra veneris, cauſa cadat. pro Mur.
An ego non venirem contra alienum pro familiari meo? in A. (Ibid.
Contra rem ſuã veniſſe me neſcio quãdo queſtus eſt.
Conualeſco. Admonere hic tantum volui ſtudioſos, Reualeſco pro Conualeſco Ciceronianum non eſſe: ſed poſt eius tempora vſu receptum.
Quod verò barbari dicunt, Iterum ſanum fieri, huius vocis conſuetudine corrigi debet, nam pro

eo Conualeſcere Latini dicebant. Exempla aſcribere non eſt neceſſe, cum vbique in auctoribus occurrant.

Conuello. Obſeruandum eſt, in verbis quæ iunguntur cum Vello, Ciceronem omnibus in perfecto non vulſi, ſed velli attribuiſſe: vt,

Cum gradus Caſtoris conuelliſti ac remouiſti.

Qui me ex noſtris penè conuellit hortulis.

Significat propriè Conuello, quod fixum eſt, vellendo remoueo.

Conuenio. Quædam ſunt huius verbi locutiones minus noſtris hominibus vſitatæ: vt,

Conuenire aliquid in aliquem. (Deior.

Hoc maledictum in illam ætatem non conuenit. pro

Hæc ſuſpicio conuenit in illum. pro S. R.

Sunt quædam in te ſingularia, quæ in nullum alium conuenire poſſunt. in Ver.

Et tamen id dixit, quod conueniret in omnes luſcos. de Or.

Commune exordium eſt, quod nihilo minus in hanc quàm in contrariam partem cauſæ poteſt conuenire. de In.

Barbari dicunt, hoc competit in eum, hoc quadrat in eum. (pleriſque videtur.

Conuenire inter aliquos, aut cum aliquo, ignorari à

Atque hoc mihi cum tuo fratre conuenit. pro Leg.

Mihi cum illo conuenit, vt. At. in A.

Optimè cum aliquo conuenire. in Ver.

An cenſes nihil inter eos conuenire? nullam pactionem fieri potuiſſe? At.

Niſi inter eos conuenit quid ſit illud. Or.

Pactum eſt, quod inter aliquos conuenit. de In.

Sic Conuenit abſolutè.

Barbari, Concordare inter ſe, Concordare cum aliquo in aliqua re, Concordare de aliquo.

Conuenit imperſonale, pro decet, oportet, minus quoque notum eſt.

Hæc non conuenit penes deos eſſe negare. de N.

Verbis his malis mederi conuenit. pro S. R.

Quo ex S. C. confeſtim interfectum te eſſe Catilina conuenit. in C.

Illicóne ad Prætorem ire conuenit? pro Qu.

Quid tandem C. Rabirium facere conuenit? pro R.

Tres conuenit habere res narrationem. ad Her.

In hac re exerceri conuenit. ibidem.

Conuerto. Hoc verbo ſignificatur quoque præter alia, idem quod transferre: quod cùm ignotum videretur, hoc modo diuulgandum duxi.

Conuertere Græca in Latinum. Tuſc.

Conuertit enim ex Atticis duorum eloquentiſſimorum nobiliſſimas orationes. de Opt.

Orationes à Græco conuerſæ. ibidem.

Quæ ſplendidè dicta ſunt, neque ſunt conuerſa de Græcis. de Fin.

Xenophontis librum, qui Oeconomicus inſcribitur, nos, è Græco in Latinum conuertimus. Off.

Carmina conuerſa. de N.

Conuicium. Facere conuicium, fieri, ſuſtinere conuicium: hæ latinæ locutiones, vt pleræque aliæ, vulgo ignorantur.

Ei grande conuicium fecerunt. At.

L. Quintius conuicium C. Iunio iudici quæſtionis maximum fecit. pro Clu.

Cum ei magnũ conuicium fieret cuncto à Senatu. E.

Conſectari aliquem conuicijs. At.

Sed os tuum ferreo Senatus conuicio verberari voluiſti, in P.

Suſtinere quotidianum alicuius conuicium. pro Q.

Barbari, Clamare contra aliquem, Vociferari in aliquem. (ctorem nominant.

Quem commenſalem barbari vocant, Latini Conui-

Cor. Sæpe pro animo Cor Barbari dicunt ſimilitudine linguę vulgaris: vt, Tu non habes cor, cor remittere, Duro corde eſſe, malo corde, bono corde eſſe. Quoniam Flandricè dicitur, Ghy en hebt gheen herten, Gallicè, *Tu n'as point de cœur*. Latini verò animum habere malum, bonum animum. Cicero enim nunquam fere vtitur hac voce, niſi cum aut

partem

partem illam corporis humani, quæ vitæ fons eſt, nominat: aut ſolùm cum hanc formam loquendi, Aliquid alicui cordi eſſe, ſermone vſurpat.

Credo. Sępe hoc verbum non iam communi ſignificatione, ſed pro puto, aut particula aliqua ſententiam exornante aut complente à Cicerone adhibetur.

Cum iſta res nihil commouiſſet eius animum, ad quem veneratis, languidiore credo ſtudio in cauſa fuiſtis? in A. (Mil.

Quo tandē animo hoc tyrannum tuliſſe creditis? pro

Non fuiſſe credo fas clariſſimorum virorum formas illi teterrimo parricidæ aliquid decoris afferre. pro Mil.

Senatus, credo, prætorē cum circūſcripſiſſet. pro Mil.

Immoderati, credo, hominis & turbulenti. in A.

Item & hæc ratio loquendi, Mihi crede, Ciceroni valde vſitata, noſtris pene eſt ignota.

Non ſum (mihi crede) mentis compos.

Finem nullum facio (mihi crede) Caſſi, de te cogitandi. E. (iniuria. E.

Illuſtrabit (mihi crede) tuam amplitudinē hominum

Mihi crede iſtud, vt cætera. At.

Affirmantis eſt locutio.

Cum. coniungitur frequenter hæc vox cum tempore à veteribus Latinis: quod noſtri homines non imitantur, quia vulgari ſermone eodem modo non explicant.

Vix annus intercesſerat ab hoc ſermone, cum iſte Norbanum accuſauit. de Or.

Vna nox intercesſerat, cum iſte illum ſic diligebat, vt diceres inter eos omnia eſſe communia. in Ver.

Dies nondum decem intercesſerant, cum ille alter filius necatur. pro Clu.

Vnus & alter dies intercesſerat, cum &c. pro Cl.

Aliquot enim ſunt anni, cum vos duos elegi. A.

Multi anni ſunt, cum ille in ære meo eſt. Epiſt.

Iam anni quadringenti ſunt, cum hoc accidit. Or.

Iam biennium eſt, cum virtuti nuncium remiſiſti. Epiſt.

Biennium præterijt, cùm ille aſſiduo curſu cubitum nullum proceſſit. At.
Vulgus aliter loquitur: dicit enim, Ante duos aut multos annos, aut, Iam biennium eſt, ex quo ego te non vidi.
Cùm, aliquando ſignificat quòd: vt, Præclarè facis, cùm tenes memoria, &c. de Finibus.
Bene facitis, cum venitis. ad Her.
Tibi gratias ago, cum tantum meæ litteræ potuerunt, vt, &c. E. (Ep. A.
Gratulor tibi, cum tantum vales apud Dolabellam.
Mihi gratiſſimum feciſti, cùm eum nobis amicum, quàm ſeruum eſſe maluiſti. Ep.
Sæpe de L. Craſſo videor audiſſe, cum te togatis omnibus anteferret. de Nat.
Cupide. Cupide aliquid facere, aut agere, Latini dicebant: cum quis cupiditate nimis victus aliquid faciebat quod æquum non eſſet. (de Or.
Hoc ſi tu cupidius factũ exiſtimas, Cęſari attribues.
Cum vtriſque ſeparatim locutus eſt, ne cupidè quid agerent. Off.
Quid cupide à ſenatu, quid temerè fiebat. in An.
Cupio. Alicuius cauſa cupere, aut alicui cupere, Latini dicebant, cum ſignificare vellent amorem, & beneuolentiam in aliquem.
Is mihi cauſam tradidit, quem ſua cauſa cupere ac debere intelligebat. pro S. R.
Dolabellæ cauſa & cupio, & debeo. At.
Cupere omnia cauſa alicuius. in Ver..
Vehementer cupere cauſa alicuius. E.
Cuius cauſa omnia tũ cupio, tum me herculè etiã de-
Tibi cui maximè cupio, ſatisfaciam. E. (beo. E.
Faueo Curioni, Cęſari honeſtiſſimè cupio, pro Pompeio emori poſſum. E.
Cura, Curatio. Notandum hic fuit, vulgus medicorum Curam dicere pro Curatione, nam ſic loquitur, Suſcepit curam huius, aut alicuius, Perfecit curam, adhibuit curam talem, &c. Cicero vero id ſic dicere ſolet.

Medici grauioribus morbis periculoſas curationes & ancipites adhibere coguntur. Off.
Æſculapius poteſt pręſcribere per ſomnium curationem valetudinis. de D.
De medico tu bene exiſtimari ſcribis: ſed plane curationes eius non probo. E.
Alia quædam ad eum eſt admouenda curatio. Tuſ.
Sic quoque *Curare corpora.*
Corpora curari poſſunt: animorum nulla eſt medicina. Tuſc.
Violentis medicaminibus ſolere curari. in P.

D.

DE. Hanc præpoſitionē noſtri homines rarius pro Ex, aut cū ablatiuo plurali numeri vſurpant, cum tamē vſitatiſſimū ſic veteribus fuerit loqui: vt.
Ex tot generibus nullum eſt animal præter hominem, quod habeat notitiam aliquam Dei: déque ipſis hominibus nulla gens eſt, quæ non habendum ſciat eſſe deum. de Leg.
De Gręcis autem facetus Socrates. Off.
Nemo fuit, qui rem vllam de meis bonis attigerit. pro Dom.
Si quis vnquam de noſtris hominibus fuit. pro Fl.
Nemo de ijs qui peritiſſimi ſunt. de Or.
Magnum quoddam opus: atque haud ſciam, an de humanis operibus longè maximum. de Or.
Vnus de illis. pro Mil.
Ego iſtum de ſuperioribus penè ſolum lego. de Cl.
De fortiſſimis alia prima ponet, alia extrema. Or.
De ritibus patrijs colantur optimi.
Quidam de collegis noſtris. E.
Nihil ex ſacro, nihil de publico attigi. in V.
Mitte ad nos aliquem de tuis tabellarium. At.
Comitia de minori parte populi facta. contra Rul.
Multa de ſuis ſecum aſportabant. Parad.
Et ſexcenta alia: quæ ipſe obſeruare apud Ciceronem poteris.
Eadem elegantia eſt in his locutionibus, De amico-

rum conſilio, de alicuius ſententia.
De amicorum ſententia Roſcius Romam confugit. S. R. (cuius. Cæl.
Facere aliquid de ſententia atque auctoritate ali-
Minos leges ſanxit, de Iouis ſententia. Tuſ.
Nihil faciam, niſi de ſententia tua. At.
Capere conſilium de ſententia alicuius. in Ver.
Cæſar non eſt facturus quicquam, niſi de meo conſilio. At. (ſilio. At.
Puer litteras patris aperire ſolet, idque de meo con-
Facere aliquid de conſilio alicuius. E.
Vix tamen ſibi de mea voluntate conceſſum eſt. A.
Barbari dicunt, Aliquid facere ſecundum conſilium, aut ſententiam, aut voluntatem alicuius.
Vnum ſupereſt genus loquendi, quod ab indoctioribus ignoratur, cum De cauſam notet: vt,
Excipere quibus de cauſis non liceat. pro Clu.
De pace quæ viſa ſunt, reſpondi. At.
Collegia tribunorum tota reperientur, quæ coëant de hominum locupletiſſimorum bonis. pro Dom.
Regulus de captiuis commutandis Romam miſſus
Idem quod propter, aut Ob. (eſt. Off.
Decanto. Verbum negligitur à multis, quòd propria vis ſignificationis ignoretur. Significat enim quaſi ex præſcripto verſus aut alia vulgaria recitare, & ad ſatietatem vſque inculcare.
Græcus doctor, qui alicui peruulgata præcepta decantet. de Or.
Iiſdem de rebus ſemper, quaſi dictata decantare, neque à commentariolis ſuis diſcedere. de Fin.
Etenim hæc decantata erat fabula. At.
Solus enim multorũ annorũ memoria, non decãtandis augurijs, ſed diuinãdi tenuit diſciplinam de D.
Ita ſemper aut rerũ vulgariũ eſt, aut in vitio ponitur.
Decedo Præter vulgarem ſignificationem, quæ eſt, de loco recedere: vt de prouincia, de via, de poſſeſſione, iure, ſententia, ſignificat quoque mori, ſiue adiungas De; Aut ex vita, ſiue omittas.
Pater nobis deceſſit ad VIII. Calend. Decemb. At.
Puer

Puer feſtiuus noſter deceſſit. At.
Qui iam deceſſerunt, omnique odio carent in S.
Cũ adiunctione: Qui iã de vita deceſſerunt. pro Rab.
Vetat Pythagoras iniuſſu Dei de præſidio & ſtatione vitæ decedere. de Sen.
Decerno. Non ſolum hoc Senatorum ſententijs, aut priuatorum tribuitur, quibus aliquid ſtatuebant: ſed & contentionibus & pugnis, quibus res aliqua periclitabatur: vt,
Omnia facere omnis debet, ne ius armis decernatur.
Certamen quod ferro decernitur. de Or. (At.
Sed vtinam meo ſolum capite decernerem. At.
Pendeo animi expectatione Corfinienſi, in qua de ſalute reipub. decernitur. At.
Vno iudicio de fortunis omnibus decernitur. pro Q.
Decerto. Neque hoc verbum vulgare eſt: quo pene nihil vſitatius eſt Ciceroni. idem ſignificat quod Certo: vt,
Duo ſunt genera decertandi: vnum per diſceptationem, alterum per vim. Off.
Cum multis conſularibus tanta contentione decertaui, quanta nunquam antea. Ep.
Demoſthenes & Æſchines inter ſe decertare ſoliti ſunt. de Fin.
Decido, pro Tranſigo cum aliquo, forenſe vocabulum reb. contrahendis tributum: ignotũ nunc plurimis.
Clodius cum propinquis ſuis decidit, ne reos faceret. de Ar. (pro Quint.
Decidis ſtatuiſque tu quid ad denarium ſolueretur.
Qui cum reo tranſigat, poſt cum accuſatore decidat. in Ver. (Scapulæ diſſolueret pro Quint.
Per te, C. Aquili decidit P. Quintius, quod liberis
Qui medimnis DCC. decidere noluit. in Ver.
Decidere de omnibus rebus rationibúſque ſocietatis pro Quint.
Tuam partem dimidiam magno decidiſti. pro S.R.
Deciſio, in eadem ſententia, vt facere deciſionem.
Vulgo, Conuenire de ſumma aliqua: aut, tantum dare; aut, Tranſigo tantum dicunt, quod quoque in hac

hac ſignificatione vſurpatur.

Dedico. Ignotum hoc in vulgus eſt, ſignificat enim, Deo alicui aliquid conſecrare. Marcellus duo ſe templa dedicaturum Romæ vouerat. in Ver.

Simulacrum Iouis dedicare. in Ver.

Delubrum Homero dedicare. pro Dom.

Simulacrum, aut aram dedicare. pro Arch.

Conſecrare & dedicare publicè aliquem deum. de N.

Ædes Caſtori & Polluci in foro dedicata. pro D.

Domum conſecrare, monumentum facere, in ædibus alicuius ſignum dedicare. pro Dom. Flandrico ſermone, Wyen dicimus, Gallico, *Dedier*.

Dedita opera aliquid facere: non tam vulgare, quam libenter aliquid facere: quod linguæ patriæ ſimile eſt. (miſi. At.

Vt igitur hæc ſcirem, dedita opera has ad te litteras

Opera dedita facere aliquid. de Or.

Deduco. Varia ſignificantur hoc verbo vulgo ignota, vt res eo deducta eſt, &c. pro, In eum ſtatum peruenit: vt imperiti loquuntur: aut, Ad hoc res iam venit.

Rem huc deduxi: vt palàm pugnare poſſetis. in C.

Quem in locum res deducta ſit vides. E.

Eum in locum res deducta eſt, vt. Ep.

Certamen deducere ad extremum. E.

Accommodatur quoque ad ſententias, & animos hominum, quos verbis flectimus: vt Odoror quàm ſagaciſſimè poſſum, quò iudices deduci oratione facillimè poſſe videantur. de Or.

Vt is qui audit, ad fletum miſericordiámque deducatur. de Or.

Illud quod eò, quò intendas, ferat, deducátque cognoſcendum eſt. de Or.

Eloquentia deducimus perterritos à timore, & conſolamur afflictos. de N.

Voluntatem impellere quò velis: vnde autem velis deducere. de Or.

Quem nulla conditio pecuniæ à ſumma integritate continentiáque deduxerit. Qu. Fr.

De prauitate animi deducere aliquem. Q. de P.

Quod inſtituit referre de religione, ab eo deduci non poteſt. E.

Neque legis improbiſſimæ pœna deductus eſt, quo minus &c. E.

De ſententia deduci aliquem. At.

De fide deducere aliquem. At.

De animi lenitate deducere. in C.

Eodem modo à mente conſilióque deduci aliquem. in V. pro, Amentem, aut Dementem fieri.

Deducere. Ratiocinatorum quoque vocabulum eſt: quod tam vſitatum non eſt noſtris, quàm Detrahere de ſumma.

Vt boni ratiocinatores officiorum eſſe poſſimus, & addendo, deducendóque videre, quæ reliqui ſumma fiat: Off.

Partitionis caput ſcriptum cautè, vt centum nummi deducerentur. de Leg.

Si in teſtamento deducta ſcripta non eſſent. de L.

Hinc deductio: vt, Certis nominibus deductiones fieri ſolebant. in Ver.

Defero. Honores, voluntates, officia hoc vocabulo aliis offerebantur, quod barbari nunc præſentare dicunt: vt, Ego pręſentaui illi meum officium. Sic verò Latini.

Quicquid poſſum, ad hanc rem conficiendam, tibi polliceor & defero. pro Pom.

Omnem ei ſuam auctoritatem, gratiam, copias, opes, ad hoc negotium conficiendum detulit. pro Pl.

Vltro mihi Cęſar omnia detulit. Ep.

Hanc meam voluntatem ad matrem tuam detuli. E.

Eique nec opinanti voluntatem tuam per litteras detuli. E.

Vniuerſum ſtudium meum & beneuolentiam ad te defero. E.

Honores alicui deferre. contra Rul.

Tribuere idem etiam ſignificat.

Ad quem tum Epicurei primas ex noſtris hominibus deferebant. de N.

Defer-

Deferre palmam alicuius rei cuipiam. de Or.
Deferre præmium dignitatis alicui. pro Flac.
Atque iſtam partem vitæ conſuetudinisque noſtræ totam ad te defero. Ep.
Proponere aliquid & iudicare ſępe ſignificat: vt,
Aliquid ad populum, aut ad aliquem deferre. Off. pro Dom. At. de D.
Te eſſe ſolicitum, multi ad nos deferunt. E.
In his obſeruandum: non ſolum in vitio poni Deferre: ſed in laude etiam. Vſurpatur itidem pro accuſare, ſed trita hęc ſunt.

Deficio. Vis huius verbi ſatis nota, ſed vſus minimè. Hinc fit, vt imperiti dicant: Deficit mihi aliquid, quomodo Cicero nunquã eſt locutus, ſemper enim hoc verbum accuſatiuus conſequitur, nunquã datiuus: vt,
Ea me ſolatia deficiunt. Ep.
Leontina ciuitas me defecit. in Ver.
Si cum in cauſa deficerent omnia. pro Font.
Res me ipſa deficit. Qu. Fr.
Iam me vires deficere cœperunt. De Or.
Vox me citius defecerit, quàm nomina. in Ver.
Iam me dies deficit. in Ver.
Tempus herclè te citius, quàm oratio deficeret. pro S. R.
Dolorem aliquem non deficere. in Ver.

Definio. Vulgus neſcit hoc verbum iungi cum ablatiuo, idémque valere quod metior, exiſtimo.
Hic tu modum vitæ tuæ non ſalute reipub. ſed æquitate animi definies. pro Mar.
Loca, quæ regionibus orbem terrarum, rebus illius geſtis imperium populi Ro. definiunt. pro Cor.
Res hæ, quas geſſimus, orbis terrę regionibus definiuntur. pro Arch.
Neque æquum eſt tempore & die memoriam beneficij definire. Poſtquam.

Deflagro. Nullis hoc verbum vſitatum eſt, niſi qui in optimis auctoribus ſunt verſati: alij pro eo vtuntur, incendi, exuri, comburi.
Dianę Epheſiæ templum deflagrauit. de N.
Curia Saliorum deflagrauit. de D.

Ille faces, quibus incenſa L. Bellieni domus deflagrauit. in Ant.

Phaëthon ictu fulminis deflagrauit. Off.

Ædes nympharum manu tua deflagrauerunt. Par.

Deformo, deformari, vetuſtate quę in forma eſt priuari. Conſpurcare dicunt rudes. Sed apud Ciceronem hoc non eſt.

Eius concio, in quâ Pompeium ornat, an potius deformat? de Ar.

Aliquis deformatus atque ornamentis omnibus ſpoliatus. pro Quint.

Sed ego hunc omnibus à me pictum & politum artis coloribus ſubitò deformatum vidi. At.

Mortuus, deformatus, tumore pręditus, corpore decoloratus. ad Her.

Si hominem deterrimum poëta aliquis fictis conquiſitíſque vitijs deformatum vellet indicare. de Ar.

Ludi deformati, inquinati, peruerſi, cõturbati. de Ar.

Deformata ciuitas. de Or.

Parietes nudos deformatosque reliquit. in V.

Defugio, pro Fugio, non ita nobis vſitatum vt Ciceroni: vt, Diſputationem, munus, iniurias fortunæ, & eius generis alia: quorũ exempla apud eum quæras.

Defungor, pro liberor, explicor, in vſu non eſt.

Cum ij qui antea metuebant, redirent, & iam defunctos ſeſe periculis arbitrarentur. pro S. R.

Defungi periculis, pro explicari.

Et hoc mendacio, ſi qua pericula tibi impederent, vt defungeremur optaui. Ep.

Dego vitam, ætatem: neque vulgari linguę ſimile, neque vſu nunc tritum.

Quod reliquum eſt vitæ, in otio Rhodi degam. Ep.

Cum Lentulo & Catilina fœdiſſimam & miſerrimam vitam degere. pro Syl.

Degere vitam cum virtute. de Fin.

Degere vitam in egeſtate. pro S. R.

Ad vitam degendam pręparare res neceſſarias. Off.

Degere omnem ętatem in tranquillitate. de Fin.

Amici-

Amicitia nullam ætatis degendę rationem patitur eſſe expertem ſui. de Am.
Degere ætatem inter feras. pro S. R.
Id ſibi quiſque genus ætatis degendę conſtituit, quod maximè adamauit.
Et omne tẽpus ætatis ſine moleſtia poſſit degere. Off.
Deguſto, pro Guſto, experior, vulgò ignotum, vt, Deguſtare aliquid: vt, de fabulis aliquid, Ex aliqua re aliquid, Hominem aliquem.
Deguſtabis genus hoc exercitationum mearum, quibus vti conſueui. Parad.
Tu velim, Fabium odorere, & iſtum conuiuam, tuum deguſtes. At.
Deiicio. Cùm honoribus, & ijs quę ſperaſſemus, tribuitur, vulgare non eſt: vt,
Pollicitus eſt, quantum vellent pecuniæ, ſi me ædilitate deieciſſent. I. V.
Quintus Tubero prætura deiectus eſt. pro Mur.
Deiici de vrbis præſidio, & de cuſtodia ciuitatis deturbari. pro Mur.
Si metum hunc Siciliæ deiecero. in Ver.
Nec verò vſquam diſcedebam, nec à republ. deijciebam oculos. I. A.
Tumultuantem de gradu deijci. Off.
Mihi videtur ϛρατήλαξ ille deiectus de gradu. At.
Nos ſæpe aduerſarios noſtros de ſtatu omni deiecimus. Or.
Vidéſne quantum de doloris terrore deieceris. Tuſ.
Hac ſe commemoratione ciuitatis omnia verbera depulſurum, cruciatúmque à corpore deiecturum arbitrabatur. I. V.
Cum Senatum à gubernaculis deieciſſes. pro Do.
De integro. Si hoc vſitatum eſſet noſtris non dicerent, A principio, A nouo.
Eas leges de integro ferri placet. A. in A.
Illud verò vel optimè, quod ita multa mutari volunt, vt mihi de integro ſcribendi cauſa non ſit. A.
Delabor. Non tam hoc notum eſt, quàm Cado, aut decido: vt,

Ex vtraque parte tecti aqua delabitur. de Or.
E cœlo diuinum hominem eſſe in prouinciã lapſum. Qu. Fr.
De manibus audaciſſimorum ciuium delapſa arma ipſa ceciderunt. Off.
Iam enim à ſapientum familiaribus ad vulgares amicitias oratio noſtra delabitur. de Am.
A maledictis pudicitiæ ad coniurationis inuidiam oratio eſt noſtra delapſa. pro Cæl.
A maioribus ad minora delabi. Part.
Nam ipſe quotidie mihi delabi ad æquitatem, & ad rerum naturam videtur. Ep.
Cum tu prouectus ſubito, atque delapſus in flumen, nuſquam apparuiſſes. de Di.
Delabi in morbum. At.
Delabi in aliquod vitium. de Or.
Dum autem verbis vtitur ſuis, delabitur in eas difficultates, vt neceſſitatem fati confirmet inuitus. de Fat.
Omnia quæ delapſa iam fluxerunt, ſeueris rebus vin- (cienda ſunt. pro Mur.
Habenda eſt ratio rei familiaris: quam delabi ſinere flagitioſum eſt. Off.
Delabitur interdum, vt dicat opinaturum. Aca.
Delibero. Mihi deliberatum eſt, pro Conſtitutum, ignotum in vulgus, dicunt enim potius, Ego concluſi mecum, quod barbarum eſt.
Mihi deliberatum & conſtitutum eſt, ita gerere conſulatum. contra Rul.
Certum eſt deliberatumque dicere. pro S. R.
Si iam tibi deliberatum eſt, quibus abroges fidem iuriſiurandi, reſponde. pro Qu. R.
Sic habuiſti ſtatutum cum animo ac deliberatum, omnes qui habitarent, &c. in V.
Iſte certè ſtatuerat, & deliberauerat non adeſſe. in V.
Deliciæ. Vocabant veteres eos, aut ea, quibus valde oblectabantur. Cum hominibus tribuitur, pro his dicit, vulgus, Amicus, aut Amica, Carus, aut Cara.
Pyliæ ſalutem dices & Atticæ, delicijs & amoribus meis. At.

Simia

Simia, quam rex Moloſſotũ in delicijs habebat. de D.
Sed redeo ad amores deliciáſque noſtras. in Ant.
Scito C. Sempronium, mel ac delicias tuas, calumniã maximo plauſu tuliſſe. Ep.
Deliciæ tuæ Æſopus. Ep.
Quę ciuitas tibi in amore atque in delicijs fuit. in V.
Illi quib. eras in delicijs, vix riſum tenebant. in Vat.
Publicanos habeo in delicijs. At.
Deliteſco. Neglecto hoc verbo rudes linguæ latinæ dicunt, Se abſcondere, Se abſcondiſſe, aut in angulo latere: vt,
Vt eò mitteret amicos qui deliteſcerent: deinde repentè proſilirent. pro Cæl.
Serui in balneis delituerunt.
Stella cum deliteſcens, tum rurſus ſe aperiens. de N.
Beſtiæ in cubilibus deliteſcunt.
Æquitatis iudicium cum erit, caue in iſta frigida calumnia deliteſcas. pro Cęcin.
Sic Arceſilaus, qui cõſtitutam philoſophiam euerteret, & in eorum auctoritate deliteſceret, &c. Ac.
Demigro. Neque propria, neque tranſlata ſignificatio nunc in vſu eſt: ſic igitur reſtituatur.
Demigrandum eſt potius aliquò, quàm habitandum in hac vrbe. pro Dom.
Demigraturi noſtri homines in illa loca ſunt, propter ægrotum aliquem. contra Rul.
A quo repudiatus, ad ſodalem tuum M. Marcellum demigraſti. I. C. (coëgiſti. I. P.
Quos tu demigrare, & aras & focos relinquere
Mentes, quę ex hominum vita ad deorum religionem ſanctimoniámque demigrant. pro R. P.
Multa mihi dat ſolatia, nec tamen ego de meo demigro. At.
Demiſſus & demiſsè, imperitis in ore non eſt, ſed humiliatus, quod aliud ſignificat: aut humiliter, quod non vſitatum eſt, crebrius vſurpare ſolent.
Vidéſne tu illum triſtem & demiſſum? iacet, diffidit, &c. pro Mur.
P. Sylla mœrens, demiſſus erat. At.

Vt ille

Vt ille tum humilis, vt demiſſus erat? At.
Inuenies eum apud ſororem tuam, occultantem ſe capite demiſſo. pro Dom.
Erigebat animum demiſſum, oppreſſum Oppianicus.
Animus humilis atque demiſſus. pro Font. (Cl.
At C. Fabritius à ſubſellijs demiſſo capite diſceſſerat, pro Cl.
Suppliciter ac demiſsè agere gratias alicui. At.
Demiſsè & humiliter loqui. Tuſ.
Vtrum me non reſpondere, an demiſsè reſpondere decuit? pro Dom.
Me tueor, vt oppreſſis omnibus non demiſsè; vt tantis rebus geſtis parum fortiter. At.
Demitto. In ea ſignificatione qua Demiſſus ignotum multis eſt: vt,
Si vincunt, efferunt ſe lętitia: victi debilitantur, animóſque demittunt. de Fin.
Te rogo, ne contrahas, aut demittas animum. Q. F.
In mediocri figura verſabimur, ſi hęc, vt ante dixi, aliquantulum demiſerimus. ad Her.
Illa vſque ad talos demiſſa purpura. pro Clu.
Cum in eum caſum me fortuna demiſiſſet. Ep.
Demortuus. Idem quod Mortuus: tritum non eſt: vt,
Sanxerunt ne quis emeret mancipium, niſi in demortui locum. in Ver.
Altera lex iubet, augurem, in demortui locum qui petat nominare. ad Her.
Alij enim ſunt aliàs noſtrique familiares fere demortui. At. (mortuus. I. V.
Cum eſſet ex veterum numero quidam Senator de-
Denego. Pauci vtuntur eodem modo quo Nego, cum idem valeat: exempla aliunde petantur.
Denuncio. Omnino hoc verbũ in tenebris iacet, quare in lucem eſt proferendum Varia enim veteres eo ſignificabant. Primum nunciare aliquid.
Expectanti mihi tuas quotidie, Lupus noſter ſubitò denunciauit vt ad te ſcriberem. Ep.
Ego autem nunquam, cùm mihi denunciatum eſſet à tuis ire aliquem, non dedi. Ep.

Siculis

Siculis denunciatum eſſe audio, domum ad illum vt venirent. in V. (ſignificat: vt,
Deinde teſtor, aut, vt nunc vulgus loquitur, Proteſt or
Alphenus denunciat ſe procuratorem eſſe. pro Cæc.
At ille denunciat fundum illum ſuum eſſe. pro Qu.
Cur Ebuti de iſto potius fũdo, quàm de alio Cæcinnę denunciabas. pro Cæc.
Quamobrem illa arma nõ periculum nobis, ſed præſidium denunciant. pro Mil.
Teſtificor, denuncio, ante prædico, nihil eum facturum. in A. (dicare: vt,
Tertiò, bellum & aut contentiones nunciare & in-
Quod Senatus non ad pacem deprecandam, ſed ad bellum denunciandum miſerat. Ep.
Denunciare nouas inimicitias alicui. pro Flac.
Catilina Sulpitio vim denunciabat. pro Mur.
Denunciare iudicium alicui. pro Seſt.
Quid erat aliud, niſi denunciare populo Rom. ſeruitutem? in A.
Mortem ab illo denunciatam palàm Miloni & prædicatam. pro Mil.
Iudici denunciare, & in iudicium. pro S. R.
Depaciſcor. Conditionibus certis tranſigo cum aliquo: neglectum á multis ita reuocetur.
In quo non extimeſco periculum: cùm enim tot impendeant, cur non honeſtiſſimè depaciſci velim? Att.
Cum illo partem ſuam depaciſci. pro S. R.
Ipſe tria prædia ſibi depactus eſt. ibidem.
Neque antè demiſſus, quàm ad conditiones eius depactus eſt. in V.
Depaciſci cum aliquo, vt aliquid fiat. de In.
Depaſco, id eſt, Paſcendo conſumo. Ignari huius verbi, aut muti ſunt, cùm res ipſa ſit verbis exprimenda: aut dicunt, Pecudes eſſe in agris, quæ edunt gramen, aut triticum, aut ſimile. Etiam attõdere dicunt quidam, qui politiùs loqui volunt.
Qui à pecore eius depaſci agros publicos dicebant. de Or.

In ſum-

In ſumma vbertate ineſt luxuries, quæ ſtilo depaſcenda eſt. de Or.
Depaſci veterem poſſeſſionem Academię ab hoc acuto homine non ſinemus. de Leg.
Dependo, idem quod Pendo: ſed non ita vſitatum & notum noſtris hominibus, hoc igitur modo conſuetudine teratur.
Mihi abiurare certius eſt, quàm dependere. At.
Puto, ſi quid in homine pudoris eſt præſtaturum eũ, ne ſerò quodammodo dependatur. Att.
Dependendum tibi eſt, quod mihi pro illo ſpopondiſti. Ep. (pro S.
Omnes reipubl. pœnas præſenti morte dependerunt.
Litorem legis Semproniæ pœnas reipub. dependiſſe. in C. (Lexicis petas.
Sic *Deperdo*, pro perdo notum eſt: eius exempla ex
Deploro. Significatio nota, ſed vſus obſcurior eſt.
Nam non ſolùm cum accuſatiuo, ſed cum De præpoſitione quoque coniungitur: vt,
De iniurijs deplorare ac conqueri. in Ver. (Ora.
Quæ de altero deplorentur, ad ſuas res reuocare. de
Neceſſariò mihi de iiſdem rebus eſſe arbitror, ſi non ſubtilius diſputandum; at certè dolentiùs deplorandum. pro Seſt.
Depono. Ad inanima transfert crebrò Cicero, noſtri rariùs. Barbari pro hoc dicunt, Ponere aliquid ex corde ſuo, Amouere aliquid ex animo ſuo, Non ampliùs recordari.
Obliuiſcor iniurias, depono memoriam doloris. pro
Deponere timorem. Ep. (Cæl.
Animus mollis & ad accipiendam & deponendam offenſionem. At.
Deponere ſimultatem. Ep.
Deponere inimicitias. de Am.
Deponere inimicitias veteres. pro Cl.
Deponere errorem. in A.
Sin aliter, cùm opinionem hoc ipſo in loco depoſitam & abiectam relinquatis. contra Rul. (Ep.
Tu modò ineptias iſtas & deſideria vrbis depone.
Si au-

rum conſilio, de alicuius ſententia.
De amicorum ſententia Roſcius Romam confugit.
S. R. (cuius. Cæl.
Facere aliquid de ſententia atque auctoritate ali-
Minos leges ſanxit, de Iouis ſententia. Tuſ.
Nihil faciam, niſi de ſententia tua. At.
Capere conſilium de ſententia alicuius. in Ver.
Cæſar non eſt facturus quicquam, niſi de meo con-
ſilio. At. (ſilio. At.
Puer litteras patris aperire ſolet, idque de meo con-
Facere aliquid de conſilio alicuius. E.
Vix tamen ſibi de mea voluntate conceſſum eſt. A.
Barbari dicunt, Aliquid facere ſecundum conſilium, aut ſententiam, aut voluntatem alicuius.
Vnum ſupereſt genus loquendi, quod ab indoctioribus ignoratur, cum De cauſam notet: vt,
Excipere quibus de cauſis non liceat. pro Clu.
De pace quæ viſa ſunt, reſpondi. At.
Collegia tribunorum tota reperientur, quæ coëant de hominum locupletiſſimorum bonis. pro Dom.
Regulus de captiuis commutandis Romam miſſus
Idem quod propter, aut Ob. (eſt. Off.
Decanto. Verbum negligitur à multis, quòd propria vis ſignificationis ignoretur. Significat enim quaſi ex præſcripto verſus aut alia vulgaria recitare, & ad ſatietatem vſque inculcare.
Græcus doctor, qui alicui peruulgata præcepta decantet. de Or.
Iiſdem de rebus ſemper, quaſi dictata decantare, neque à commentariolis ſuis diſcedere. de Fin.
Etenim hæc decantata erat fabula. At.
Solus enim multorũ annorũ memoria, non decãtandis augurijs, ſed diuinãdi tenuit diſciplinam. de D.
Ita ſemper aut rerũ vulgariũ eſt, aut in vitio ponitur.
Decedo Præter vulgarem ſignificationem, quæ eſt, de loco recedere: vt de prouincia, de via, de poſſeſſione, iure, ſententia, ſignificat quoque mori, ſiue adiungas De, Aut ex vita, ſiue omittas.
Pater nobis deceſſit ad VIII. Calend. Decemb. At.
Puer

Puer feſtiuus noſter deceſſit. At.
Qui iam deceſſerunt, omnique odio carent in S.
Cũ adiunctione: Qui iá de vita deceſſerunt. pro Rab.
Vetat Pythagoras iniuſſu Dei de præſidio & ſtatione vitæ decedere. de Sen.

Decerno. Non ſolum hoc Senatorum ſententijs, aut priuatorum tribuitur, quibus aliquid ſtatuebant: ſed & contentionibus & pugnis, quibus res aliqua periclitabatur: vt,
Omnia facere omnis debet, ne ius armis decernatur.
Certamen quod ferro decernitur. de Or. (At.
Sed vtinam meo ſolum capite decernerem. At.
Pendeo animi expectatione Corfinienſi, in qua de ſalute reipub. decernitur. At.
Vno iudicio de fortunis omnibus decernitur. pro Q.

Decerto. Neque hoc verbum vulgare eſt: quo pene nihil vſitatius eſt Ciceroni. idem ſignificat quod Certo: vt,
Duo ſunt genera decertandi: vnum per diſceptationem, alterum per vim. Off.
Cum multis conſularibus tanta contentione decertaui, quanta nunquam antea. Ep.
Demoſthenes & Æſchines inter ſe decertare ſoliti ſunt. de Fin.

Decido, pro Tranſigo cum aliquo, forenſe vocabulum reb. contrahendis tributum: ignotú nunc plurimis.
Clodius cum propinquis ſuis decidit, ne reos faceret. de Ar. (pro Quint.
Decidis ſtatuiſque tu quid ad denarium ſolueretur.
Qui cum reo tranſigat, poſt cum accuſatore decidat. in Ver. (Scapulæ diſſolueret pro Quint.
Per te, C. Aquili decidit P. Quintius, quod liberis
Qui medimnis DCC. decidere noluit. in Ver.
Decidere de omnibus rebus rationibúſque ſocietatis pro Quint.
Tuam partem dimidiam magno decidiſti. pro S.R.

Deciſio, in eadem ſententia, vt facere deciſionem.
Vulgo, Conuenire de ſumma aliqua: aut, tantum dare: aut, Tranſigo tantum dicunt, quod quoque in hac

hac ſignificatione vſurpatur.

Dedico. Ignotum hoc in vulgus eſt, ſignificat enim, Deo alicui aliquid conſecrare. Marcellus duo ſe templa dedicaturum Romæ vouerat. in Ver.

Simulacrum Iouis dedicare. in Ver.

Delubrum Homero dedicare. pro Dom.

Simulacrum, aut aram dedicare. pro Arch.

Conſecrare & dedicare publicè aliquem deum. de N.

Ædes Caſtori & Polluci in foro dedicata. pro D.

Domum conſecrare, monumentum facere, in ædibus alicuius ſignum dedicare. pro Dom. Flandrico ſermone, Wyen dicimus, Gallico, *Dedier.*

Dedita opera aliquid facere: non tam vulgare, quam libenter aliquid facere: quod linguæ patriæ ſimile eſt.

Vt igitur hæc ſcirem, dedita opera has ad te litteras (miſi. At.

Opera dedita facere aliquid. de Or.

Deduco. Varia ſignificantur hoc verbo vulgo ignota, vt res eo deducta eſt, &c. pro, In eum ſtatum peruenit: vt imperiti loquuntur: aut, Ad hoc res iam venit.

Rem huc deduxi: vt palàm pugnare poſſetis. in C.

Quem in locum res deducta ſit vides. E.

Eum in locum res deducta eſt, vt. Ep.

Certamen deducere ad extremum. E.

Accommodatur quoque ad ſententias, & animos hominum, quos verbis flectimus: vt Odoror quàm ſagaciſſimè poſſum, quò iudices deduci oratione facillimè poſſe videantur. de Or.

Vt is qui audit, ad fletum miſericordiámque deducatur. de Or.

Illud quod eò, quò intendas, ferat, deducátque cognoſcendum eſt. de Or.

Eloquentia deducimus perterritos à timore, & conſolamur afflictos. de N.

Voluntatem impellere quò velis: vnde autem velis deducere. de Or.

Quem nulla conditio pecuniæ à ſumma integritate continentiáque deduxerit. Qu. Fr.

De præ-

De prauitate animi deducere aliquem. Q. de P.

Quod inſtituit referre de religione, ab eo deduci non poteſt. E.

Neque legis improbiſſimæ pœna deductus eſt, quo minus &c. E.

De ſententia deduci aliquem. At.

De fide deducere aliquem. At.

De animi lenitate deducere. in C.

Eodem modo à mente conſilióque deduci aliquem. in V. pro, A mentem, aut Dementem fieri.

Deducere. Ratiocinatorum quoque vocabulum eſt: quod tam vſitatum non eſt noſtris, quàm Detrahere de ſumma.

Vt boni ratiocinatores officiorum eſſe poſſimus, & addendo, deducendóque videre, quæ reliqui ſumma fiat: Off.

Partitionis caput ſcriptum cauté, vt centum nummi deducerentur. de Leg.

Si in teſtamento deducta ſcripta non eſſent. de L.

Hinc deductio: vt, Certis nominibus deductiones fieri ſolebant. in Ver.

Defero. Honores, voluntates, officia hoc vocabulo aliis offerebantur, quod barbari nunc præſentare dicunt: vt, Ego preſentaui illi meum officium. Sic verò Latini.

Quicquid poſſum, ad hanc rem conficiendam, tibi polliceor & defero. pro Pom.

Omnem ei ſuam auctoritátem, gratiam, copias, opes, ad hoc negotium conficiendum detulit. pro Pl.

Vltro mihi Cęſar omnia detulit. Ep.

Hanc meam voluntatem ad matrem tuam detuli. E.

Eique nec opinanti voluntatem tuam per litteras detuli. E.

Vniuerſum ſtudium meum & beneuolentiam ad te defero. E.

Honores alicui deferre. contra Rul.

Tribuere idem etiam ſignificat.

Ad quem tum Epicurei primas ex noſtris hominibus deferebant. de N.

Defer-

Deferre palmam alicuius rei cuipiam. de Or.
Deferre præmium dignitatis alicui. pro Flac.
Atque iſtam partem vitæ conſuetudiniſque noſtræ totam ad te defero. Ep.
Proponere aliquid & iudicare ſępe ſignificat: vt,
Aliquid ad populum, aut ad aliquem deferre. Off. pro Dom. At. de D.
Te eſſe ſolicitum, multi ad nos deferunt. E.
In his obſeruandum: non ſolum in vitio poni Deferre: ſed in laude etiam. Vſurpatur itidem pro accuſare, ſed trita hęc ſunt.

Deficio. Vis huius verbi ſatis nota, ſed vſus minimè. Hinc fit, vt imperiti dicant: Deficit mihi aliquid, quomodo Cicero nunquã eſt locutus, ſemper enim hoc verbum accuſatiuus conſequitur, nunquã datiuus: vt,
Ea me ſolatia deficiunt. Ep.
Leontina ciuitas me defecit. in Ver.
Si cum in cauſa deficerent omnia. pro Font.
Res me ipſa deficit. Qu. Fr.
Iam me vires deficere cœperunt. De Or.
Vox me citius defecerit, quàm nomina. in Ver.
Iam me dies deficit. in Ver.
Tempus herclè te citius, quàm oratio deficeret. pro (S. R.
Dolorem aliquem non deficere. in Ver.

Definio. Vulgus neſcit hoc verbum iungi cum ablatiuo, idémque valere quod metior, exiſtimo.
Hic tu modum vitæ tuæ non ſalute reipub. ſed æquitate animi definies. pro Mar.
Loca, quæ regionibus orbem terrarum, rebus illius geſtis imperium populi Ro. definiunt. pro Cor.
Res hæ, quas geſſimus, orbis terrę regionibus definiuntur. pro Arch.
Neque æquum eſt tempore & die memoriam beneficij definire. Poſtquam.

Deflagro. Nullis hoc verbum vſitatum eſt, niſi qui in optimis auctoribus ſunt verſati: alij pro eo vtuntur, incendi, exuri, comburi.
Dianę Epheſiæ templum deflagrauit. de N.
Curia Saliorum deflagrauit. de D.

Illę

Illę faces,quibus incenſa L.Bellieni domus deflagrauit. in Ant.

Phaëthon ictu fulminis deflagrauit. Off.

Ædes nympharum manu tua deflagrauerunt. Par.

Deformo, deformari, vetuſtate quę in forma eſt priuari. Conſpurcare dicunt rudes. Sed apud Ciceronem hoc non eſt.

Eius concio, in qua Pompeium ornat, an potius deformat? de Ar.

Aliquis deformatus atque ornamentis omnibus ſpoliatus. pro Quint.

Sed ego hunc omnibus à me pictum & politum artis coloribus ſubitò deformatum vidi. At.

Mortuus, deformatus, tumore pręditus, corpore decoloratus. ad Her.

Si hominem deterrimum poëta aliquis fictis conquiſitíſque vitijs deformatum vellet indicare. de Ar.

Ludi deformati,inquinati, peruerſi,cõturbati.de Ar.

Deformata ciuitas. de Or.

Parietes nudos deformatosque reliquit. in V.

Defugio, pro Fugio, non ita nobis vſitatum vt Ciceroni: vt,Diſputationem,munus,iniurias fortunæ,& eius generis alia: quorũ exempla apud eum quæras.

Defungor,pro liberor, explicor,in vſu non eſt.

Cum ij qui antea metuebant, redirent, & iam defunctos ſeſe periculis arbitrarentur. pro S. R.

Defungi periculis, pro explicari.

Et hoc mendacio, ſi qua pericula tibi impederent,vt defungeremur optaui. Ep.

Dego vitam,ætatem:neque vulgari linguę ſimile, neque vſu nunc tritum.

Quod reliquam eſt vitæ, in otio Rhodi degam. Ep.

Cum Lentulo & Catilina fœdiſſimam & miſerrimam vitam degere. pro Syl.

Degere vitam cum virtute. de Fin.

Degere vitam in egeſtate. pro S. R.

Ad vitam degendam pręparare res neceſſarias. Off.

Degere omnem ętatem in tranquillitate. de Fin.

Amici-

Amicitia nullam ætatis degendę rationem patitur eſſe expertem ſui. de Am.
Degere ætatem inter feras. pro S. R.
Id ſibi quiſque genus ætatis degendę conſtituit, quod maximè adamauit.
Et omne tēpus ætatis ſine moleſtia poſſit degere. Off.
Deguſto, pro Guſto, experior, vulgò ignotum, vt, Deguſtare aliquid : vt, de fabulis aliquid, Ex aliqua re aliquid, Hominem aliquem.
Deguſtabis genus hoc exercitationum mearum, quibus vti conſueui. Parad.
Tu velim, Fabium odorere, & iſtum conuiuam, tuum deguſtes. At.
Deijcio. Cùm honoribus, & ijs quę ſperaſſemus, tribuitur, vulgare non eſt : vt,
Pollicitus eſt, quantum vellent pecuniæ, ſi me ædilitate deieciſſent. I. V.
Quintus Tubero prætura deiectus eſt. pro Mur.
Deijci de vrbis præſidio, & de cuſtodia ciuitatis deturbari. pro Mur.
Si metum hunc Siciliæ deiecero. in Ver.
Nec verò vſquam diſcedebam, nec à republ. deijciebam oculos. I. A.
Tumultuantem de gradu deijci. Off.
Mihi videtur ϛρατήλαξ ille deiectus de gradu. At.
Nos ſæpe aduerſarios noſtros de ſtatu omni deiecimus. Or.
Vidéſne quantum de doloris terrore deieceris. Tuſ.
Hac ſe commemoratione ciuitatis omnia verbera depulſurum, cruciatúmque à corpore deiecturum arbitrabatur. I. V.
Cum Senatum à gubernaculis deieciſſes. pro Do.
De integro. Si hoc vſitatum eſſet noſtris non dicerent, A principio, A nouo.
Eas leges de integro ferri placet. A. in A.
Illud verò vel optimè, quod ita multa mutari volunt, vt mihi de integro ſcribendi cauſa non ſit. A.
Delabor. Non tam hoc notum eſt, quàm Cado, aut decidò : vt,

Ex

Ex vtraque parte tecti aqua delabitur. de Or.
E cœlo diuinum hominem eſſe in prouinciā lapſum. Qu. Fr.
De manibus audaciſſimorum ciuium delapſa arma ipſa ceciderunt. Off.
Iam enim à ſapientum familiaribus ad vulgares amicitias oratio noſtra delabitur. de Am.
A maledictis pudicitiæ ad coniurationis inuidiam oratio eſt noſtra delapſa. pro Cæl.
A maioribus ad minora delabi. Part.
Nam ipſe quotidie mihi delabi ad æquitatem, & ad rerum naturam videtur. Ep.
Cum tu prouectus ſubito, atque delapſus in flumen, nuſquam apparuiſſes. de Di.
Delabi in morbum. At.
Delabi in aliquod vitium. de Or.
Dum autem verbis vtitur ſuis, delabitur in eas difficultates, vt neceſſitatem fati confirmet inuitus. de Fat.
Omnia quæ delapſa iam fluxerunt, ſeueris rebus vincienda ſunt. pro Mur.
Habenda eſt ratio rei familiaris: quam delabi ſinere flagitioſum eſt. Off.
Delabitur interdum, vt dicat opinaturum. Aca.
Delibero. Mihi deliberatum eſt, pro Conſtitutum, ignotum in vulgus, dicunt enim potius, Ego concluſi mecum, quod barbarum eſt.
Mihi deliberatum & conſtitutum eſt, ita gerere conſulatum. contra Rul.
Certum eſt deliberatumque dicere. pro S. R.
Si iam tibi deliberatum eſt, quibus abroges fidem iuriſiurandi, reſponde. pro Qu. R.
Sic habuiſti ſtatutum cum animo ac deliberatum, omnes qui habitarent, &c. in V.
Iſte certè ſtatuerat, & deliberauerat non adeſſe. in V.
Deliciæ. Vocabant veteres eos, aut ea, quibus valde oblectabantur. Cum hominibus tribuitur, pro his dicit, vulgus, Amicus, aut Amica, Carus, aut Cara.
Pyliæ ſalutem dices & Atticæ, delicijs & amoribus meis. At.

Simia

Simia, quam rex Moloſſorū in delicijs habebat. de D.
Sed redeo ad amores deliciáſque noſtras. in Ant.
Scito C. Sempronium, mel ac delicias tuas, calumniā maximo plauſu tuliſſe. Ep.
Deliciæ tuæ Æſopus. Ep.
Quę ciuitas tibi in amore atque in delicijs fuit. in V.
Illi quib. eras in delicijs, vix riſum tenebant. in Vat.
Publicanos habeo in delicijs. At.

Deliteſco. Neglecto hoc verbo rudes linguæ latinæ dicunt, Se abſcondere, Se abſcondiſſe, aut in angulo latere: vt,
Vt eò mitteret amicos qui deliteſcerent: deinde repentè proſilirent. pro Cęl.
Serui in balneis delituerunt.
Stella cum deliteſcens, tum rurſus ſe aperiens. de N.
Beſtiæ in cubilibus deliteſcunt.
Æquitatis iudicium cum erit, caue in iſta frigida calumnia deliteſcas. pro Cęcin.
Sic Arceſilaus, qui cōſtitutam philoſophiam euerteret, & in eorum auctoritate deliteſceret, &c. Ac.

Demigro. Neque propria, neque tranſlata ſignificatio nunc in vſu eſt: ſic igitur reſtituatur.
Demigrandum eſt potius aliquò, quàm habitandum in hac vrbe. pro Dom.
Demigraturi noſtri homines in illa loca ſunt, propter ægrotum aliquem. contra Rul.
A quo repudiatus, ad ſodalem tuum M. Marcellum demigraſti. I. C. (coëgiſti. I. P.
Quos tu demigrare, & aras & focos relinquere
Mentes, quę ex hominum vita ad deorum religionem ſanctimoniámque demigrant. pro R. P.
Multa mihi dat ſolatia, nec tamen ego de meo demigro. At.

Demiſſus & demiſſè, imperitis in ore non eſt, ſed humiliatus, quod aliud ſignificat: aut humiliter, quod non vſitatum eſt, crebrius vſurpare ſolent.
Vidéſne tu illum triſtem & demiſſum? iacet, diffidit, &c. pro Mur.
P. Sylla mœrens, demiſſus erat. At.

Vt ille

Vt ille tum humilis, vt demiſſus erat? At.
Inuenies eum apud ſororem tuam, occultantem ſe capite demiſſo. pro Dom.
Erigebat animum demiſſum, oppreſſum Oppianicus.
Animus humilis atque demiſſus. pro Font. (Cl.
At C. Fabritius à ſubſellijs demiſſo capite diſceſſerat, pro Cl.
Suppliciter ac demiſsè agere gratias alicui. At.
Demiſsè & humiliter loqui. Tuſ.
Vtrum me non reſpondere, an demiſsè reſpondere decuit? pro Dom.
Me tueor, vt oppreſſis omnibus non demiſsè; vt tantis rebus geſtis parum fortiter. At.
Demitto. In ea ſignificatione qua Demiſſus ignotum multis eſt: vt,
Si vincunt, efferunt ſe lętitia: victi debilitantur, animóſque demittunt. de Fin.
Te rogo, ne contrahas, aut demittas animum. Q. F.
In mediocri figura verſabimur, ſi hęc, vt ante dixi, aliquantulum demiſerimus. ad Her.
Illa vſque ad talos demiſſa purpura. pro Clu.
Cum in eum caſum me fortuna demiſiſſet. Ep.
Demortuus. Idem quod Mortuus: tritum non eſt: vt,
Sanxerunt ne quis emeret mancipium, niſi in demortui locum. in Ver.
Altera lex iubet, augurem, in demortui locum qui petat nominare. ad Her.
Alij enim ſunt aliàs noſtrique familiares fere demortui. At. (mortuus. I. V.
Cum eſſet ex veterum numero quidam Senator de-
Denego. Pauci vtuntur eodem modo quo Nego, cum idem valeat: exempla aliunde petantur.
Denuncio. Omnino hoc verbũ in tenebris iacet, quare in lucem eſt proferendum Varia enim veteres eo ſignificabant. Primum nunciare aliquid.
Expectanti mihi tuas quotidie, Lupus noſter ſubitò denunciauit vt ad te ſcriberem. Ep.
Ego autem nunquam, cùm mihi denunciatum eſſet à tuis ire aliquem, non dedi. Ep.

Siculis

In ſumma vbertate ineſt luxuries, quæ ſtilo depaſcenda eſt. de Or.
Depaſci veterem poſſeſſionem Academię ab hoc acuto homine non ſinemus. de Leg.
Dependo, idem quod Pendo: ſed non ita vſitatum & notum noſtris hominibus, hoc igitur modo conſuetudine teratur.
Mihi abiurare certius eſt, quàm dependere. At.
Puto, ſi quid in homine pudoris eſt præſtaturum eũ, ne ſerò quodammodo dependatur. Att.
Dependendum tibi eſt, quod mihi pro illo ſpopondiſti. Ep. (pro S.
Omnes reipubl. pœnas præſenti morte dependerunt.
Litorem legis Semproniæ pœnas reipub. dependiſſe. in C. (Lexicis petas.
Sic *Deperdo*, pro perdo notum eſt: eius exempla ex
Deploro. Significatio nota, ſed vſus obſcurior eſt.
Nam non ſolùm cum accuſatiuo, ſed cum De præpoſitione quoque coniungitur: vt,
De iniurijs deplorare ac conqueri. in Ver. (Ora.
Quæ de altero deplorentur, ad ſuas res reuocare. de
Neceſſariò mihi de ijſdem rebus eſſe arbitror, ſi non ſubtilius diſputandum; at certè dolentiùs deplorandum. pro Seſt.
Depono. Ad inanima transfert crebrò Cicero, noſtri rariùs. Barbari pro hoc dicunt, Ponere aliquid ex corde ſuo, Amouere aliquid ex animo ſuo, Non ampliùs recordari.
Obliuiſcor iniurias, depono memoriam doloris. pro
Deponere timorem. Ep. (Cæl.
Animus mollis & ad accipiendam & deponendam offenſionem. At.
Deponere ſimultatem. Ep.
Deponere inimicitias. de Am.
Deponere inimicitias veteres. pro Cl.
Deponere errorem. in A.
Sin aliter, cùm opinionem hoc ipſo in loco depoſitam & abiectam relinquatis. contra Rul. (Ep.
Tu modò ineptias iſtas & deſideria vrbis depone.
Si au-

Si audierit te ædificationem depoſuiſſe. Ep.
Opprimi me onere officij malo, quam id quod mihi cum fide ſemel impoſitum eſt, aut propter perfidiā abijcere, aut propter infirmitatem animi deponere. pro S. R.
Alijs rebus quoque tribuitur, quas ponimus: vt, Poſſumus petitoris perſonam capere, accuſatoris deponere. pro Qu.
Deponere alienum nomen ipſe maluit, quàm ſuum illis reddere. in A. (&c. Ep.
Vt primum in concione prouinciam depoſui, ſtatim Prouinciam remitto, exercitum depono. in An.
Deponere imperium. Off.
Depoſitis armis, de re pecuniaria diſceptare. pro Q.
Sed quid ego hæc, quæ cupio deponere, & toto animo philoſophari. At.
Deponere aliquid de manibus. At.
Dicitur quoque de pecunia, aut re alia, quam alicuius fidei committimus: vnde *Depoſitum*.
Tribunitij candidati H.S. CCCC. apud M. Catonem depoſuerunt. Qu. Fr. (bamus. Ep.
Rationes mei Quæſtoris Apameæ deponere cogita-
Habere aliquid depoſitum apud aliquem. in V.
Apud me item puto depoſitum. At.
Deponere pecuniam apud aliquem. Off.
Depoſitum. Vt non reddere depoſitum, etiámne furioſo permiſſum facere? Off.
Qui propter auaritiam clàm depoſitum non reddit, quod eſt iniuſtitię. Tuſ.
Deporto. Neque propriè, neque tranſlatè vtitur nunc vulgus hoc verbo, pro Conferre, Ferre.
Mihi placebat, ſi firmior eſſes, vt te Leucadam deportares, &c. Ep.
Non te litteras ex Sicilia in Verrem deportare velle arbitrantur. in V.
Tertia illa tua, quam tecum deportabas. in Ver.
Mittam qui Pantheras alant, & eas deportent. E.
Pompeius bellum in Africa confecit, victorem exercitum deportauit. pro Pom.

Hoc

Hoc ſimulacrum quidam homo nobilis ad ornatum ędilitatis ſuę deportauit. pro Dom.

Nihil ex iſta prouincia potes, quod iucundius ſit, deportare. Ep.

Deportare triumphum ex prouincia. Off.

Aliquod aut in Aſia ſuſceptum, aut ex Aſia deportatum flagitium ac dedecus. pro Mur.

Téque non cognomen ſolum Athenis deportaſſe, ſed humanitatem. de Sen.

Depoſco. Vehementer poſco, vulgare non eſt: facilis tamen eius cognitio: vt,

Depoſcere aliquam rem. Flac. in Acad. pro S. R.

Aut depoſcere aliquid ad aliquid. in Ver. pro Pom.

Sibi aliquid depoſcere. de In. pro Pom.

Qui ſibi has vrbanas inſidias cædis atque incendiorum depopoſcerat. in V.

Sed hanc mihi diſceptationem pro paterna neceſſitudine & coniunctione depoſco. in A.

Deprecor, pro valde precor vſitatum ſatis: vt,

Deprecari ne aliquid fiat. de Fin. pro Mur.

Aut aliquid ab aliquo. in Ver

Aliquid deprecari, pro precibus vrgere & petere. Ep. de Or.

Sed *Deprecari pro altero*, non tam vulgare nunc eſt, quàm intercedere pro aliquo: quod in hoc ſenſu apud Ciceronem non inuenitur, neque Interceſſor, neque Interceſſio: ſed Deprecator, & Deprecatio: quod exemplis, vt clarius fiat, docebimus.

Pro vno filio duo patres deprecamur. pro Plan.

Mater & ſoror deprecantur pro pueris. Att.

Omnia ſemper pro amicorum periculis, nihil vnquam pro me ipſo deprecatus ſum. de Or.

Pro reditu P. Popilij multi cognati & affines deprecati ſunt. Poſtquam.

Deprecari aliquem pro aliquo. Poſtquam.

Deprecor, ſignificat præterea, Precando effugio, aut vito, aut precando obtineo: quod certè vſitatum non eſt.

Neque eſt vllum periculum, quod pro libertate aut refugiam, aut deprecer. Ep.
Qui nullum ſupplicium deprecatus eſt, neque recuſauit. Tuſc.
Iam qui tot ſcelera commiſit, is nullam ab ſeſe calamitatem poterit deprecari. in V.
Vt à me quandam propè iuſtam patriæ querimoniam deteſter ac deprecer. in Ca.
Inuidia remota, quam dies mitigauit, oratio mea deprecata eſt. pro Cl.
Deprecari mortem alicuius. in Ver.
Deprecari iniuriam ab aliquo. Ep.
Non ſupplicium deprecarer. pro Rab. (Syl.
Multorum hic vitam eſt à L. Sylla deprecatus. pro
Deprecator. Filium miſit non ſolum ſui deprecatorem, ſed etiam accuſatorem mei. At.
Cretenſes ad Pompeium legatos deprecatorésque miſerunt. pro Pom.
Sperabam, iudices, honoris potius L. Flacci me auditorem futurum, quàm miſeriarum deprecatorem. pro Fla.
Deprecator fortunarum alicuius. pro Planç.
Deprecator ſalutis meę. pro Seſt.
Poſt temeritatem noſtri Dolabellę, deprecatorem me pro illius periculo præbeo. Ep.
Deprehendo. Et hoc verbum notandum fuit, quòd indocti pro eo dicant, In ipſo facto inuenire aliquem. Latini verò, deprehendere in aliquo facto.
In adulterio deprehendere. de Orat.
In maleficio. de Inuent.
Cum aliqua muliere. Ep.
Aliquam rem deprehendere, vt facinus. pro Cæl. de Cla. pro Flac.
Depromo. Tranſlatè ſæpe vtitur Cicero, hoc modo,
Argumenta alicunde depromere. de Or.
Ex loco aliquo. de Fin.
Ex arte. Ep.
Ex intimis. de Or. pro Clu.
Ex iure ciuili. de Or.

De

De iure ciuili. de Orat.
Primum in Cęſarem maledicta congeſſit, deprompta ex recordatione ſtuprorum ſuorum. in A.
Vereor, ne cui ex Stoicorum diſputationibus, non ex meo ſenſu deprompta hæc videatur oratio. Parad.
Depromere domo alicuius. in V.
Depugno. Vſitatum noſtris non eſt, & tamen idem ſignificat quod pugno: vt,
Depugnare cum aliquo. At.
Aiax depugnaturus cum Hectore. Tuſ.
Torquatus cum Gallo apud Anienem depugnauit prouocatus. de Fin.
Deriuo. Culpam, aut aliquid in aliquem deriuare, non ita nobis vſitatum vt Ciceroni: dicimus potius Reijcere culpam in aliquem: pro quo Cicero vſus eſt Deriuare: vt,
Dicam enim, non deriuandi criminis cauſa, ſed vt factum eſt. pro Mil.
Id poterat inficiari, poterat in alios deriuare. At.
Quid eſt, quamobrem putes te tuam culpam non modo deriuare in aliquem, ſed communicare cum aliquo poſſe? in V.
Conſiderandum eſt, ne tota cauſa mutata, in aliam cauſam deriuetur. ad Her.
Alijs rebus quoque attribuitur: vt,
Et cogeris partem aliquam in Aſiam deriuare curę & cogitationis tuæ. in Acad.
L. Domitius aliò reſponſionem ſuam deriuauit. in V.
Iuſtitia nihil in ſuam domum inde deriuat. Tuſ.
Derogo, pro, Non tribuo: vnum de illis verbis, quæ à multis aut ignorantur, aut negliguntur: vt,
Quomodo iſti, ſi ſomnium verum euaſit aliquod, non ex multis potius vni fidem derogant, quàm ex vno innumerabilia confirmant? de D.
Derogare aliquid de dignitate populi. de In.
Non ego nationi huic fidem derogo. pro Flac.
De aduerſarij teſtium fide derogatur. pro Cæc.
Quorū virtuti & reb. geſtis fidem & auctoritatem in teſtimonio inimicitiarū ſuſpicio derogauit. pro Fr.

Dignáne cauſa videatur, quare aut de magnificentia aut de honeſtate quiddam derogetur. de In.

Derogare aliquid de lege, abrogare legem, &c. de In.

Cùm oſtenditur id factum eſſe, quod ea lex ſanciat, cui legi abrogatum vel derogatum eſt. ad Her.

Non enim mihi tantū derogo, tametſi nihil arrogo, vt te copioſiùs quàm me putē poſſe dicere. pro S. R.

Deſcendo. Tam eleganter Cicero hoc verbum multis rebus non locum ſignificantibus attribuit, quàm nunc à multis negligentia præteritur: vt,

Videre quò deſcendam iudices. pro Font.

Viri boni, cùm experiundi poteſtas non eſt, timidè & pedetentim huc deſcendunt. pro Qu.

Subitò nunc mutata voluntate ad accuſandum deſcendere. in V.

Non qui odio inimicitiarum ad accuſandum, ſed qui ſtudio accuſandi ad inimicitias deſcenderet. pro M.

Sic conſtituetis iudices, non deſcenſurum quenquam ad hanc accuſationem fuiſſe, cui vtrum vellet, liceret. pro Cæl.

Quanto minus eſt ad iuris ciuilis perdiſcendi occupationem deſcendendum. de Or.

Si nihil in Lepido ſpei ſit deſcenſurum ad extrema, &c. Ep. (vt aut, &c. E.

Alterutram ad conditionem deſcendere vult Cęſar,

Ad omnem animi remiſſionem ludumque deſcendere. in V.

Conſenſus P. Ro. iam deſcendit in cauſam. in A.

Deſcendere in aliquod certamen. Tuſ.

Deſcendere in magnam dimicationem vitæ. ad Her.

Deſciſco, pro deficio, notum paucis nunc eſt: ſic enim Romani ſunt vſi:

Deſciſcere à repub. in Aced.

A ſenatu. de Ar.

A patribus. ibidem.

A ſe nōn deſciſcere. At. (deſciſcere. Ep.

Ab excitata fortuna ad inclinatam, & propè iacentem

Ab inſtitutione aliquā. de Fin.

A vita deſciſcere. de Fin.

A ve-

A veritate. Acad.

Deſcribo. Qui non à doctis latinè didicerunt, ignorantia huius verbi, Transcribo aliјs modis vtuntur.

A b aliquo aliquid deſcribere, ſignificat quod Barbari dicunt, ex alicuius exemplari aliquid tranſcribere: vt,

Scripſit Balbus ad me, ſe à te quintum de Finibus librum deſcripſiſſe. At.

Mirificè Cerelea ſtudio videlicet philoſophiæ flagrans deſcribit à ſuis iſtos ipſos. de Finibus. At.

Multos etiam fugit, *Deſcribere* idem valuiſſe apud veteres, quod diſtribuo, Partio.

Flaccus deſcripſit pecuniam ad Pompeij rationē, quæ fuit accommodata L. Syllę deſcriptioni. pro Fl.

Vectigal, quod Græcis æqualiter deſcripſerat. Qu. Fr. pro Flac.

Ciuitatibus pro numero militum pecuniarum ſummas deſcribere. in V.

Dena deſcribit in ſingulos iugera. cont. Rul.

Deſcripſiſti vrbis partes ad incendium. in C.

Quorum bona ſuis comitibus compotoribusque deſcripſit. Poſtquam.

Quæ mihi videtur non tam ipſa aquila, quæ deſcribitur, quàm Platonis oratione creuiſſe. de Or.

Ius ciuium generatim in ordines ætateſque deſcriptum. ibidem.

Deſcribere ſuum cuique munus. Qu. de Pet.

Deſcribere àliquid in multa genera. de Or.

Deſcribere, & deſcriptio, pro oratione aliquem depingere, & conſpectui ſubijcere: vt, Si qua mulier ſit eiuſmodi, qualem paulò ante deſcripſi, vita inſtitutoque meretricio. pro Cæl.

Nónne me herculè contumelię cauſa deſcribam quemquam præſertim ingenioſum. in Par.

Hominum ſermones moreſque deſcribere. Orat.

Solers ſubtiliſque deſcriptio partium in figuris animantium. de Na.

Deſcriptio, quàm Græci *χαρακτηρισμὸν* vocant, qualis ſit auarus, qualis aſſentator, cæteraque eiuſdem ge-

 neris,

neris, in quibus natura & vita deſcribitur. Top.
Horum exempla & deſcriptiones in preceptis elocutionis continentur. de In.
Deſpero. Significatio nota fortaſſe ſatis eſt huius verbi: ſed vſus minus eſt. nam quis nunc de vulgo ſic loquitur?
Serui deſperantes vitam domini. pro Mil.
Deſperare honores, vel aliquam rem. in C.
Deſperare de aliqua re. Ep. (Fr.
Siue reſtituimur, ſiue deſperamur, nihil opus eſt. Qu.
Eſſent illi quidē deſperandi, ſed tamen ferendi. in C.
Cum Datiuo. Is eum promiſſis ſuis excitauit, & ſimul ſaluti deſperare vetuit. pro Clu.
Bonos viros lugere malui meas fortunas, quàm ſuis deſperare. Poſtquam. (ſunt. in P.
Qui cum oppido deſperaſſent, munire arcem cœpe-
Quoniam ſibi hic ipſe deſperat. pro Mur.
Deſperare ab aliquo. in Piſ.
Deſtino, pro conſtituo, decerno, attribuo: vt, (Off.
Cum eorū alteri Dionyſius diē necis deſtinaſſet, &c.
Qui locus orbis terræ iam non erat alicui deſtinatus? pro Seſt.
Sed ſi Plācus deſtinat, tum haberes difficultatem. At.
At ego iam deſtinaram.
Quod tibi deſtinaras Trapezophoron, ſi te delectat, habebis. Ep.
Non eſt animus hic tibi deſtinatus. Ep.
Si prius aperuerimus, quid oporteat ab ambobus in cauſa deſtinari, quò ratio omnis totius orationis conferatur. ad Her.
Deterior. Reſtituendum hoc nomen eſt, quòd & res & vſus eius à multis neſciatur. Sic enim Latini locuti ſunt. (eſt. de Or.
Quicquid detraxeris, vitioſius & deterius futurum
Rem non fecit deteriorem, haud ſcio, an fructuoſiorem. At.
Si corrigere aliquid volet, deterius id faciet. de C.
Res verbo fieri interdum deterior ſolet. in Aca.
Niſi hoc ſtatuiſſes, quicquid dixiſſes, te deterius eſſe factu-

factum. in Ver.
Natura non optima putanda potiùs, quàm deterrima. de N.
Eſſe deteriori iure, quàm cæteri ciues. pro Cæc.
Non ideo eſt Gaditanorũ cauſa deterior, grauiſſimis enim & pluribus rebus eſt fulta. pro Cor.
Deteriore tempore abſens auctionatur. pro Qu.
Ego valeo ſicut ſoleo, paululò tamen etiam deterius quàm ſoleo. Ep.
Tertius verò ille finis deterrimus, vt quanti quiſque ſe ipſe faciat, tanti fiat ab amicis. de Am.
Deteriores iugulare cupio, meliores vincere. in A.
Homo deterrimus. ad Her.
Theophraſtus auctor haud deterior, mea quidẽ ſententia. de Leg.
Hetruſci libri deteriores, & repulſos hos appellant; quorum & mentes & res ſunt perditæ. de Ar.
Deturbo, idem quod deiicio, neglectum à noſtris: vt, Tyndaritani ſtatuam iſtius deturbarunt. in V.
Cùm parietes diſturbabas. Parad.
Quòd ſi cæmentum bonum non haberem, deturbarem ædificium. Qu. Fr.
Tranſlatè. Deturbare aliquem de poſſeſſione. Pa.
De fortunis omnibus P. Quintius deturbandus eſt, pro Quint.
Illi ſtatuam iſtius deturbant, affligunt, comminuunt, diſſipant. in P.
Deturbari ſpe & poſſeſſione. Ep.
Sed hoc ſcito tuos veteres hoſtes, nouos amicos, vehementer litteris perculſos, atque ex magna ſpe deturbatos iacere. Ep.
Deuincio, & deuinctus ſum. Si noſtri homines ſcirent, tranſferri crebrò hoc verbum ad beneficia & officia, quibus aſtringimur, non diſcerent, Obnoxium facere, obnoxius ſum. Sed ſic eſt Cicero locutus.
Sanguinis autem coniunctio & beneuolentia deuincit caritate homines. Off.
Ipſum præterea ſummo officio, & ſumma obſeruantia tibi in perpetuum deuinxeris. Ep.
Cuius Officijs me eſſe deuinctum confiteor. Ep.

Cleomenes ab iſto donis beneficijſque plurimis deuinciebatur. in V.

Tũ viros optimos & homines honeſtiſſimos ſummo beneficio in perpetuũ tibi tuisq; deuinxeris. Epiſt.

Tenere aliquem deuinctum largitione. pro Plan.

Is totam Hortenſiorum domum deuinctam conſuetudine tenebat. (de clar. Orat.

P. Craſſus cum Seruio Galba affinitate ſeſe deuinxit.

Quem non ſolum ſermone meo, ſed etiam familiaritate deuinxi. Q. Fr.

Iis ſtudijs, quibus vterque noſtrum deuinctus eſt. E.

Hic tibi tua prȩſtanti in eum liberalitate deuinctus eſt. Ep.

Alijs item tribuitur: vt, Deuincire ſpe aliquem, aut alia, quorum exempla ex Lexicis petas.

Diffido. Non ſignificat, quod vulgus putat, Fidem non adhibeo: ſed deſpero, non confido: vt,

Eudemus grauiter æger fuit, vt omnes medici diffiderent. de D.

Diffidens & deſperans rebus ſuis. in P.

Vidésne tu illum triſtem, demiſſum? iacet, diffidit, abiecit haſtas. pro Mur.

Qui autem diffidit perpetuitati bonorum, timeat neceſſe eſt. de Fin.

Is certè potius, qui ſibi alia ratione diffideret, quàm is qui omni ratione confideret. pro Clu.

Aliquem fugientem excipere, diffidentem rebus ſuis confirmare. pro Pom.

Diffidere ſibi. de Pro.

Nihil affirmabo, quæram omnia, dubitâs plerumque, & mihi ipſe diffidens. de D.

Huic incipio ſententiæ diffidere. Tuſ.

Cum infinitiuo. Tanta adhibebatur à nobis diligentia: vt rem poſſe confici non diffiderem. Qu. Fr.

Diffido me poſſe in hac cauſa conſiſtere. pro Q. Fr.

Inuenire ſe poſſe, quod cuperent, diffiſi ſunt. Aca.

Experiri id nolis, quod te aſſequi poſſe diffidas. Or.

Eloquentia, quam omnes ſe aſſequi poſſe diffiderent. Or.

Diffun-

Diffundo. Tranſlatè crebrò vtitur Cicero, quod rariùs à noſtris fieri videtur: vt,

Virtus ex bonis amicis quaſi diffunditur, & incommodis contrahitur. de Am.

Error tam longè latéque diffuſus. de Fin.

Ius ciuile, quod nunc diffuſum & diſſipatū eſt, cogere, & ad artem redigere. de Or. (Seſt.

Numerus optimatum latè & variè diffuſus eſt. pro

Cn. Pompeij latè longéque diffuſa laus. pro Cor.

Sol diem efficit toto cælo luce diffuſa. de N.

Dij vim ſuam longè latéque diffundunt. de D.

Terra ſemen tepefactum complexu ſuo diffundit. de Sen. (fuſa ramis. de Or.

Platanus ad opacandum aliquem locum patulis dif-

Dilabor. Etſi propria vis huius verbi nota eſt: tranſlata tamen non item: præſertim cùm pro concidere, effugere, aut obliuiſci vſurpatur: vt,

Præclariſſimè conſtituta reſpub. dilapſa eſt. Off.

Malè parta, malè dilabuntur. in Acad.

Sunt alij plures fortaſſe, ſed mea memoria dilabuntur. in Acad.

Sed intento opus eſt animo, ne omnia dilabantur, ſi vnum aliquid effugerit. Tuſc.

Diloricare tunicam, aut veſtem dixit Cicero: pro quo vulgus diſcingere, religare, aperire.

Qui in cauſa perorãda non dubitauit excitare reum conſularem, & eius diloricare tunicam. de Or.

Dimoueo, pro Remoueo: non tam in vulgus notum, quàm Ciceroni vſitatum eſt: vt,

Quòd in Oratorijs libris perſonam deſideres Scæuolæ, non eam temere dimoui. Att.

Similis à repub. labes in poſterum dimouebatur. pro D. (poſſe dimoueri. in V.

Quo ego adiumento ſperabam hanc à me moleſtiam

Odium à nobis dimouere, & in alios ſtruere. Or.

Dimouere aliquem de curſu ſuo. pro Seſt.

Vis, quæ formidine animum perterritum loco ſæpe, & certo de ſtatu dimouet. pro Cæc.

Dimoueri & depelli de loco.

Vt ne quis te de vera & certa poſſit ſententia dimouere. in Ver.

Dimouere aliquem loco ſuo. pro Planc.

Virtus nunquam poteſt dimoueri loco. in Acad.

Ex ea poſſeſſione rempub. dimouere, ex qua Syllæ dominatio non deieciſſet, contra Rul.

Voluptas mẽtem ex ſua ſede & ſtatu dimouet. Parad.

Diœceſis. Ea voce græci nominabant procurationẽ & adminiſtrationem regionum, partiũ regni, aut prouinciæ alicuius. Ea enim in διοικήσεις diſtribuitur, hoc eſt, in vicos quoſdam, qui communi iure ſunt & vtuntur: & ab eo qui pręeſt, ius dicitur certo aliquo loco & tempore, quò omnes iſtius diœceſis homines conueniunt. Eadem ratio apud nos eſt: vt regnũ diſtribuatur in certas regiones: quas Flãdrica lingua vocamus lantgerecht; Gallico-Latinè Balliuias vulgus nominat: Vicos etiam nonnulli appellant. Latini nullo proprio nomine, ſed communi idem exprimunt: vt Procuratio, Adminiſtratio. Qui præeſt, διοικητὴς dicebatur; Procurator, aut Adminiſtrator latinè, Germanicè ein Vogt, landtvogt. Gallicè, *Ballifs*, *&c*. ab alijs, Satrapa aut Satrapes: quod Perſicum eſt.

Mirifica expectatio Aſiæ noſtrarum diœceſium. At.

Vt me omnium illarum diœceſium, quæ cis Taurum ſunt, omniumque earum ciuitatum magiſtratus legationéſque conuenirent. Ep.

Deinde ſi quid habebit cum aliquo Helleſpontino controuerſiæ, vt illam διοίκησιν reijcias. Epiſt.

Diœcetes. Rabirius Diœcetes fuit regius. pro R. P.

Dirigo. Significatio non tam obſcura, quàm vſus nunc eſt. Nam tametſi vulgus intelligit quomodo cum præpoſitione Ad coniungatur: vt Dirigere puerum ad aliquam opinionem, Aliquid dirigere ad aliquid: non conſueuit tamen cum Ablatiuo iungere hoc modo.

Sed tamen ad extremum vtilitate putat officium dirigi magis quàm honeſtate. Off.

Honeſtate dirigenda vtilitas eſt.

Fines

Fines bonorum,quos vtilitate aut voluptate dirigunt.
de Fin. (dit.de D.
Lituo Romulus regiones direxit,tum vrbem condi-
Nec ſunt rythmicorũ aut muſicorum acerrima nor-
ma dirigenda. de Or.
Diſcedo. Fiunt & hoc verbo quędam loquendi formę,
quas imperiti noſtris temporibus ignorant.
Vt,Cælum aut terram diſcedere. Noſtri homines po-
tiùs, Aperire ſe cælum aut terram dicunt. Sic verò
Latini: Cùm cælum diſceſſiſſe viſum eſt, atque in
eo animaduerſi globi. de D.
Marſico bello cælum diſceſſit.
Cæli diſceſſus.
Qui, cùm terra diſceſſiſſet magnis quibuſdam imbri-
bus, in illum hiatum deſcendit. Off.
Alijs quoque rebus,non locis attribuitur: vt, A men-
te,aut animo diſcedere. Noſtri in ecſtaſin incidere.
Is magnitudine timoris à conſtantia atque mente,at-
que à ſe ipſo diſceſſit. de D.
Sic à ſe diſcedere, pro immutari,& ſui diſſimilẽ fieri.
Cælius diſceſſu meo diſceſſit à ſeſe. de Cla.
Pro Abire: vt, Modò audiui quartanam à te diſceſ-
ſiſſe. At. (Ver.
Si iſtius hæc tanta iniuria impunita diſceſſerit. in
Diſcepto, pro dijudico, aut cognoſcendo & audiendo
cauſam aliquam iudico, & controuerſiam dirimo,
vſitatum nunc non videtur. Quin potiùs vulgus
idem valere putat, quod contendo. nam Diſceptare
cum aliquo, inter ſe, multi dicũt. Sed Cicero nun-
quam ſic eſt vſus: vt,
Et iſti eſt præpoſitus quæſtioni,qui hæc iuſtè ſapien-
terque diſceptet. pro Mil.
Si hanc cauſam in foro dicerem, eodem audiente &
diſceptante. pro Diot. (rent. Tuſ.
Cùm Academici Stoicorum controuerſias diſcepta-
Feciales bella diſceptanto. de Leg.
Rei ſunt omnes, quorum de re diſceptatur. de Or.
Qua de cauſa definitiones ad omnia, de quibus diſ-
ceptabatur, habebant. Acad.

Sic *Diſceptatio.* Hinc *Diſceptator*, pro iudice: nūquā verò, quod vulgus putat, pro Diſputatore, aut Litigatore, aut eo qui de re aliqua contendit, apud Ciceronem inuenitur.

Iuris diſceptator, qui prauata iudicet, iudicarìue iubeat, prætor eſto. de Leg.

Quorum alterum perſæpe diſceptatore domeſtico iudicatur. pro Cęcin.

Populum Rom. diſceptatorem non modò non recuſo, ſed etiam depoſco. contra Rul.

Vel ſeueriſſimis diſceptatoribus M. Cælij vitam me probaturum eſſe confido. pro Cal.

Diſceptator, id eſt, rei ſententiæque moderator. Part.

Diſcutio. Transfert ſępe hoc Cicero ad ea quę aut deteguntur, aut pelluntur: vt,

Diſcutienda ſunt ea, quę obſcurant, & quę ſunt eminentia & prompta, ſumenda. de Or.

De Comageno rege, quod rem diſcuſſeram, mirificè mihi blanditur Appius. Qu. Fr.

Diſcutere captiones alicuius. Acad.

Diſcuſſa eſt illa caligo, quàm paulo antè dixi, diluxit, patet, videmus omnia. Acad.

Pro *pellere*; vt Modò cædem timueramus quam oratio fortiſſimi ſenis Qu. Conſidij diſcuſſerat; eā quam quotidie timere potueramus, ſubitò exorta eſt. At.

Cum eorum aduocationem manibus, ferro, lapidibus diſcuſſiſti. pro Dom.

Dij faciant, vt hoc periculum, quod &c. diſcutiam & comprimam. pro Mur.

Diſiungo & diſiunctio, nota ſatis ſunt. Sed diſiunctum eſſe ab aliquo, pro differre, alienum eſſe, fugere multos videtur: vt,

Græci longè à noſtrorum hominum grauitate diſiuncti. pro Seſt.

Quæ vita eſt maximè diſiuncta à cupiditate, & cum officio coniuncta. pro S. R.

Mores enim longiſſimè à tanti ſceleris atrocitate ſunt diſiuncti. pro Cæl.

Ætolia

Ætolia procul à Barbaris diſiuncta gentibus. in P.
Quorum mentes longè à communi ſalute diſiunctæ ſunt. Att.
Quod longiſſimè eſt ab imperitorum intelligentia ſenſúque diſiunctum. de Or.
Duo loca diſiunctiſſima, maximéque diuerſa. in P.
Nihil eſt diſiūctius ab ea cogitatione, quæ, &c. Acad.
Diſiunctiſſimę terræ. Ep. inter quas longum interuallum. Sic interuallo locorum & temporum diſiunctos eſſe. Ep. Barbari, Valdè longè à ſe inuicem abeſſe.
Diſpertio, in varias & multas partes diſtribuo, tritum noſtrorum ſermone non eſt: itaque à Cicerone eius vſum accipiant.
Redeunt rurſus ad coniecturam, cámque in quatuor genera diſpertiunt. de Or.
Diſpertire orationem in membra. de Cla.
Pecuniam illam iudicibus diſpertiendā eſſe. pro Clu.
Bona verbo redigenda, re diſpertienda. I. V.
Romani homines, qui tempora voluptatis laboriſque diſpertiunt. pro Mur.
Deinde eorum generum quaſi quædam membra diſpertiat. de Orat.
Diſpertitus, a, um. Mihi tecum ita diſpertitum officium eſt. E.
Satius exiſtimo vos diſpertitos, & in ſpeculis eſſe. At.
Diſpicio, Iudicio aliquid perſpicio: prę ſertim id quod confuſum eſt & varium, iudicio ſeparo, & eius cognitionem apprehendo. (Di.
Imbecillus animus verum diſpicere non poteſt. de
Si diſpicere quid cœpero: ſcribam ad te. At.
Nunc velim diſpicias res Romanas. At.
Sed ego quid ſperem, non diſpicio. Qu. Fr.
Cùm diſpicere cœperimus, & ſentire quid ſimus. de
Tamen acie mentis diſpicere cupiebant. Tuſ. (Fin.
Diſrumpor, ſi noſtris tam notum eſſet, non dicerent Crepari dolore, inuidia: pro quo Cicero ſic eſt locutus. (Dom.
Quare diſrumpatur licet iſta furia, bis ſeruaui. pro

Diſrumparis licet. At.
Diſrumpuntur ij, qui me poſſe aliquid doluerunt. At.
Diſrumpor dolore. At.
C. Coſconius noſter, quem, diſrumperis, cùm ædilitium vides. in Vat.
Diſſentio. Significatio vulgaris eſt, ſed vſus non item. Quis enim nunc dicit, Diſſentio tecum, pro à te? Sic tamen apud Ciceronem ſæpe inuenies: vt,
Diſſenſit cum Mario clariſſimo conſul nobiliſſimus & fortiſſimus.
L. Sylla cum Octauio Collega diſſenſit. pro Syl. Off.
Cùm videtur ſcriptoris voluntas cum ſcripto diſſentire. ad Heren.
Diſſipo. Vim & vſum huius verbi noſtra ætate ij non tenent, qui dicunt, Vnum huc, alterum illuc proijcere. Vnam partem huc, alteram illuc diſpergi, in multas & varias partes diſtrahi, & alijs modis, quos omnes enarrare non poſſum.
Ignis quocunque inuaſit, cuncta diſturbat ac diſſipat. de Nat. (diſſipant. in P.
Illi ſtatuam iſtius deturbant, affligunt, comminuunt,
Euerſa domus eſt, diſſipati liberi, rapta coniux. pro Seſt.
Simia omnia, quæ erant ad ſortem parata, diſturbauit, & aliud alio diſſipauit. de D.
Medeam prædicant in fuga fratris ſui membra in ijs locis, quà ſe parens perſequeretur, diſſipauiſſe. pro Pom. (claſſem.
Capere, occidere, & diſſipare hoſtes. & Diſſipare
Facilius eſt apta diſſoluere, quàm diſſipata connectere. Or.
Amicitia omnia contrahit, diſcordia diſſipat. de Art.
Omnia quę ſunt cõcluſa nunc artibus, diſperſa & diſſipata quondam fuerunt. de Or.
Genus hominum in montibus & ſyluis diſſipatum. de Or.
Ius ciuile, quod nunc fuſum & diſſipatum eſt, in certa genera cogere, & ad artem facilè redigere.
Qui diſcedere animum cenſent, alij diſſipari ſtatim, alij

alij diu permanere, alij, &c. Tuſc.
Diſperdere ac diſſipare patrimonium. contra Rul.
Diſtributis partibus ſermo eſt tota Aſia diſſipatus, &c. pro Flac.
Diſſipare famam vel rumorem. in Acad.
Cum iſtius amici ſermones huiuſmodi diſſipauiſſent, me, &c. in Ver.
Diſſoluo. Etſi ſatis nota eſt propria eius ſignificatio, quæ eadem eſt, quæ Soluo: Diſſoluere tamen pro Satisfacere imperiti rarò vſurpant.
Diſſoluere æs alienum. pro Syl.
Facilius eſt apta diſſoluere, quàm &, pro Qu.
Pecuniam tenere, nec quicquam vlli diſſoluere. in V.
Illi turpe erit eo nomine, quòd ſatiſdare debeat, procuratores eius non diſſoluere. At.
Ego verò Lycurgo maximam gratiam habeo, qui me eâ pœna mulctauerit, quam ſine mutatione, & ſine verſura poſſem diſſoluere. Tuſc.
Neque item *Diſſolutus*, pro Nimium remiſſus, & ignauus nunc teritur.
Verres negligens ac diſſolutus. in Ver.
Diſſolutus in re familiari, ac negligens. pro Qu. & Diſſolutus, profuſus, perditus, nepos.
Adoleſcens perditus & diſſolutus. Tuſ.
Diſſoluta Græcorum conſuetudo, & impudens licentia. pro Flac.
Conſilia diſſoluta & perdita. contra Rul.
Diſtineo. Negligitur item & hoc verbum à multis, quo ſic eſt vſus Cicero.
Ex eo colligere poteris, quanta occupatione diſtinear. At. (Ep.
Nam antea diſtinebamur maximis occupationibus.
Nos hic multitudine & celebritate iudiciorum ita diſtinemur, vt quotidie vota faciamus, ne intercaletur. Ep. (re non poſſit. At.
Sylla tot tantíſque negotijs diſtentus eſt, vt reſpira-
Metuendum eſt ne imperita multitudo per me pacem diſtineri putet. in A.
Diſturbo. Significat quòd Flandricè dicimus, vander ein ander

ein ander werffen, vnder einander ſchuttelen. Gallicè *mettre par terre*. Quod cũ latinè vulgus ignoratione huius verbi reddere non poteſt, abſurda multa vſurpat, quæ Cicero ſic protulit:
Simia & ſortes ipſas, & cætera quæ erant ad ſortẽ parata, diſturbauit, & aliud alio diſſipauit. de D.
Domum aliquam operis diſturbare. Or.
Diſturbata porticus Catuli, quę reficiebatur, & ad tectum iam penè peruenerat. At. pro Dom.
Diſturbari tecta, diripi fortunas. pro Dom.
Quibus ſpectantibus domus mea diſturbaretur, diriperetur. pro Dom.
Pontes deturbat, ciſtas deijcit. ad Heren.
Qui fidem lædit, quantum in ipſo eſt, diſturbat vitę ſocietatem. pro S. R.
Si hoc diſſuadere eſt, ac non diſturbare atque peruertere. contra Rul.
Vi & armis diſturbare iudicia. pro Syl.
Cum quidam agrariam curationem ligurirent, diſturbaui rem, totámque integram vobis reſeruaui. Ep.
Ditio, imperium & poteſtatem ſignificat: ſed omnes modi loquendi noti non ſunt noſtris hominibus.
Quę in eorum regno ac ditione ſunt. in Ver.
Cæſar totam Galliam in noſtram ditionem redegit. de Pro.
Vrbeſque Achaiæ multas ſub imperium populi Romani in ditionémque ſubiunxit. in V.
Tenere aliquem in ſua poteſtate & ditione. contra Rul.
Priuatorum etiam eſt poteſtas: quod vulgò omnino ignoratur. In ditione ac poteſtate alicuius eſſe. pro Qu.
Si fas eſt reſpirare P. Quintium contra nutum ditionémque Neuij.
Diuulgo. Multi ignorant & propriam vim huius verbi, & vſum: itaque à Cicerone diſcant: is enim hoc verbo ſignificauit, quod Barbari volunt, cùm dicunt, aliquid inter homines diſpergere, Aliquid omnibus in ore dare, Omnibus copiam facere.
Inimici

Inimici hanc rem ſermonibus diuulgare voluerunt. pro Font.
Hæc nullo pacto diuulganda ſunt. in A.
Non ſupprimenda res erat, ſed diuulganda. Bru.
Quare viſum eſt occultius agendum, neque vllo modo diuulgandum, de te iam eſſe confectum. Ep.
Hunc librum etiamſi minus veſtra commendatione, tuo tamen nomine diuulgari neceſſe eſt. Ora.
Volo eum librum diuulgari. At.
Do. Omnes formæ loquendi huius verbi tritæ non ſunt: vt,
Da quæſo te huic etiam generi litterarum. Aca.
Neque ſermonibus vulgi te dederis. de Som.
Da te homini. Ep.
An ijs me dem, qui tenent, qui potiuntur? At.
Dare ſe ad aliquam rem faciendam. N.
His litteris ſcriptis me ad συντάξεις dedi. At.
Si te ad ius reſpondendum dediſſes. de Leg.
L. Scæuola nemini ſe ad docendum dabat. de Cl.
Qui ad meam gloriam augendam tanto ſtudio te dediſti. Qu. de Pe.
Dare ſe ad lenitatem. Ep.
Is dedit ſe in conſuetudinem, &c. in Pom.
Is benè penitus in iſtius familiaritatem ſeſe dedit. in V. (contra Rul.
Familiariter me in eorum ſermonem inſinuo ac do.
Is ſe in cruciatum dare cupit, dum hac de re quæratur. pro S. R. Dare ſe in tormenta. Tuſ.
Dominatio. Idem valet, quod Græcè Tyrannis: ſed quia vulgus dominium in ore habet, pro dominatione aut dominatu, diſcat hic dominium apud Ciceronem pro Tyrannide aut dominatu & imperio non inueniri. Sic potiùs ille eſt locutus.
Idem fecero, quod in Cinnæ dominatione, & Marij tyrannide Philippus. At.
Non modò crudelis & ſuperba dominatio nobis, ſed ignominioſa etiam & flagitioſa eſt ferenda. in An.
Dominationem expectant, rerum potiri volunt. in
Dominatio quæſita ab vtroque eſt. (Ver.
Domi-

Dominatus in vitio. Vrbs ab Alexandro tyranno crudeli dominatu premebatur. de D.
Dominus eſt, inquit, Alexandrię, imò verò in ſuperbiſſimo dominatu fuit. pro R. P.
L. Brutus populum Romanum dominatu regio liberauit. pro Dom.
In laude. Terrenorum commodorum omnis eſt in homine dominatus. de D.
Digniſſimus poteſtate & dominatu omnium rerum. de N. (di. in Acad.
Caſſio mea ſententia, dominatum & principatum de-
Cum autem aſſumpta ratio eſt, tanto in dominatu locatur, vt omnia illa prima naturæ, huius tutelæ ſubijciantur. de Fin.
Dubitanter aliquid agere) (contrarium eſt, fidenter, aut confidenter, vulgare non eſt.
Sine vlla affirmatione quærentes, dubitanter vnumquodque dicemus. de Inuent.
Verecundè dubitantérque facere aliquid. de Cla.
Spes poſteritatis, qua ſublata, non dubitanter occidam. Oct.
Dubitanter) (Fidenter. de N.
Dubium eſſe, Venire in dubium: & iſtiuſmodi alia obſeruanda quoque ſunt.
De hac re dubium non eſt: At.
Si dubium tibi eſt, poſſe te illius regni potiri, conandum non eſt: ſin exploratum, non eſt cunctandú. E.
De ciuitate in dubium venire. pro Cęcin.
Alij non veniunt in dubium de voluntate. At.
Non eò dicó, quò mihi in dubium veniat tua fides. pro Quint.
Acta Cæſaris in dubium ventura videntur. At.
Quæ res eſt, quæ cuiuſquam animum in hac cauſa dubium facere poſſit? pro Pom.
Hæc autem habere dubia, adhorrere à ſapientia eſt.
Vocare aliquid in dubium. de Inu. (Acad.
Quę in dubium vocarentur, &c. de Or.
Omnia in dubium, incertúmque reuocari. pro Cæc.
Duco. Multis & varijs rebus hoc verbum tribuitur: quæ

quæ verò à conſuetudine vulgari diſcedunt ſolum notemus. Primum origo & initium rerum hoc verbo ſignificatur: vt,
Ex quatuor temporum mutationibus, omnium, quæ in terra marique gignuntur, initia cauſæque ducuntur. de N.
Viæ ab inteſtinis ad iecur ductæ ac directæ.
Sed ab ijs partibus quæ ſunt honeſtatis, quemadmodum officia ducerentur, ſatis expoſitũ videtur. Off.
Qui commendationem ineuntis ætatis à ſcelere duxerit. pro De.
Ab eodem verbo ducere ſæpe orationem. Or.
Ac video hanc primam ingreſſionem meam non ex oratoris diſputationibus ductam, ſed è media philoſophia repetitam. Orat.
Neque attendit eos ipſos, vnde hoc ſimile ducit, aliter. de Or.
Hinc Pomponij ductus eſt ſermo. de Or.
Omnis ille ſermo ductus è percũctatione filij, de Cla.
Aliquis è quo ſimilitudinem duceret. Or.
Alicuius rei rationem ducere, pro habere, vulgare non eſt: vt, (nit. pro Qu.
Officij rationem, atque exiſtimationis duci conue-
Officij rationem in omni vita, non commodi eſſe ducendam, pro Seſt.
Duxi meam mecum rationem. At.
Debere eum aiebat ſuam quoque rationem ducere, multa ſibi opus eſſe. in V.
Non vllius rationem ſui commodi ducit. pro S. R.
Item. *Duci aliqua re*, pro Commoueri, & delectari,
Qui eloquentiæ laude ducitur. Orat.
Qui in periculis cum laude & virtute verſantur, ſpe poſteritatis fructúque ducuntur. pro Rab.
Alij emendi quæſtu & lucro ducuntur. Tuſ.
Qui ſtatuarum honore & gloria ducitur. in V.
Ita credo, litteris eorũ Chryſogonus ducitur. pro S. R.
Sic etiam, *Animam*, *ſpiritum*, *vitam ducere*.
Aſpera arteria excipit animam eam, quę ducta eſt ſpiritu, eadémque à pulmonibus reſpirat. de N.
Vt op ta-

Vt optandum ſit, vt poſſimus ad id tempus reipublicæ ſpiritum ducere. Ep.
Adeóſque portus, quibus vitam & ſpiritum ducitis. pro Pomp.
Ducere ſpiritum præ cura. ad Her.
Ducere tempus, aut rem aliquam, non dicunt noſtri homines: ſed Prolongare, Extendere, quorum alterum barbarum, alterum aliud ſignificat; Cicero verò ſic:
Ita tempus duceretur, vt à M. Glabrione Pr. ad prætorem alium veniremus. in Ver.
Bellum ducetur. Brut.
Parietem ducere per locum aliquem. pro Milone.
Ducere. Ratiocinatorum verbum: pro quo nos Computare: vt,
Vt fœnus quaternis centeſimis ducant. At.
Soluere centeſimis ductis cum reuouatione ſingulorum annorum. At.
Centeſimis ductis non perpetuis, ſed renouatis quotannis. At.
Dudum. Aduerbium hoc ſi in vulgus notum eſſet non diceret, Rectè antè, paruo tempore antè.
Dixi dudum, materiam aliam eſſe ioci, aliam ſeueritatis. de Or.
Cum vix vt dudum ad Demoſthenem, ſic nunc ad Craſſum peruenimus. de Clar.
Dudum enim circumrodo, quod deuorandum eſt. Att.
Dum pro Donec crebrò vſurpatur: vt, Exſpectare dum aliquid fiat. Sed nihildum eleganter Cicero vtitur, pro Nondum: vt,
Brunduſio nihildum erat allatum. At.
Nihildum etiam iſtiuſmodi ſuſpicabar. in V.
Nihildum enim ſciebam. Ep.
Nihildum audieramus vbi eſſes. E.

E. Ea

E.

EA re, pro propterea, vulgatum non eſt: vt, O rem turpem, & ea re miſeram, ſic enim, &c. A.

Is metuit, & ea re fugit.

Deinde ea re non venit in mentem, quia nihil attinuit. in Ant.

Id ea re quia turpe eſt, non eſt faciendum. Off.

Ea re vtrúmque ſcripſi, vt &c. Ep.

Et ea re traduci non potuerunt. de In.

Edico. Si hoc verbum diuulgatum ſatis eſſet, non dicerent indocti, Mandare pro Edicere, nam illud priuatorum tantum eſt, hoc magiſtratus: aut vt Barbari, Mandamenta publicare, Affigere mandata: pro quo Latinè, Edicta.

Si quis eum pulſaſſet, edixit ſeſe iudicium iniuriarum non daturum. in V.

Conſul edicit, vt Senatus ſenatuſconſulto ne obtemperet. in Pom.

Antonius edixit, ita vt me & Lælium exciperet. Att.

Ne abſens cenſeare, curabo edicendum; & propemodum locis omnibus. At.

Prætorem edicere, ne fiat aliquid. Q. Fr.

Edictum, quod communiter compoſitum fuerat, ſolus edixit. Off.

Iuſtitium edici, ſaga ſumi dixi placere, in A.

Ediſco. Admonendus hic tantum lector eſt, ne pro hoc verbo dicat, Memoriter diſcere aliquid.

Nam id Ediſco ſignificat: illud verò apud Ciceronem non reperitur.

Edo. Edere aliquid, pro diuulgare, notum eſt.

Sed cum ſignificat, certis aliquid præſcribere, aut Comprehendere, aut Nominare, vulgare non eſt.

Leges autem edentur à me non perfectæ, &c. de Leg.

Iudicium quin acciperet, in ea ipſa verba quę Neuius edebat, non recuſaſſe. pro Q.

Sciu-

Se iudicio id quod edat, accipere.
Deinde poſteaquam eſt editum, expoſitis à Cn. Flauio primum actionibus, nulli fuerunt. de Or.
Nec ſcriptum habeo, nec poſſum edere. in Ver.
Tabellæ recitatę nobiſque editæ ſunt. pro Clu.
Edere rationem alicuius rei cuipiam. At.
Socium in eius bonis edidiſti Quintium. pro Q.
Apollo Pythius oraculo edidit Spartam, nulla re alia, niſi auaritia eſſe perituram. Off.
Tibi familiari meo prius edituri fuerunt iudicium ſcribę mei, ſi voluiſſes, quàm in codicem referrent. pro Syl.
Pòſt autem aliquantò Vulturnij iam iudicio expoſito atque edito ſurrexit. in Cat.
Is nomen meum operarijs ediderat, imperitis iniecerat. pro Dom. (pro Planc.
Clariſſimi ciues nomen editi iudicis non tulerunt.
Qui naſcitur, in lucem edi dicitur. Tuſc.
Crocodilos, cum in terra partum ediderint, obruere oua. de Nat.
Oues nullum fructum edere ex ſe ſine curatione hominum poſſunt. de Nat.
Ager qui meliores fœtus poſſit & grandiores edere.
Edere clamores. de D. (de Or.
Memini nos miros riſus edere. Qu. Fr.
Effero. Varijs & multis rebus hoc verbum tribuitur: quæ verò vulgò ignorantur, hæc ſunt, primum, Terram efferre fructus: nam alij dicunt, Proferre fructus: quo Cicero non eſt vſus.
Ager, qui multos annos quieuit, vberiores efferre fruges ſolet. de Clar.
Cum ager, id quod perrarò euenit, cum decimò extuliſſet. in V. (ſent.
Id perdere aratorem, quod agri ſegetéſque extuliſ-
Quę efferunt aliquid ex ſe, perfectiora ſunt quàm ea quę ex his efferuntur. de N.
Efferre, pro eo quod Barbari dicunt, ad ſepulturam ferre funus, aut mortuum.
Cn. Lucullus matrem efferebat. At.

Cur

Cur Maximus extulit filium conſularem. de N.
Efferri ante lucem. de Leg.
Cum pupillum filium ipſe penè in humeros ſuos extuliſſet. de Or.
Efferre funere. Cùm caſu in eadem cauſa cum funere efferretur anus Iunia. pro Flac.
Si Cæſar funere elatus eſſet. At.
Cùm tua rogatione funere elata reſpu. eſt. pro Dom.
Efferre, pro extollere. Quæ res extulit eum? vna commendatio huius. pro Q. R.
Hi quos fortuna extulit, &c. pro Cor.
Quæ quanquam ſunt abſciſſæ, tamen efferent ſe aliquãdo, & ad renouandũ bellum reuireſcent. pro P.
Efferre aliquid, aliquem, aut efferri, pro Commoueri, Concitari, Affici.
Si me efferret aliquando ad gloriam in refutandis maledictis improborum animi quidam dolor, quis non ignoſceret? de Ar.
Dolore efferri, & iracundia longiùs digredi quàm deceat. de Ar.
Læſi dolent, irati efferuntur. pro Cæl.
Efferri lætitia. pro Deiot.
Si vincunt, efferunt ſe lætitia: victi debilitantur, animóſque demittunt. de Fin.
Efferre ſe inſolenter. Tuſc.
Gaudio ſum elatus. Ep.
Superbire, vt recentiores loquuntur, veteri & incorrupto more efferre dicebatur.
Efferre animos. pro Dom.
Sed certè non continebuntur, progredientur longius, efferentur. contra Rul.
Seſe gloria & prædicatione efferre. Par.
Laudare. Efferre aliquem in cælum laudibus. de Cl.
Efferre aliquem verbis. Or.
Contempſiſti L. Murenæ genus, extuliſti tuum. pro Mur.
Efferre aliquem ſummis laudibus in cælum. Ep.
Pronuncio, & id quod vulgo per Profero effertur, nam Profero ſignificat, in lucem edo.
Res alio atque alio elata verbo. Orat.

Efferre

Efferre ſententiam grauem inconditis verbis.
Verba quæ ſimiliter ijſdem caſibus efferuntur. ad Her.
Efferueſco. Significat quod Barbari dicunt, effluo, Ebullio, quo Cicero in hoc ſenſu non eſt vſus.
Aquæ quę efferueſcunt ſubditis ignibus. de N.
Totus Pontus armatus, efferueſcens in Aſiam, atque erumpens. de Pro.
Cenſeo latendum tantiſper ibidem, dum efferueſcat hęc gratulatio. Ep.
Si nimium efferbuiſſe videtur huius in gerendis inimicitijs vis, ferocia, pertinacia. pro Cæl.
Si campus atque illę vndæ comitiorum, vt mare profundum & immenſum, ſic efferueſcunt, quodam quaſi ęſtu, &c. pro Plan.
Pondidius efferueſcens in dicendo. de Clar.
Verba efferueſcentia. de Orat.
Efficiens, Monendi ſunt indoctiores, ne Effectiuus dicant: Barbarum enim id planę eſt. Ciceró ſemper Efficiens, aut Conficiens. Sic in ſcholis vſitatum eſt Efficaciter, pro quo Cicero Efficienter: & Efficacia dici, cùm dicendum eſſet Efficacitas, exempla à Cicerone petantur.
Effloreſco. Cicero hoc verbum tranſtulit ad ea, quæ vt flos ex germine, ſic ex aliqua re ducuntur & efferuntur: vulgus, Excreſcere, Vigere ex aliqua re dicit.
Ex rerum cognitione effloreſcat & redundet oportet oratio. de Or.
Vtilitas effloreſcit ex amicitia, etiamſi tu eam minus ſecutus ſis. de Am.
Poſt anapæſtus procerior quidam numerus effloruit. (de Or.
Amputanda multa ſunt illi ætati, ſiquidem effloreſcit ingenij laudibus. pro Cæl.
Et apparebit, eas penitus ex ea cauſa, quę tum agatur, effloruiſſe. de Or.
Cùm autem vſus progrediens familiaritatem effecerit, tum amorem effloreſcere &c. de Fin.
Effluere, pro Prętterire etiã, & obliuiſci Cicero eſt vſus.
Conſi-

Conſiderabis etiam de Tuſculano, ne ęſtas effluat. At.
Præterita ætas, quamuis longa, cùm effluxerit, nō poteſt conſolari ſtultum ſenem. de Sen.
Cum enim id aduenerit, tunc illud quod præterijt, effluxit. (Fin.
Nec præteritas voluptates effluere patiatur. de
Hoc modo me commonuit Piſonis annulus, quòd totus effluxerat. in V.
Antequam planè ex animo tuo effluo. Ep.
Effrenatus, ab equis ad homines Cicero traducit, qui libidine & animi impetu feruntur: nulla verò ratione ducuntur: vt,
Homines ſecundis rebus effrenatos, ſibíque præfidentes, tanquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportet. Off.
O libidinem effrenatam & indomitam! pro Clu.
Noui hominis furorem, noui effrenatam violentiam.
Indomitæ atque effrenatę cupiditates. in V. (in A.
Effrenatus & pręceps furor alicuius. de Ar.
Mens & effrenata & præceps. pro Cæl.
Proiecta quędam & effrenata cupiditas. pro D.
Libido efficit effrenatam appetentiam. Tuſc.
Effundo, pro, Dico omnia quę in animo habeo: aut Copioſè de re aliqua dico, Cicero vtitur.
Effudi vobis omnia quæ habebam. de Or.
Teſtis effudit, quæ voluit omnia. pro Flac.
Hæc enim ætas effudit hanc copiam. de Or.
Brutus effudit illa omnia, quę tacuerat. At.
Pompeius in nos ſuauiſſimè eſt effuſus. At.
Alijs varijs rebus tribuitur: vt, Segetes fœcundæ effundunt herbas inimicas frugibus. Or.
Quod ego odium effudiſſe me omne arbitrabar. Ep.
Magno timore perculſa ciuitas tota ad te ſe cum cōiugibus & liberis effundebat. At.
Conſules ex Italia profugiſſe, cunctum ſenatum, totā Italiam eſſe effuſam. pro Deio. (dit. de Ar.
Qui omnes iudices Tribunus è carcere in forū effu-
Quod in carcerem me effudiſtis. in Pomp.
C. Cæſar patrimonium ſuum effudit, quanquam non

ſumus vſi eo verbo, quo decuit: non enim effudit, ſed in ſalutem reip. collocauit. in A.
Effundere patrimonium. Off.
Effuſis ac diſſipatis fructibus veſtris. cont. Rul.
An temperantem eum dices, qui ſe in aliqua libidine continuerit, in aliqua effuderit? Par.
Effusè. Largè effuſeq; donare alicui. pro S. R. pro Cęl.
Cum & inaniter & eff uſè animus exultat, tum illa lętitia geſtiens, vel nimia dici poteſt. Tuſ.
Id nemo tam effuſè petulans conatus eſt. in Pom.
Egens. Notanda hęc vox eſt, quod Cicero Egentem vocauit, quem alij auctores Egenum.
Elaboro, pro, Valde laboro, Operam do, Cic. crebrò vſurpat, noſtri ignorare omnino videntur.
Non tam vt proſim elaborare ſoleo, quàm vt ne quid obſim. de Orat.
Enitere, elabora, vel potius eblãdire, effice vt Plancus. At.
Contende quæſo atque elabora. Qu. Fr.
De induſtria non ex inſidijs elaboratur, vt verba verbis quaſi demenſa & paria reſpondeant. Or.
Qui non aliqua in re vna ſeparatim elaborauerunt. Or.
Neque in vniuerſo genere ſingulos elaboraſſe.
Nullum eſt tam aſperum ſaxetum, in quo agricolarum cultus non elaboret. contra Rul.
Ex illis rebus vniuerſis eloquentia conſtat, quibus in ſingulis elaborare permagnum eſt. de Orat.
Deſudare & elaborare in aliqua re. de Sen.
Elaborare & eniti cauſa alicuius. Q. de Pet.
Qui ſe oſtenderit de toto hoc genere nihil elaborare. Tuſc.
Eleuo. Idem quod Leuo, tritum nunc non eſt.
Suſpiciones & offenſiones in amicitia tùm euitare, tum eleuare, tum ferre ſapientis eſt. de Am.
Nihil eſt quod tam obtundat eleuetque ęgritudinem, quàm &c. Tuſ.
Quod eſt ab aduerſario obiectum, lepore magis eleuandum, quàm contentione frangendum videtur. de Or.

Non

Non intelligis duplicari ſolicitudines, quas eleuare tua te prudentia poſtulabat. *Ep.*

Mouere riſum oratoris eſt: quod frãgit aduerſarium, quod impedit, quod eleuat, quod deterret, quod refutat. de Or.

Elogium, ſignificat Latinè, quod in laudem alicuius extat, aut quod Græci Epitaphium vocarunt: quo vocabulo cùm nos vtamur tanquam Latino, ignorari videtur quomodo Latinè idem exprimatur.

Neminem videbis ita laudatum, vt artifex callidus comparandarum voluptatum diceretur: non elogia monumentorum id ſignificãt, velut hoc ad portam, vno ore, cui plurimæ conſentiunt gentes, populi primarium fuiſſe virum. de Fin.

Quid ipſa ſepulcrorum monumenta, quid elogia ſignificant, &c. Tuſc.

At hoc nuſquam opinor ſcriptum fuiſſe in illo elogio, quod te conſule in ſepulcro reipublicæ inciſum eſt.

Solonis quidem ſapientis elogium eſt, quo ſe negat velle ſuam mortem dolore amicorum lamentiſque vacare. de Sen.

Si illud cenſorium elogium Appij Claudij & L. Piſonis, quo vſus eſt quiſque eorum, pro lege palàm vniuerſis recitarem, nónne tibi viderer æternas inurere maculas? in Sal.

Quod elogium recitaſti de teſtamento C. Egnatij, idcirco ſe exhæredaſſe filium, quòd is ad Oppianici damnationem pecuniam accepiſſet. pro Cluen.

Elucere, pro apparere, clarum eſſe.

Amicitia magis elucet inter æquales. de Am.

Excellentia magnitudóque in vtilitatibus deſpiciendis elucet. Off.

Nemo ſtudet eloquentiæ, niſi vt in cauſa & in foro (eluceat. de Or.

Quid eſt igitur, vbi elucere poſſit prudentia? pro Fõ.

Eludo, In vſu huius verbi obſeruandum, non ſolum cum accuſatiuo iungi, vt Eludere aliquem: ſed cum datiuo etiam: vt,

Quæ eſt iſta ars coniectoris eludentis ingenio? de D.

Emanare aliquid ex aliquo, pro Oriri: notum fortaſſe ſatis eſt: ſed pro diuulgari aliquid, non item: vt,

Orationem ita compreſſeram, vt nunquam emanaturam putarem. At.

Nam ferè omnis ſermo ad forenſem famam ab his emanat auctoribus. Qu. de Pet. (de Clar.

Vereri te arbitror, ne per nos hic ſermo tuus emanet.

Quæ fama non idcirco ſolum emanarat. in V.

Denique inuidioſum tibi ſit, ſi emanarit. Ep.

Ementior, pro, falsò fingo, & excogito aliquid callidè, negligitur valde à noſtri ſæculi hominibus. de Op. & pro S. R. & Plan.

Æſchines legationem ementitus eſt.

Alij ementiti ſunt in eos quos oderant. Part.

Ementiri genus ſuum. pro Cor. & ibidem.

Non furatus eſt ciuitatẽ, non genus ſuum ementitus?

Videmus hęc ſigna nunquam ferè ementientia. de D.

Ementitus eſt auſpicia. in A.

Quod me de ementitis auſpicijs putares eſſe dicturũ.

Quantum ſit ementita opinio, apparet. Tuſc.

Me non ementitum eſſe auctoritatem eius ordinis. pro Dom. (bus expedimur.

Emergo. Transfert Cicero hoc verbum ad alia, qui-

Homo emerſus ſubitò ex diuturnis tenebris luſtrorum ac ſtuprorum. pro Seſt.

Homo emerſus è cœno. in Vat.

Cum viriditas herbeſcens è vaginis emerſerit. de Sene. (lit. pro Cæl.

Qui a ex vita emerſit, totúmque ſe eiecit atque extu-

Emergere ex mendicitate. in Vat.

Emergere ex peculatus iudicio. in Ver.

Filium emergere ex paternis probris.

Meum conſilium reprehendo, quòd non aliqua ratione ex hoc negotio emerſeram. At.

Emerſeram commodè ex Antio in Appiam. At.

Ex quo magis emergit, quale ſit decorum illud. Off.

Reſpirare à metu cædis, emergere è fluctibus ſeruitutis. de Ar.

In

Incommoda valetudo, qua iam emerſeram. At. (Ar.
Iſta ſerpẽs,quæ tum hic deliteſcit, tum ſe emergit.de
Hoc vno modo ſæpe multorum improbitate depreſ-
ſa veritas emergit. pro Cluen.
Quamuis enim demerſæ ſint leges,quamuis tremefa-
cta libertas, tamen emergunt hæc aliquando. Off.
Nunc emergit amor, nunc deſiderium ferre non poſ-
ſum. At. (aut mori fame,ſiti.
Enectus, vt Enectus fame,ſiti: vulgus, Mortuum eſſe,
Auis fame enecta in offam pultis inuadit. de D.
Siti enectus Tantalus. Tuſ.
Ea parte anni nec inopia enecta, nec ſatietate af-
fluenti. de D.
Sic Appius cum ἐξ ἀφαιρέσεως prouinciam curauit,
ſanguinem miſerit, quicquid potuit detraxerit,
mihi tradiderit prouinciam enectam, προσανατρε-
φομένην. At.
Enectus)(Plenus. de D.
Enitor. Elaboro. Tu nunc omni amore enitere: vt nos
iuues. A.
Sed potius debet eniti & efficere,vt &c. Am. (At.
Enitere, elabora, vel potius eblandire, effice,vt &c.
Qui ſtadium currit, eniti & contendere debet quàm
maximẽ poſſit, vt vincat. Off.
Eniti in aliqua re. de Orat.
Eo. Fiunt hoc verbo quædam locutiones,non ſatis v-
ſitatæ noſtris hominibus: vt,
In conſilium iri oportebat. pro Clu.
Quamdiu alium prætorem cum ijs iudicibus, quos
&c. de te in conſilium iturum putaſti? I. V.
Si Cal. Ian. in conſilium iretur.
Ire in exilium, & proficiſci in exilium. in C.
In ſententiam aliquam ire, pro Aſſentiri, Senatorum
erat,qui diſceſſione facta in partẽ aliquam ibāt: vt,
Perſpiciebant enim in Hortenſij ſententiam multis
partibus plures ituros. Ep.
Frequentes ierunt in alia omnia.
Equidem antequam tuas legi litteras,in hominem ire
cupiebam. At. Sic ſe opponere alicui.

In duplum ire, Pro, Duplum damnum accipere, aut Duplo plus dare, vt vulgus loquitur.

Prætor decreuit, vt ſi iudicatum negaret, in duplum iret. pro Flac.

Rem ire, pro Procedere, vt nos loquimur.

Quod quidem, vt res ire cœpit, haud ſcio an aliquando futurum ſit. de Am. (ibat. At.

Incipit res melius ire quàm putaram, &, Prorſus res

Erectus. A corpore ad animũ ſępe à Cicerone transfertur, hoc modo:

Alacri animo & erecto proficiſci ad mortem. de Sen.

Vir celſus & erectus, & omnia quę accidere poſſunt parua ducens. Tuſc. (Orat.

Aliquem erectum & celſum huc & illuc vagari. de

Is vagatur lætus & erectus paſſim toto foro. pro Fõt.

Ardens & erectus ad libertatẽ recuperandum. in At.

Si quis eſt paulò erectior, &c. Off.

Nunc verò multo ſum erectior, quod &c. in At.

Erectior ſenatus, cohortationibus veſtris excitatus.

Magno animo & erecto eſſe. pro Do. (in A.

Sum erectior animo. At.

Sic *Erigere:* cuius exęmpla in Lexicis videas.

Erogare, pro, Rogatione aliquid dare, tribuere, nam de publicis rebus tantum dicitur: vulgare non eſt, Sic tamen vſi ſunt veteres: Erogaſti pecunias ex ærario tuis legibus. in Vat.

Pecunia in claſſem erogata eſt. pro Flac.

Quanta tamen pecunia penderetur, ſi omnium nomine, quicumque Romę ludos facerent, erogaretur? Q. Fr.

Qua ex inſula nullus numerus me obtinente erogabitur. At.

Pecunia publica ex ęrario erogata, ex vectigalibus populi ad emendum frumentum attributa. in V.

Oſtendam multas pecunias iſti erogatas in operum locationes falſas eſſe perſcriptas.

Etiam atque etiam. Mõdus loquendi noſtra lingua alienus, & multis inuſitatus: vt,

De qua arbitror iſti ipſi, qui minantur, etiam atque etiam

etiam quî id liceat conſiderabunt. pro Pom.
Vide modò, etiam atque etiam conſidera. in Ver.
Tu quemadmodum exiſtimes, vide etiam atque etiã.
Etiam atque etiam te hortor. At.
Te vehementer etiam atque etiam rogo. Qu. Fr.
Etiam atque etiam ſe auertere, &c. At
Diligenter etiam atque etiam facere aliquid. de D.
Euado. Propria vis nota: ſed Euado pro fio, Exitum aut euentum habeo, vulgare non eſt.
Aliquando id quod ſomniamus euadere de D.
Cum eadem ſomnia & alijs aliter euadant, & iiſdem non ſemper eodem modo. Multa vera, inquit, euadunt. de D.
Nihil ante de profectione conſtituam, quàm iſta quò euaſura ſint, videro. At.
Antea videamus, hoc quorſum euadat.
Quoad audiamus hæc quæ commota ſunt, quorſum euadant.
Euenire, benè aut malè Latini dixerunt, pro quo vulgus nunc, Finem aliquem, aut exitum bonum aut malum habere. (de N.
Multis bonis malè euenire, multis improbis optimè.
Magnis viris proſperè eueniunt ſemper omnes res:
Id ego ſum precatus, vt ea res nobis fauſtè, feliciter proſperéque eueniret. in C.
Velim tibi proſperè euenire quæ facta ſunt. Ep.
Quibus vtinam ipſis euenissent ea, quę tum homines precabantur. pro Seſt.
At certè ei melius euenisset. Tuſ.
Euoluo. Inuſitatum noſtris hominibus, pro explico, (aperio.
Euoluere id quod inuolutum eſt. Top.
Cuius ego criminis neque principium inuenire, neque euoluere exitum poſſum. pro Cæl.
Si quis voluerit animi ſui complicatam notionem euoluere. Off. (teris. At.
Totam hãc deliberationem euoluis accuratius in literis.
Euoluere aliqua, id eſt explicare & exponere. de Or.
Euoluere naturam omnium rerum. Acad.
Euolui volumen epiſtolarum tuarum. At.

Euolue diligenter eius librum, qui eſt de animo. Tuſ.
In Poëtis euoluendis tempus conſumere. de Fin.
Ex, præpoſitio nota: ſed quædam formæ loquendi ex ea fiunt, noſtris non ſatis vſitatæ: quas cum Græci præpoſitione κτ exprimunt, & nos patrio ſermone eodem modo, docere hic volumus, Latinos non Secundum, vt multi vertunt, ſed Ex aut E dixiſſe, non enim dicunt veteres illi Romani, Secundum leges adminiſtrare, vt vulgus nunc, ſed ex lege: vt,
Ex legibus optimè reſp. adminiſtratur. de In.
Ex lege iurati iudices iudicent. de In.
Ex vtilitate communi leges interpretari, non ex ſcriptione. de In.
Ex teſtamento iuberi, & ex plebiſcito vetari. ad Her.
Ex mandatis alicuius aliquid mandare. E.
Ex præceptis ſapientium viuere. Tuſ. (S. R.
Spectare aliquem, aut æſtimare aliquid ex aliquo. pro
Ex voluntate mea, & Reip. commodo omnia fieri. E.
Te ex ſententia nauigaſſe gaudeo. A.
Ex iuriſperitorum conſilio & auctoritate reſtipulari ab aliquo. pro. Qu. R.
Nauigium ex tempeſtate moderari. pro Cor.
Sic ex natura, ratione viuere. Nam ſecundùm à Cic. non coniungitur iſtiuſmodi nominibus niſi in hoc ſenſu, Secundum naturam viuere, alijs modis non inuenies.
Exædifico, quod Flandrorum lingua dicitur, Optemmerē, Gallicè, *Baſtir ædifier, paracheuer, parfaire*, tritum vulgari ſermone latinè loquentiū nūc non eſt.
Te rogo ne grauere exædificare id opus quod inſtituiſti. de Or.
Nauis publicè gratis coactis fabris operiſq; imperatis exædificari atque effici potuit. in V.
In noſtris ſedibus exædificatum templum licentiæ. de Leg. (ſilio exiſtimo. Acad.
Ne exędificatum quidem hunc mundum diuino con-
Exæquo, pro Æquum, aut æquale facere vulgare non eſt.

Superiorem eſſe contra improbos, minus negotij eſt, quàm bonis exæquari. Poſtquam.
Pauci pluribus exæquari poſſunt. ad Her.
Exæquare omnia. de Fin.
Sed vereor, ne quia complures tibi pręcipuè commendo, exæquare videar ambitione quadam commendationes meas. Ep.
Pecunia omnium dignitatem exęquat. At.
Vt longitudo & plenitudo harum multitudinem alterius aſſequatur & exæquet. ad Her.
Iſte omnia iura precio exęquauit, omnium rerum delectum atque diſcrimen pecunia ſuſtulit. in V.
Qui in amicitię neceſſitudine ſuperiores ſunt, exæquare ſe cum inferioribus debent. de Am.
Exagito pro, Vexo agitando, commoueo, tritum non eſt. Inuenti ſunt, qui hanc dicendi exercitationem exagitarent atque contemnerent. de Or.
Inſectari & exagitare aliquem At.
Quonam igitur modo audiretur Phryx Athenis, cùm etiam Demoſthenes exagitetur, vt putidus? Or. (uola.
Quod apud Lucilium ſcitè exagitat in Albutio Scæ-
Ne & meum mœrorem exagitem, & te in eundem luctum vocem. At.
Colonorum diſſenſio delata ad patronos, & cum multos annos eſſet exagitata. pro Sylla.
Horum enim diſputationibus & exagitatus maximè orator eſt, & adiutus. Or. (proborum. Poſtquam.
Cauſam Senatus exagitatam eſſe concionibus im-
Nec in hunc locum niſi multis exagitati ſeculis reuertuntur. de Som.
Examinare, ponderibus, trutina, ſtatera, aut pondere. dixit Cicero: quod nos Flandricè Wegen, Gallicè *Peſer* vocamus: vt,
Ad ea probanda, quæ non aurificis ſtatera, ſed quadam populari trutina examinantur. de Or.
Sed ego hoc meis ponderibus examinabo, quid cuique debeam. pro Pla (Or.
Diligenter examinare verborum omnium pondera.

Cum enim ſui ſimilem & leuitatem & calorem adeptus eſt, tanquam paribus examinatus ponderibus, nullam in partem mouetur. Tuſc.

Ad vnamquamque rem examinandam, momentóque ſuo ponderandam. pro Fon.

Exardeſco. Crebrò Cicero transfert hoc verbum ad animi motum, qui concitatur in homine tanquam ignis, & flamma.

Philippus grauiter exarſit. de Or.

In omni genere amplificationis exarſimus. Or.

Ego illam flammam excepi, pro patria ſolus exarſi. (de Ar.

Ex quo eorum exardeſcit amor. de Am.

Ira exardeſcit, libido concitatur. Tuſ.

Exarſi non ſolum præſenti iracundia, ſed &c. Ep.

Homo exarſit iracundia & ſtomacho. in V.

Hodie longo interuallo ad ſpem libertatis exarſimus. in A.

Ipſi enim ſponte veſtra exarſiſtis ad libertatis recuperandæ cupiditatem.

Quanquam tum propter multorum delicta, etiam ad innocentium periculum tempus illud exarſerat. pro R. P.

Ingenium Carneadis exarſit contra Stoicorum diſciplinam. Tuſc.

Niſi quędam intolerabilis iniuria exarſerit.

Præſagitio, &c. quæ ſi exarſit acrius, furor appellatur. de D.

Nunc verò ſibilis vulgi, ſermonibus honeſtorum, fremitu Italiæ, vereor ne exarſerit. At.

Is in cauſa Bruti exarſit incredibili dolore. Br.

Tota Italia exarſit libertatis deſiderio. in A.

Ex multis vitijs repentè iſta tanta importunitas inauditi ſceleris exarſit. pro Syl.

Excedo. Tribuitur & hoc verbum quoque non motum, vt vocant, ſignificantibus: vt,

Vt primum ex pueris exceſſit Archias. pro Ar.

Nam is poſtquam exceſſit ex ephebis. de Or.

Sed ad eos qui vita exceſſerunt, reuertamur. de C.

M. Cato multa vita excedens præuidit. in Ac.

Videbantur, qui vita exceſſerant, viuere. Tuſ.
Excedere à vita. Off.
Excido. Præter vulgarem vim & vſum, ſignificat temere & inconſideratè aut dicere, aut diuulgare aliquid.
Verbum ecquod vnquã ex ore eius excidit caſu aliquo, vnde quiſquam poſſet offendi? pro Syl.
Ex iſto ore religionis verbum excidere aut elabi poteſt? pro Dom.
Quod verbum tibi non excidit fortuito. in Ac.
Libellus, qui me imprudente, & inuito excidit, & peruenit in manus hominum. de Or.
Pro *Obliuiſci*. O miram memoriam Pomponi tuam: at mihi iſta exciderant. de Leg.
Quæ cogitatio cum mihi non omnino excidiſſet: etenim penitus inſederat. Ep.
Sed plane te intelligere volui, mihi non excidiſſe illud, quod tu ad me quibuſdam litteris ſcripſiſſes. At.
Ex animo excidere aliquid. de Pro.
Excipio. Sunt & huius verbi quidam modi loquendi, qui noſtros homines fugiunt: vt, aliquem excipere, pro Incurrere, & Incidere in aliquem, nos potius, Intercipere dicimus.
Iſti bonorum emptores arbitrantur vos hic tales viros ſedere, qui excipiatis eos, qui de ſuis manibus effugerint. pro Sex. R.
A multis admoniti ſumus, vt caueremus ne exciperemur à Cæſare. At.
Timeo ne illum aliquorum furor excipiat. Bru.
Claſſis diſſipata eſt, onerariæ omnes ad vnam à nobis ſunt exceptæ. Ep.
Excipere aliquem cum litteris.
Excipere fugientes. in C.
Significantur quoque hoc verbo, quæ conſequuntur aliquid continuo ordine: vt, Interim me Quæſtorem Sicilienſis excepit annus. de Clar.
Herculis ambuſto corpore vitam & virtutem immortalitas excepiſſe dicitur. pro Seſt.

Sed memoriam illius viri excipient omnes anni conſequentes. de Sen.
Linguam ad radices èius hærens excipit ſtomachus. de N.
Pro *Audio*, *Intelligo*. Eaque dum animis attentis admirantes excipiunt, fugit eos & præteruolat numerus. Or.
Maledictò nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur. pro Plan.
Vt filiorum extremum ſpiritum excipere ſibi liceret. in V.
Aliquid ex ſermone alicuius memoria dignum excipere. de Or.
Niſi ſi quid ex prætereunte viatore exceptum eſt, nihil ſcire poſſumus. At.
Aduerſarij non ſolum ſententias, ſed etiam verba omnia excipiunt. de Orat.
Omnia alicuius loquentis verba excipere. de D.
At eo tempore ipſe miſit, qui rumores Africanos exciperent, & celeriter ad ſe deferrent. pro Deiot.
Ex alterius ratione excipere aliud atque ille vult. de Orat.
Periculis & laboribus tribuitur quoque quæ inferuntur: vt, Cum in me illa flamma illorum temporum conijciebatur, excepi, & pro patria ſolus exarſi. de Ar. (Dom.
Omnem vim improborum excepi meo corpore. pro
Vnum pro vniuerſis ſubire atque excipere pericula. de Pro.
Is omnia tela excipiat neceſſe eſt. in V.
Excludo. propria vis nota, ſed excludi temporibus non eſt vulgare: Sic tamen Cicero temporis aut anguſtiam aut iniquitatem ſignificauit: vt,
Hi excluſi temporibus populi Rom. agere quę voluerant non potuerunt. in V.
Anguſtijs temporis excluduntur omnes.
Quæ ſoluto animo familiariter ſcribi ſolent, temporibus excluduntur. At.
Excurro. Eo verbo ſignificabant Latini celeres profe-

ctiones, quę ob cauſas priuatas, aut animi gratia etiam ſuſcipiebantur; vt,
Ego dum naues, &c. parantur, excurro in Pompeianum. At.
Fortaſſe excurremus menſe Septembri legati ad Piſonem. (ciet. in V.
Excurrat aliquis, qui hoc tantum malum filio ſuo nū-
Mandaui vtrique, vt ante ad me excurrerent, vt tibi obuiam prodire poſſem. Ep.
Sic, Excurro in fines hoſtium & agros, id eſt, depopulor, vnde Excurſiones. (runt. in V.
Habent propinquam prouinciam, quò facilè excur-
Carthago excurrere ex Africa, & imminere populo Rom. videtur. contra Rul.
Via illa excurſionibus Barbarorum eſt infeſta. de Pr.
Excutio, pro Scrutor, & diligenter inſpicio, vulgare non eſt. (cont. Rul.
Decemuiri, qui noſtros imperatores excutiant.
Nihil eſt quod metuas, non excutio te, ſi quid fortè ferri habeas, non ſcrutor. pro S. R.
Scrutari omnes ſordes, & excutere vnumquemque comitum. Qu. Fr.
Tabellarij ſexcentis locis excutiuntur. Am. E.
Hoc igitur probè ſtabilito & fixo, illud excutiendum eſt, vt ſciantur, &c. Tuſ.
Quamobrem excutiemus omnes iſtorum delicias, omnes ineptias, ſi prodierint. Cęl.
Aſpicitur, non attrectatur, procul apparet, non excutitur, non in manus ſumitur. pro Plan.
Execo. Excindo, Excido: vt,
Ipſe armarij fundum execuit, & nummos abſtulit. pro Cæl. (no. de N.
Vetus opinio eſt, exectum eſſe Cælum à filio Satur-
Hi medentur ciuitati, qui execant peſtem aliquam, tanquam ſtrumam ciuitatis. pro Seſt.
Strato in crucem actus eſt execta lingua. pro Cl.
Neruis omnibus exectis. contra Rul.
Non minus eſſet probanda medicina; quæ ſanaret vitioſas partes, quam quæ execaret. At.
Exectio,

Exectio, onis. Cum illa exectio fundi in armario animaduerteretur. pro Clu.
Execrari aliquem, quod Flandrorum lingua dicitur, Hebben in abominatie, veruloecken, Gallicè, *Auoir en horreur.*
Alij ſacerdotem execrabantur, qui Verrem tam nequam reliquiſſet. in V.
Omnes te oderunt, tibi peſtem exoptant, te execrantur. in P.
Quod tibi proficiſcenti euenit, vt omnes execrarentur, male precarentur. in P.
Rectè Socrates execrari eum ſolebat, qui &c. de Leg.
Itaque accepimus Socratem ſolitum execrari eos, qui &c. Off.
Execratur apud Ennium Thyeſtes, primùm vt naufragio pereat Atreus. Tuſ.
Vt optet, vt execretur. Or.
Ex Enn. Cui quod in me eſt execrabor hoc, quo lucet, quicquid eſt. de N.
Exemplum. Inter cetera tribuitur hoc nomen litteris, ſignificátque idem quod Flădricè vocamus, copye; Gallo-latini copiam vocant: vt,
Cæſaris litterarum exemplum tibi miſi. At.
Earum litterarum exemplum compoſitum eſſe arbitror. contra Rul.
Litteræ aliquo exemplo, aut vno exemplo ſignificat, quod Barbari dicunt, aliquo aut vno tenore, aut vnum & idem eſſe in litteris.
Capua litteræ ſunt allatæ hoc exemplo, &c. At.
Sæpius ad aliquem litteras vno exemplo dare. Epiſt.
De quo tu mihi antea ſcripſeras bis eodem exemplo.
Exeo. Transfertur hoc verbum perſæpe à Cicerone ad inanima: vt,
Cum omnes boni perſpicerent ad iſtum non modò illos nummos, qui per ſimulationem ab iſto exierant, reuertiſſe. in V.
Cum de conſulatibus mea prima ſors exiſſet. A.
Nihil non conſideratum exibat ex ore. de Cla.
Nequaquam tamen ſimiliter oratio mea exire, atque in vulgus emanare poterit. pro S. R.

Libri

Libri quidam ita exierunt, vt in tali genere ne apud Græcos quidem ſimile quicquam. At.
Exire è patricijs. pro Dom.
Quinto autem anno exeŭte, cum eſſet ſpes, &c. de D.
Exire de vita. Off.
Exerceo. propria vis nota, ſed tribuitur muneribus & officijs, in quibus opera aliqua ponitur, ſignificátque id, quod Flandrorum lingua, Etwas treiben, dicimus, Gallica, *S'employer*. Exercere medicinam. de Cl.
Qui vectigalia exercent atque exigunt. pro Pom.
Ius Ciuile. de Leg.
Crudelitatem exercere. in An.
Inimicitias exercere. in V.
Iracundiam in aliquem exercere. At.
Exhaurio Cicero ſemper penè tranſlatè vtitur: idque varijs modis, quos vulgus ignorat: vt,
M. Antonius publicam dilapidabat pecuniam, ærarium exhauriebat, minuebat vectigalia. Oct.
Cum omnem pecuniam ex ærario exhauſiſſetis. contra Rul.
Exhaurire ſentinam vrbis. At.
Si exieris, exhaurietur ex vrbe tuorum comitum magna & pernitioſa ſentina reipub. in C.
Ærarium exhaurire, rempub. compilare. in Vat.
Immanes quæſtus, quos M. Antonij tota exhauſit domus. in At.
Tantum vini in Hippiæ nuptijs exhauſeras, vt tibi neceſſe eſſet vomere.
Vno me herculè Catilina exhauſto, releuata mihi videtur reſpub. in C.
Eximo. Verbi huius vſus non ſatis tritus.
Metellus calumnia dicendi tempus exemit. Att.
Clodius rogatus, diem dicẽdo eximere cœpit. Qu. Fr.
Eximere aliquem è vinculis. Or.
Eximere aliquem è culpa. de Inuent.
Ille confirmabat ſeſe nomen Sexti Roſcij de tabulis exempturum. pro S. R.
Abſentem de reis eximit. in V.

Eximere aliquem de numero proſcriptorum.&c. At.
Agrum de vectigalibus eximi. in A.
Qui ex obſidione fœneratores exemerit. Ep.
Ob eam cauſam, ne tu ex reo eximerere, ſi ego non adeſſem ad diem. in V.
Eximere aliquem ex ærarijs. de Or.
Exiſtimo, huius verbi & propria vis & vſus vulgò ignoratur: nam quod imperiti dicunt, per, Opinionem bonam aut malam habere de aliquo, latini expreſſerunt hoc verbo: vt,
Bene exiſtimare de aliquo. Ep.
Dionyſius de Dicæarcho bene exiſtimabat. At.
De ingenio eius valde exiſtimaui bene. Ep.
Iudices beneuolos & bene exiſtimãtes facere. de Or.
Malè de aliquo exiſtimare. in Ver. Off. Ep.
Homo ipſe de ſe bene exiſtimans ſeſeque diligens. Barbari, Multum de ſe tenere. (Off.
Pro iudicare crebrò ab eodem vſurbatur. (Cæl.
Si exiſtimare verè de omni hac cauſa volueritis. pro
De quo aliquid ſcitè ipſe exiſtimare poſſet. pro Syl.
Orationes, in quibus exiſtimari de ingenijs poteſt. de Cla. (videremus. Ep.
Vt ex euentu homines de tuo conſilio exiſtimaturos
Expectatio. Cicero hoc nomine ſignificauit, quod nũc plerique Deſiderium dicunt.
Varronis ſermo facit expectationem Cęſaris. A.
Facere expectationem ſui. Acad.
Neſcis quanta cum expectatione te ſim auditurus. de Nat.
Scribis mirificam expectationem eſſe mei. At.
Summa eſt expectatio tui. At.
Ea ſi paulo latius dixeris, expleris omnem expectationem diuturni deſiderij noſtri. de Or.
Summa ſcito in expectatione te eſſe. E.
Sum in expectione omnium rerum.
Cum me in ſummam expectationem adduxeris. Tuſ.
Afferre expectationem alicui. At.
Vincere expectationem. Ep.
Expendo. Idem quod perpendo. Sed vulgus magis hoc,

hoc, quàm illo vtitur, Cicero verò contra.

Hæc laus non poëtarum carminibus celebratur, ſed prudentium iudicio expenditur. pro R. P.

Equidem cum colligo argumenta cauſarum, non tam ea numerare ſoleo, quàm expendere. de Or.

Vos qui in iudicijs teſtē diligēter expenditis. pro Fla.

Neque Expendo pro conſumo, aut impēdo à Cicerone & ſimilibus auctoribus, vt vulgus putat, vſurpatur, ſed pro appendo, aut pondero: vt,

Ante pedes prętoris in foro expenſum eſt, auri pondo centum paulo minus per Sex. Cæſium. pro Fl.

Hinc *Expenſum ferre alicui*, pro eo quod indoctiores dicūt, quod mutuatus eſt alicui, aut Mutuato dedit, in libro ſcribere alicui, vel, Scribere in libro rationum, ſe dediſſe alicui ſummam aliquam.

Expenſa Chryſogono H.S. ſexcenta, accepta Popillo Maleolo retulit: in V. & ibi, Chryſogno expenſa lata ſunt.

Ne tu expenſum muneribus ferres. At. (At.

Videas enim vnde nummi ſint, mihi feras expenſum.

Quis vnquam in illo Iano inuentus eſt, qui L. Antonio mille nummum ferret expenſum. in A.

Experiri, pro Intendere actionem: aut quod Flandrorum lingua dicitur, Mit recht ſurnemen, Gallica, *Intenter proces*, vulgare non eſt.

Experiri ſummo iure. pro Quint.

Qui nunquam ne congreſſu quidem & conſtituto cœperunt de tantis iniurijs experiri. pro Cæl.

Fuit procurator, quin cū experiri poſſet. pro Quint.

Explere, pro Satiare, tritum non eſt. Explere diuturnam ſitim. de Sen.

Explere cupiditates, ſatiare odium. Part.

Explere auaritiam ſuam pecunia. pro S. R.

Explere inimicitias & ſaturare odium. ad Her.

Explere intemperantiam alicuius. de Ar.

Ijs qui illud malum exciderint, nihil quo expleri poſſit eorum meritum, tribui vnquam poterit. Brut.

Explere cumulatè vitam beatam. de Fin.

Hanc igitur partem relictam explebimus. Off.

Vt

Vt amicitiæ munus expletum ſit. de Am.
Noli committere, vt excuſatione potius expleas officiûm ſcribendi, quàm aſſiduitate litterarum. E.
Sic expleuit, quod vtrique defuit. de Clar.
Exploratus, a, um, pro certus, aut de quo non dubitatur, crebrò Cicero vtitur: noſtri rarius, ſed pro hoc dicunt, Certò ſcire, certum eſſe.
Cum poſſit exploratum eſſe de ſua ſalute. A ca.
Quid enim mihi exploratius eſſe poteſt, quàm illius animus in rempub. At.
Cùm mihi erit exploratum, te libenter eſſe riſurum, ſcribam ad te pluribus. Ep. (liceat. de N.
Quid, ſi ne id quidem exploratum eſt, fore vt mihi
Brũduſium pergere cogito: felicior enim & exploratior deuitatio legionum fore videtur, quam piratarum, qui apparere dicuntur. At.
Dixi nullo modo facere poſſe, niſi exploratum mihi eſſet, eum Tyrannoctonis amicum fore.
Quis eſt tam ſtultus, cui ſit exploratum, ſe vſque ad veſperum eſſe victurum? de Sen.
Deus habet exploratum fore ſe ſemper. de N.
Poteritis igitur exploratam habere pacem, cùm in ciuitate Antonium videatis? A.
Si exploratum habere cœpero, Cæſarem honoribus extraordinarijs fore contentum. At. (de D. At.
Cæſarem hoc idem probaturum, exploratum habeo.
Litteræ à timore exploratæ.
Expromo. Cicero tranſlatè ſemper ferè vtitur, pro In lucem profero: vt,
Quæ nunc expromam abſens audaciùs. Ep.
Sed iam exprome, ſi placet, leges iſtas de religione.
Deinde ſuum expromſit odium. At. (de Leg.
Sed ego veſtram crudelitatem expromo? pro Do.
In meo inimico crudelitatẽ exprõpſiſti tuam. pro Mi.
Vt apud eos ipſos, quod ab ijs didicerimus, velimus expromere. Qu. Frat.
Cauſa, in qua vis eloquentiæ poſſit expromi. de Or.
Conferre cauſas, & quicquid in quamque ſententiam dici poſſit, expromere. de D.

Quo-

Quorum omnis induſtria vitę & vigilandi labor in anteluc anis cœnis expromitur. I. C.
• *Exquiro*, pro diligenter inquiro, aut quæro, tritum non eſt, hoc modo ergo diuulgetur.
A te nihildum certi exquiro: ſed quid videtur? At.
Omiſſis auctoritatibus, ipſa re & ratione exquirere veritatem. pro Pom.
De Varrone non ſine cauſa, quid tibi placeat, tam diligenter exquiro. At.
Exquire de Bleſamio. pro Deiot.
Cogitatio in vero exquirendo maximè verſatur. Off.
Vos qui mores exquirendos putatis. pro Fla.
Sed hæc non minus exquiro à Græcis. At.
Omnium rerum, ex quibus aliquid exquiritur, nihil eſt agricultura melius. Off. (rerem. de D.
Cum ex te cauſam vniuſcuiuſque diuinationis exqui-
Hinc Exquiſitus: vt, Exquiſita doctrina, ratio, ars, verba, litterę, munditia, & quę ſimilium generum ſunt: quæ delecta ſunt magno iudicio.
• *Extermino*. Ignotum in vulgus pro Eijcio vſurpari.
Protagoras vrbe atque agro eſt exterminatus. de N.
Cum ex vrbe Catilinam eijciebam, cum illum exterminari volebam. in C.
Ex vrbe expelli, exterminari, eijci. pro Mil.
Hunc ex finibus humanę naturæ exterminandum puto. in A.
Vt non ante attigerint, quam hunc ordinem condemnarint, quam auctoritatem veſtram è ciuitate exterminarint. de Pro.
Exterminabit ciues Rom. Conſul à ſuis dijs penatibus. pro Seſt.
• *Extremus*. In extremis, aut in extremo aliquid eſſe indoctiores non dicunt, ſed pro eo in fine litterarum aut libri. Cic. in extremis: vt,
Litterę, quibus in extremis erat, ſibi inſidias fieri. At.
Epiſtola, in qua extrema ſcriptum erat.
Iouis oratio, quæ eſt in extremo illo lib. Quint. Frat.
In extremo tertio libro. Off.
Vt in extremo tertio ſcribis. de D.

Vt amicitiæ munus expletum ſit. de Am.

Noli committere, vt excuſatione potius expleas officium ſcribendi, quàm aſſiduitate litterarum. E.

Sic expleuit, quod vtrique defuit. de Clar.

Exploratus, a, um, pro certus, aut de quo non dubitatur, crebrò Cicero vtitur: noſtri rarius, ſed pro hoc dicunt, Certò ſcire, certum eſſe.

Cum poſſit exploratum eſſe de ſua ſalute. A ca.

Quid enim mihi exploratius eſſe poteſt, quàm illius animus in rempub. At.

Cùm mihi erit exploratum, te libenter eſſe riſurum, ſcribam ad te pluribus. Ep. (liceat. de N.

Quid, ſi ne id quidem exploratum eſt, fore vt mihi

Brũduſium pergere cogito: felicior enim & exploratior deuitatio legionum fore videtur, quam piratarum, qui apparere dicuntur. At.

Dixi nullo modo facere poſſe, niſi exploratum mihi eſſet, eum Tyrannoctonis amicum fore.

Quis eſt tam ſtultus, cui ſit exploratum, ſe vſque ad veſperum eſſe victurum? de Sen.

Deus habet exploratum fore ſe ſemper. de N.

Poteritis igitur exploratam habere pacem, cùm in ciuitate Antonium videatis? A.

Si exploratum habere cœpero, Cæſarem honoribus extraordinarijs fore contentum. At. (de D. At.

Cæſarem hoc idem probaturum, exploratum habeo.

Litteræ à timore exploratæ.

Expromo. Cicero tranſlatè ſemper ferè vtitur, pro In lucem profero: vt,

Quæ nunc expromam abſens audaciùs. Ep.

Sed iam exprome, ſi placet, leges iſtas de religione.

Deinde ſuum expromſit odium. At. (de Leg.

Sed ego veſtram crudelitatem expromo? pro Do.

In meo inimico crudelitatẽ exprõpſiſti tuam. pro Mi.

Vt apud eos ipſos, quod ab ijs didicerimus, velimus expromere. Qu. Frat.

Cauſa, in qua vis eloquentiæ poſſit expromi. de Or.

Conferre cauſas, & quicquid in quamque ſententiam dici poſſit, expromere. de D.

Quo-

ıorum omnis induſtria vitę & vigilandi labor in
intelucanis cœnis expromitur. I. C.
quiro, pro diligenter inquiro, aut quæro, tritum
non eſt, hoc modo ergo diuulgetur.
te nihildum certi exquiro: ſed quid videtur? At.
nifſis auctoritatibus, ipſa re & ratione exquirere
veritatem. pro Pom.
Varrone non ſine cauſa, quid tibi placeat, tam
diligenter exquiro. At.
quire de Bleſamio. pro Deiot.
ogitatio in vero exquirendo maximè verſatur. Off.
os qui mores exquirendos putatis. pro Fla.
d hæc non minus exquiro à Græcis. At.
nnium rerum, ex quibus aliquid exquiritur, nihil
eſt agricultura melius. Off. (rerem. de D.
m ex te cauſam vniuſcuiuſque diuinationis exqui-
nc Exquiſitus: vt, Exquiſita doctrina, ratio, ars, ver-
ba, litterę, munditia, & quę ſimilium generum ſunt:
quæ delecta ſunt magno iudicio.
termino. Ignotum in vulgus pro Eijcio vſurpari.
otagoras vrbe atque agro eſt exterminatus. de N.
m ex vrbe Catilinam eijciebam, cum illum exter-
minari volebam. in C.
vrbe expelli, exterminari, eijci. pro Mil.
ne ex finibus humanę naturæ exterminandum
puto. in A.
non ante attigerint, quam hunc ordinem condem-
narint, quam auctoritatem veſtram è ciuitate ex-
terminarint. de Pro.
terminabit ciues Rom. Conſul à ſuis dijs pe-
natibus. pro Seſt.
tremus. In extremis, aut in extremo aliquid eſſe
ndoctiores non dicunt, ſed pro eo in fine littera-
um aut libri. Cic. in extremis: vt,
erę, quibus in extremis erat, ſibi inſidias fieri. At.
ſtola, in qua extrema ſcriptum erat.
is oratio, quæ eſt in extremo illo lib. Quint. Frat.
extremo tertio libro. Off.
n extremo tertio ſcribis. de D.
In

In extrema ferè parte epiſtolæ. Att.

Exturbo, vt ſupra Deturbo: atque etiam à conſuetudine noſtrorum hominum æquè alienum.

Quæro qui ſint iſti optimates, qui me exturbent, cum ipſi domi maneant. At.

Cum Senatum à gubernaculis deieciſſes, populum è naui exturbaſſes. pro Dom.

Exturbare homines è poſſeſſionibus. pro Syl.

Exturbari & expelli ex agris. contra Rul.

Exturbare aliquem bonis patrijs. in V.

Miſerum eſt, exturbari fortunis omnibus. pro Qu.

Exturbari fortunis omnibus. pro Qu.

Exturbari domo & expelli domo pro Clu.

Exulto. Lætitia immoderata me effero & iacto: vt, Quintius pater exultat lætitia. At.

Hominem furentem exultantémque continui. de Or.

Palàm exultare lætitia, & triumphare gaudio cœpit. Exultare immoderatéque iactari. de D. (pro Clu.

At Cymbri in prælijs exultant, lamentantur in morbo. Tuſc.

Fabius Annibalem iuueniliter exultantem, patientia ſua molliebat. de Sen.

F.

F*Acio.* Romani quædam hoc verbo ſignificarunt, pro quibus nunc potius dicunt adhibere, ſic enim rectè loquuntur, Facere medicinam alicui. Ep.

Medicinæ faciendæ locum non eſſe. pro Q.

Ita ſum leuatus, vt deus mihi aliquis medicinam feciſſe videatur. Ep.

Facere piraticam. Poſtquam.

Facere topiariam. Qu. F.

Facere argentariam. in V.

M. Brutus accuſationem factitauit. de Cla.

Ille verſus, qui vetat artem pudere proloqui quam factites. Orat.

Facere aliquid, aut aliquem laudari, loquentem, pro, Fingere & introducere perſonam aliquam loquentem. Plato facit mundum ædificari à Deo. de N.

Plato

Plato facit Iſocratem laudari à Socrate. de Op.
Facere aliquem loquentem. Or.
Plato facit Socratem diſputantem. de N.
M. Cato, apud quem Lælium & Scipionem facimus admirantes. de Sen. (de Cl.
In eo libro, vbi ſe cum Curione colloquentem facit.

• *Damnum, iacturam, detrimentum facere.*
Reſpublica detrimentum facit. in V.
Facere damnum. de Cla.
Facere iacturam. At.

• *Cum aliquo aliquid facere*, vulgus, Pro aliquo aliquid eſſe, A partibus alicuius eſſe.
Cum Cæſare Lentulus conſul facit. At.
Auctoritas doctiſſimorum hominum nobiſcum facit. pro Cæc. (batur.
Rem & ſententiam interdicti mecum facere fate-
Faciebant omnia cum pupilla. in V. (pro Plan.
Cum furialis illa vox ſecum illos facere perſonabat.
Demoſthenes φιλιππίζειν Pythiam dicebat, id eſt, quaſi cum Philippo facere. de D. (cit. de In.
Hoc nihilo magis ab aduerſarijs, quam à nobis fa-
Contra opponitur, Facere contra aliquem. de Fin.

• *Fac eſſe.* Imperiti dicunt, Pone caſum quod ſit: aut, Pone quod ſit, Conceſſo, Dato, Poſito quod ſit.
Fac potuiſſe, quod eſt, &c. in A.
Verùm fac eſſe omnia. Ep (mus. Tuſc.
Sed fac igneam, fac ſpiritalem, nihil ad id quod agi-

• *Fallo*, niſi me fallit, noſtris ita in vſu non eſt, vt olim fuit Latinis, nam pro eo dicunt potius, Niſi errem.
Sed nos (niſi me fallit) iacebimus. At.
Niſi me forte fallit. Brut.
Is enim ſum (niſi me fallo) qui &c. Acad.
Niſi me fallit animus. pro S. R.
Niſi me omnia fallunt. At.
Niſi quid me fallit. Ep.

• *Faſti orum*, Latinè dicuntur, quę nunc vulgus Calendaria, aut almanach, vel Diaria vocant: nam in his & temporis ratio, & feſtorum dierum obſeruatio notatur, vt olim apud Romanos in faſtis.

Decre-

Decreui, vt in faſtis ad eum diem Bruti nomen aſcriberetur. &c.
Quod ego cum dabam Bruto, notam eſſe in faſtis gratiſſimæ victoriæ memoriam volebam. At.
Cum diem feſtum ludorum de faſtis ſuis ſuſtuliſſent.
Eximere dies de faſtis. in V. (in V.
Conſules non modò ex memoria, ſed etiam ex faſtis euellendi. pro Seſt.
Longæ paginulæ in codicillorum faſtis. At.
Luna accretione & diminutione luminis quaſi faſtorum notans & ſignificans dies. Tuſ.
Etenim ordo ipſe annalium mediocriter nos retinet, quaſi enumeratione faſtorum. Ep.
Cn. Flauius Annij filius protulit faſtos, nam occultatam putāt quodam tempore iſtam tabulam, vt dies agendi peterentur à paucis. At.
Poſſet agi, nec ne, pauci quondam ſciebant: faſtos enim vulgò non habebant. pro Mur.
Fatum, Latini appellant, quod Theologi Scholaſtici nunc prædeſtinationem: vt, Toto libro de fato.
Fieri igitur omnia fato, ratio cogit fateri, &c. de D. de N.
Ruina igitur oppreſſus eſſet: ad id neque ſi fatum fuerat, effugiſſet, neque ſi non fuerat, in eum caſum incidiſſet de D. (ciet.
Neque me Apollo fatis fandis dementem inuitam
Aliquem eſſe aliquo fato, ſignificat, quod Barbari dicunt, In aliquo planeta, aut ſydere natum eſſe aliquem, aliqua fortuna eſſe.
Ea conditione atque eo fato natum me eſſe. pro Fōt.
Milo hoc fato natus, vt ne ſe quidem ſeruare potuerit, quin vna remp. ſeruaret. pro Mil.
Omnes qui ad illa arma fato ſumus neſcio quo reip. miſero funeſtoque compulſi. pro Mar.
Quonam meo fato fieri dicam. in Acad.
Qua quidem in re ſingulari ſum fato. Ep.
Vt meo fato & tu & omnes mei corruiſtis. Q. F.
Ferio. Modi qui hoc verbo fiunt, non tam obſcuri quam ignoti nunc noſtris: vt,

Hoſtem

Hoſtem qui feriet, mihi erit Carthaginenſis. pro Cor.
Aduerſarius qui ſit & feriẽdus & repellendus. de Or.
Ferire parietem. pro Cæl.
Inſtat vt ſecuri ambo feriantur. in V.
Quo minus patent multa in eorum vita, quæ fortuna feriat. Off.
Sed tamen in laudando iungenda ſunt etiam hęc genera virtutum: feriunt enim aures hominum. O.
Binis aut ternis ferire verbis. Or.
His autem ſpectris etiam oculi poſſent feriri, animus quî poſſit non video. Ep.
Ferire fœdus cum aliquo. de In.
Fœdera feriebantur prouinciarum. pro Dom.
Ideóne ego pacem Pyrrhi diremi, vt tu amorum turpiſſimorum quotidie fœdera ferires? pro Cæl.
Fero. Varia iunguntur cum hoc verbo. Quę verò ignorantur vulgo, hæc eſſe puto.
Vt opinio, coniectura, ſpes fert, pro vt opinor, conijcio, (ſpero.
Nos, vt opinio & ſpes & coniectura noſtra fert, tuti ſumus. At
Vt opinio mea fert. Ep. pro Clu.
Plura dixi, quàm aut opinio mea tulerit, aut voluntas mea. pro Dom. pro Planc.
Sicut opiniones hominum & regiones ferunt. in V.
Ita ſui periculi rationes ferunt & poſtulant. &c.
Tantum relictum eſt, quantum Apronij libido tulit.
Tempus, cauſa, res fert, & iſtiuſmodi alia ſignificant quod indoctiores dicunt, Tempus, res non permittit, non exigit, non poſtulat.
Si res ita tuliſſet. in Acad.
Velim ita fortuna tuliſſet, &c. Ep.
Quid res, quid tẽpus, quid cauſa ferat, tu perſpicies.
Si ita tempus feret. Ep. pro Cæcin.
Si occaſio tulerit. Ep.
Vereor ne grauioribus vtar verbis, quàm natura mea fert. pro Quint.
Hoc ſi vobis verſutius, quàm mea conſuetudo defendendi fert, videbitur. pro Cæc.
Grauius quàm conſuetudo tua ferebat. Att.

Ad me

Ad me, vt tempora noſtra, non vt amor tuus fert, verè perſcribe. Qu. Fr.

Vt ætas illa fert. pro Clu.

Si ita commodum veſtrum fert. contra Rul.

Ferre tribum, centuriam, ſuffragia, dicitur is, qui tribum, centuriam ſuffragantem habet: quod vulgari more diceremus, Vnius tribus nomen, aut vocem habere.

An tandem vna centuria prærogatiua tantum habet auctoritatis, vt nemo vnquã prior eam tulerit, quin renunciatus ſit? quaſi abſtulerit. pro Plan.

Dubitatis, inquit, quin coitio facta ſit, cùm tribus pleráſque cum Plocio tulerit Plancius? an vnà fieri potuerunt, ſi vnà tribus non tuliſſent? an nonnullas punctis penè totidem? pro Plan.

An tum cùm es factus, vnam tribum ſine Curione ferre potuiſſes? in A.

Queſtus es, plures teſtes habere de Volitinia, quàm quot in ea tribu puncta tuleris. pro Plan.

Aut ne te gratuita quidem eorum ſuffragia tuliſſe. ibi.

Suffragium ferre. Idem etiam quod Suffragari: vt,

Idémque refert, vt vniuerſus populus in campo Martio ſuffragium de re Clodij ferat. Att. & alijs locis plurimis. (S. R.

Fero pro aufero. Qui ab eo partem prædæ tulerunt.

Ego fructus ex republ. magnos acerbitate permixtos tuli. pro Plan.

Ne diutius pendeas, palmam tulit. At.

Cum a me quoque id reſponſum tuliſſet. in C.

Repulſam ferre. pro, Reijci in petitione magiſtratus.

Dum ipſe conſul factus eſſet, ille repulſam tuliſſet, id eſt, præteritus eſſet. de Or.

Ferre legem ſignificat, quod Barbari dicunt, Facere ſtatutum, aut legem aliquam.

Perniciosè cum Philippus in tribunatu legem agrariam ferret. Off.

Nihil vnquam de iſto fœdere ad populum, nihil ad plebem latum eſſe dico. pro Cor.

Pompeius contendit, vt decem Tribuni plebis ferrent,

rent, vt abſentis ratio haberetur: quod idem ipſe ſanxit lege quadam ſua. At.

Sic *Ferre*: aut, *Ad populum ferre*, pro Proponere aliquid populo, & rogare.

Nihil vnquam de iſto fœdere ad populum, nihil ad plebem latum eſſe dico, &c. pro Cor.

Ferre ad populum de aliqua re. Att.

Cùm abſentis ratio haberetur, ferebamus. At.

Illud vnà datum eſt, annorum decem imperium, & ita latum placet.

Vt P. Scæuola Trib. pl. ferret ad plebem, &c. de Fin.

Deinde quod Sylla ipſe ita tulit de ciuitate, vt non ſuſtulerit horum noxam. pro Cæcin.

Num igitur vlla quæſtio de Africani morte lata eſt? certè nulla. pro Mil.

Quod is L. Scribonio quæſtionem in eum ferente populo miſericordiam concitaſſet. de Orat.

Num quæ rogatio lata? &c. pro Mil.

Familiaris tuus de te priuilegium tulit. &c. Pa.

Sententiam ferre, quod imperiti dicunt, Dicere aut dare ſententiam. Vos autem iudices, de hominum fortunis ſententiam fertis. pro Clu.

Ferre conditionem, pro Præſcribere. Hanc conditionem miſero ferunt. pro S. R. (tritum.

Ferre cum aduerbijs: vt, Grauiter, acerbè, bellè, &c.

Feſtus dies, id eſt Feriæ, quod feſtum alij, præſertim poëtæ dixerunt, ſed hoc vocabulo Cicero non eſt vſus: neque Feſtiuitas pro Ferijs, aut feſto die apud quemquam Latinorum auctorum, quos imitari debeamus, inuenitur: ſed ſermonis vrbanitatem & iucunditatem eo vocabulo expreſſerunt.

Huius nomine dies feſti agitantur, pulchra illa Verrea, non quaſi &c. in V.

Feriæ. Feriarum feſtorumque dierum ratio in liberis requietem habet litium & iurgiorum, in ſeruis operarum & laborum. de Leg.

Feſtiuitas. Dicendi vis egregia, ſumma feſtiuitate & venuſtate coniuncta. de Or.

Fidens & Fidentia, diuulgata ſatis ſunt *Fidenter*, cui

Timidè opponitur, non item: vt,

Tum Velleius fidenter ſanè, vt ſolent iſti, nihil tam verens, quàm ne dubitare aliqua de re videretur. de N.

Paulo vellem fidentius reſpondiſſes. Att. de Fin.

Tum ille fidenter homo periciſſimus, confirmare ita ſe rem habere. de Orat.

Timidè fortaſſe ſignifer euellebat, quod fidenter infixerat. de D.

Deinde quomodo ſuſcipere aliquam rem, aut agere fidenter audebit? Acad.

Fides. In fide alicuius eſſe, recipere in fidem, &c. ijs tribuitur, qui aut dediderunt ſe, aut commiſerunt alicui: qui ſe committebant, Clientes nominabantur: recipientes, Patroni: noſtro more appellamus Tutelam, Ein ſchuk vndſchiam, Germanicè, Gallicè tutele. Sed in tutela alicuius eſſe, non idem eſt quod in fide, aut clientela. Illud enim pupillorum: hoc verò eorum qui aut victi ſunt, aut præſidio alicuius egent.

Eſſe in fide & clientela alicuius. pro S. R.

Ea ſocietas vniuerſa in mea fide eſt. Ep.

Municipia quę in fide mea erant. pro Plan.

Qui nationes deuictas bello in fidem recepiſſent. Off.

Peto à vobis, vt eum in veſtram accipiatis fidem. pro (Arch.

Recipere aliquem in fidem ſuam. Antequam.

Recipere aliquem in fidem ſuam, & eum commendatum habere. At.

Eſſe in fide & clientela alicuius. pro S. R.

Ciuitatem in Catonis fide locatam funditus perdidiſſem. At.

Fiducia ſignificat, quod vulgo appellatur Obligatio, hoc eſt pignus, quod alicui creditur, dum ſoluat quod debetur.

Tria iudicia fiduciæ, tutelæ, ſocietatis. pro Q. R.

Iudicia fiduciæ. de N.

In arbitrio rei vxorię, melius, æquius: in fiducia inter bonos bene agier. Off.

Qui

Qui fiduciam accepit, debet præſtare fidem. Topic.
Pecuniam adoleſcentulo grandi fenore, fiducia tamen accepta, occupaſti. pro Flac. (des. ibidem.
Hanc fiduciam commiſſam tibi tenes hodie ac poſſi-
Fingo, non ſignificat mentior, vt plerique putant: ſed ingenioſè aliquid excogito & formo.
Hoc intelligerem quale eſſet, ſi id in cereis fingeretur, aut fictilibus figuris. de N.
Et qui aliquid fingunt, etſi tum pictura nihil vtuntur: tamen vtrum ſciant pingere, an neſciant, non obſcurum eſt. Orat. (mus. de N.
Omnia quę cogitatione nobiſmet ipſis fingere poſſu-
Fingere aliquid animo & cogitatione. Tuſ.
Alexãder ab Apelle pingi, à Lyſippo fingi volebat. E.
Vis quę finxit, & fabricata eſt hominem. Ac.
Ex materia quam fingit, formatque effectio. Ac.
Volucres videmus fingere atque conſtruere nidos. de Orat. (pro Mil.
Nihil nobis duobus laborioſius dici aut fingi poteſt,
Finio. Cicero hoc verbo non vtitur pro Finem impono, quo ſenſu plerique nunc vtuntur: vt, Finire librum, opus aliquod: ſic enim loquuntur: ſed pro Circumſcribere aliquid certis finibus & terminis. (to. de Leg.
Ad eam rationem, curſus annuos ſacerdotes finiun-
Demetrius ſepulchris nouis finiuit modum.
Pompeius M. Marcello conſuli finienti prouincias Gallias Calend. Martijs reſtitit. At.
Deinde in ore ſita lingua eſt, finita dentibus. de N.
Sententiæ verbis finiuntur. de Or.
Nec ſolum componentur verba ratione, ſed etiam finientur. Or.
Similiter extrema definiunt. Or.
Sententia verbis aptè comprehenſa, & finita. Or.
Cupiditates non Epicuri diuiſione finiebat, ſed ſua ſatietate. de Fin.
Flagrare ſtudio, amore, deſiderio alicuius rei, crebrò à Cicerone tranſlatè vſurpatur.
Non dici poteſt quàm flagrem deſiderio vrbis. Att.

Dionyſium flagrantem deſiderio tui mitto ad te.
Vos etiam minus flagrare cupiditate video. de Or.
Flagrare cupiditate & amentia. in V.
Mulier ita flagrare cœpit amentia, ſic inflammata ferri libidine, vt eam, &c. pro Clu.
Flagrabant vitia libidinis apud illum. pro Cæl.
Conſules flagrant infamia. At.
Ibicus Rheginus amore flagrauit. Tuſc.
Incredibili quondam noſtri homines dicendi ſtudio flagrauerunt. de Or.
Bello flagrare regionem aliquam. Non vidit bello flagrantẽ Italiã, non ardentem inuidia Senatũ. de Or.
Totam enim Italiam flagraturam bello intelligo. At.
Fluo. Accommodat hoc verbũ Cicero alijs, quæ aquæ fluentis more præterlabuntur: vt,
Cętera fluere, labi, nec diutius eſſe vno & eodem ſtatu. Or.
Fluit igitur voluptas corporis. de Fin.
Excident gladij, fluent arma de manibus. pro Mur.
Omnia quæ delapſa iam fluxerunt, ſeueris legibus vincienda ſunt. pro Ma.
Pro diſpergi & in vulgus dimanare. Multum ſermonem de libris noſtris fluxiſſe video. de N.
Pythagoræ autẽ diſciplina, cum longè latéque flueret. Permanauiſſe mihi videtur in hanc ciuitatem. Tuſ.
Fluentes buccæ. Gallus pictus eiecta lingua, buccis fluentibus. de Or.
Fœdo, alij Conſpurco: vt,
Romam verò ipſam fœdauit aduentus tuus. in P.
Qui togatum domeſtici belli extinctorẽ nefario ſcelere fœdauit. de Ar.
A Sex. Serano ſanctiſſima ſacella omni turpitudine eſſe fœdata ſcimus. de Ar.
Fœdus, a, um, Turpis: vt,
Luxuria verò cum omni ætati turpis, tum ſenectuti fœdiſſima eſt. Off.
An ille fœdior atque inquinatior in Cn. Pompeio accuſando fuit. de Ar.
Exitum iudicij fœdum & pernicioſum leniſſimè tuli, Qu. Fr.
Nihil fieri poteſt miſerius, nihil perditius, nihil fœdius. At.
Bellum fœdiſſimum futurum puto. At.

Imma-

Immaniſſimum ac fœdiſſimum monſtrum. in P.
Genus mortis fœdum. At. (cadit.
Fortuitus, a, um. Barbari, Quod ſic vltro ſua ſponte
Vt illud neſcio quid non fortuitum, ſed diuinum videretur. Ep. (tuito. de N.
Ex his factum eſſe mundum concurſu quodam for-
Subita & fortuita oratio. de Or.
Si quippiam nacti ſumus fortuiti boni. de Nat.
Concurſio rerum fortuitarum. Top.
Fortuita atomorum concurſio. Acad.
Fortuna, arum, pro bonis. Fland. Den ryckdom, gelt offgodt, Gallicè, *des biens.*
Imminebat tuus furor omnium fortunis & bonis. pro Do. (Ep.
Nihil tibi deeſſe arbitror ad tuas fortunas obtinẽdas.
Bonos viros lugere malui meas fortunas, quàm ſuas deſperare. Poſtquam.
Itaque ſi quis mihi erit aditus de tuis fortunis, id eſt, de tua incolumitate agendi, agam ipſe per me. Ep.
Tamen impetũ prędonum in tuas fortunas fieri nolo.
Ego pro mea omni fama fortuniſque decerno. de Or.
Vir honoribus ampliſſimis, fortuníſq; maximis. Brut.
Succurrere ſaluti fortuniſque communibus. de Inuẽt.
Ad quę recuperanda, per fortunas incumbe. At.
Fortuno Dij fortunent: pro hac locutione nunc Barbari dicunt, Det mihi Deus bonam fortunam.
Tibi matrimonium dij fortunent. Ep.
Eum honorem tibi deos fortunare volo.
Frango. Transfert Cicero ſæpe aut ad hominum potentiam; aut ad id quod vim aliquam habeat: vt,
Ad hominem. Viriatus Luſitanus, quem C. Lælius fregit & comminuit. Off.
C. Pontinius ortum repentè bellum Allobrogum pręlijs fregit, eóſque domuit. de Pro.
Fractus & afflictus calamitate. pro Syl.
Nec tantis ſe laboribus frangeret. pro Arch.
Frangere & abijcere aliquem. Ep.
Ad rem, Contudi & fregi exultantis latronis audaciam. in Acad.

Nulla eſt tanta vis, quæ non debilitari & frangi poſſit. pro Mar.
Primus ego leges Antonianas fregi. Ep.
Verum hæc furioſa vis veſani Tribuni plebis facilè ſuperari frangiq; poteſt. pro Dom.
Qui hoſtium fregerunt furorem. Antequam.
Hominis furorem fregi & petulantiam. in P.
Non eſt autem conſentaneum, qui metu non frangatur, eum frangi cupiditate. Off. (Or.
Scæuola paulum requieſcet, dum ſe calor frangit. de
O inanes noſtras contentiones, quæ in medio ſpatio ſæpe franguntur. de Or.
Fraus. Quædam formæ loquendi fiunt hoc nomine, vulgo Latinorum non vſitatæ nunc: vt, Fraudi eſſe alicui aliquid, pro quo dicunt Nocere, Incommodare aliquid alicui, Cicero verò ſic:
Hęc res nemini vnquam fraudi fuit. pro D.
Fit S. C. vt neue Salaminijs, neue qui eis dediſſet, fraudi eſſet. At.
Cenſeóque, vt ijs qui in exercitu Antonij ſunt, ne ſit ea res fraudi, &c. in A.
Filio pietas erga patrem fraudi eſſe non debet.
Eisq; fraudi ne ſit, quòd cũ M. Antonio fuerint. in A.
Fraus pro Scelere: vt, Rabirius fraudem capitalem admiſit. pro Rab.
Fraus peculatus, id eſt, crimen. in A.
Dij nonnunquam præſentis fraudis pœnas in diem reſeruant. de D.
Qui in republica violenda fraudes inexpiabiles concepiſſent. Tuſ. (de Or.
Scelus ac fraudem nocentis ſupplicio conſtringere.
Frequens. Neque vis, neque vſus huius nominis ijs notus eſt, qui dicunt, Concionem, eccleſiam, ſcholam, ſenatum eſſe plenum, Multos eſſe in ſenatu, templo: quod Cicero hoc modo dixit.
Frequentes fuimus omnino ad ducentos. Qu. F.
Refert etiam, qui audiant, frequentes, an pauci, an ſinguli. de Ora. (nit. Ep.
Senatus continuò eſt conuocatus, frequẽsque conue-
Nun-

Nunquam tam frequens collegium iudicauit. de Ar.
Idque frequentiſſimo theatro, incredibili plauſu comprobatum eſt, &c. de D.
Nulla in concione vnquam frequentior fuit populus Rom. in Acad.
Sic, *Frequentem aliquem alicubi eſſe.* Vulgus, Sępe, crebro eſſe, audire aliquem, Venire aliquò.
Frequens enim te audiui, atque affui. de Or.
Eo tempore Roſcius erat Romę frequens, atque in foro & in ore omnium quotidie verſabatur. pro S. R.
Demoſthenes frequens fuit Platonis auditor. Or.
Nos in hoc genere frequentes.
Sic *Frequentia*, vt, Cum maxima frequentia à multitudine domum reducebatur. in V.
Tabulas in foro ſumma hominum frequentia exſcribo. (de Pet.
Quotidiana amicorum aſſiduitas & frequentia. Qu.
Non enim tribum Terentinam, de qua &c. ſed ſolidam & robuſtam, & aſſiduam frequentiam præbuerunt. pro Plan.
Cum hic Dorilenſis efferretur magna frequentia, conſeſſuque veſtro. pro Flac.
Ad Res interdum refertur. Thucydides creber eſt rerum frequentia. de Or.
Epiſtola. De epiſtolarum frequentia nihil te accuſo.
Frequento as, are. Verbi huius ſignificatio & vſus diuulgandus eſt, vt eo vtantur indocti, cum dicant, Sæpe facere, ponere, vti aliqua re.
Verbi tranſlatio inſtituta eſt inopiæ cauſa, frequentata delectationis. de Or.
Diſtinguenda & frequentanda eſt omnis oratio luminibus verborum. de Or.
Aceruatim multa frequentare. Or.
Hæc frequentat Phalereus maximè.
Fugit me, aut aliquid aliquem, Cicero dixit: quod recentiores Græco more, Latet me: vt,
Cui rei fugerat me reſcribere. A.
Non fugiſſet hoc Græcos homines. de Or.

Illos autem id fugerat ſuperiores. de Fin.
Verum hoc amentem hominem fugit. in V.
Illud alterum quàm ſit difficile te non fugit. in V.
Niſi quę me forte fugiunt. Tuſ.
Nulla res ;eſt in vſu militari poſita, quæ huius viri ſcientiam fugerit. pro Pom.
Fugiens vinum, Barbari vinum craſſeſcens, quod ſit craſſum aut longum. Wencher oder abgefalner Wein, der Wein iſt lang, Galli, *Vin mouſſé*. Qui vinum fugiens vendit ſciens. Off.
Fundere, ſæpe Cicero alijs etiam rebus, non humidis tribuit: vt,
Fundere verſus ex tempore. de Or.
Fundere orationem numeroſè & volubiliter.
Cum tam bonos ſeptenarios fundat ad tibiam. Tuſc.
Vtrumque eorum fundi quodammodo & dilatari putant. de Fin.
Iuſtitia ipſa ſe fundit vſu in cæteras virtutes.
Aër fuſus & extenuatus, in ſublime fertur: concretus autem in nubem cogitur. de N.
Murena magnas hoſtium copias fudit. pro Mur.
Fungor, munerib. & officijs vitæ attribuitur propriè, pro quo noſtri tantum, Facio officium, munus: illum vero modum ignorat vulgus.
Fungi Munere. Valetudo opportuna eſt, vt dolore careas, & muneribus fungare corporis. Am.
Poſſunt aliquando oculi non fungi ſuo munere. de D.
Lyſias eſt functus omni ciuium munere. de Cla.
Vt conſulentibus reſpondeas, ſenectutis grato atque honeſto fungere munere. de Leg.
Fungi officio. Fungerer officio, quo tu functus es in meo luctu, téq; per litteras conſolarer, niſi, vt. Att.
Neque enim verbis auget ſuum officium, ſi quo forte fungitur. Off.
Qui adipiſci veram iuſtitię gloriam volent, iuſtitię fungantur officio. Off.
Qu. Arrius omni iam fortuna proſperè functus. de Cla.

G. Ge-

G.

GEneratim. Id ſignificat Latinè, quòd Barbari dicunt, vniuerſaliter, aut ſpecialiter, particulariter: Quæ duo poſteriora Cicero quoque efferc per Speciatim & Particulatim: vt,

Ergo ab vniuerſa prouincia, generatimque à ſingulis eius partibus diligitur. in Ver.

Nāvt publicè ciuitates iſtos honores habēt, aut generatim homines, vt aratores, mercatores, nauicularij.

Quid auaritiç, quç criminibus infinitis implicata eſt, ſummam nunc explicem, generatim ea quæ maximè nota ſunt, dicam. in P.

Orator percurret omnes locos, vtetur aptis generatim. Or. (de Orat.

De iure generatim in ordines ætatéſque deſcripto.

Sed hęc Craſſus aliquando vobis expediet, & diſponet deſcripta generatim.

Nulli fuerunt qui illa artificiosè digeſta generatim componerent.

Exponam igitur generatim argumenta eorum. Aca.

Non nominatim, ſed generatim proſcriptio eſt informata. At.

Nam quid ego de cęteris ciuium Rom. ſupplicijs ſigillatim potius, quam generatim atque vniuersè loquar? in V.

Infinitum mihi videtur id dicere, in quo aliquid generatim quæreretur: hoc modo, Expetendáne eſſet eloquentia, expetendíne honores. de Or.

Vt ſi amicitiæ quid cauſa factum dicetur, ſi inimici vlciſcendi, ſi metus, ſi gloriæ, ſi denique (vt omnia generatim amplectamur,) alicuius retinendi, augendi, adipiſcendiue commodi cauſa. de In.

Gentiles vocant Latini eos, qui ex eadem gente & familia ſunt orti: idcirco eodem etiam nomine appellari ſolent.

Si furioſus eſt, agnatorum gentiliúmque in eo, pecuniaque eius poteſtas eſto. de Inuen. ad Her.

Antiquus ſane, fuit enim meo regnante gentili Tuſ.

Gentiles ſunt, qui inter ſe eodem ſunt nomine ab ingenuis oriundi, quorum maiorum nemo ſeruitutem ſeruiuit, qui capite non ſunt diminuti. Top.

Tuus etiam gentilis Brute M. Pennus. de Cla.

Homines Deorum immortalium quaſi gentiles ſunt. de Vn.

Reſponde mihi nunc tu Verres, quem eſſe hunc tuum penè gentilem Verrutium putas? in Ver.

Gero, Varij eſt vſus: ſed propriè facere, aut, agere ſignificat, & de rebus aut negotijs tam priuatis, quam publicis dicitur, quod plerique nunc ignorare videntur. Quid negotij geritur? in quo ille tot & tales viros defatigat. de Fin.

Si ipſe negotium meum gererem, nihil gererem, niſi conſilio tuo. At.

Tuum negotium geſſiſti bene. pro Qu. R.

Sui negotij benè gerens.

Noſtro more malè rem gerentibus. &c. Off.

Gerere & adminiſtrare aliquam rem, vel negotium. de *In*. (de Fin.

Vt ſapiẽs velit gerere & adminiſtrare rempublicam.

Vt dicimus bellè Remp. gerere: ſic etiã, Societatem, inimicitias, & iſtiuſmodi generis alia gerere: vt,

Qui magna fide ſocietatem gerunt. pro Qu.

Tamen hominum more inimicitias gerere poteratis. pro Deiot.

Gerere ſimultatem cum aliquo. At.

Gerere graues inimicitias cum aliquo. in V.

Gerere amicitiam, liber de amicitia gerenda. E.

Comitia illa ſunt armis geſta ſeruilibus. de Leg.

Gratulor. Significatio & vis nota eſt, ſed vſus obſcurior, nam cum ablatiuo ſine præpoſitione noſtri homines non coniungunt, ſed ſolum cum ablatiuo, aut præpoſitione. Cicero ſæpius ablatiuum, quàm accuſatiuum tribuit: vt, gratulor tibi affinitate viri optimi. Ep.

Qui mihi gratulatus es illius diei celebritate. At.

Cum populus Rom. frequens aduentu meo gratulatus eſt. in Sal.

Sic

Sic verba lætandi & gratulandi omnia: vt, Primùm tibi, vt debeo gratulor, lętórque, cum pręſertim &c. tum etiam ſperata tua dignitate. Ep.
Grauitas cæli, loci alicuius, dixit Cicero: Multi, Non eſſe bonum aërem, malum aërem eſſe nunc dicunt.
Corpore vix ſuſtineo grauitatem cęli huius. At.
Loci grauitas cum reliquis etiam hic miſerrimè perferenda. At.

H.

HAbeo. Varij vſus eſt verbum: quæ verò in vulgus minus nota, hæc ſunt.
Sic, benè, malè ſe res habet: nos potius, Sic eſt: Barbari verò ſic, Benè, malè res ſtat. Cicero verò ſic habet.
Quæ res ſic ſe habet. At.
Verum ita ſe res habet. pro Qu. in Ver.
Præclarè enim ſe res habet, ſic &c. de Or.
Domitij ſe malè habent. Ep.
Dum ego me non bellò haberem. At.
Male enim ſe res habet, cum &c. Off. de Orat.
Sed res iam quomodo habeat ſe, diutius neſcire non poſſum. At.
Habere cognitum, perſpectum, & iſtiuſmodi alia, pro Cognoſcere, Perſpicere, trita non ſunt.
Quantum ex tuis litteris habeo cognitum.
Eum nondum habes ſatis cognitum.
Habere vitam alicuius perſpectam.
Siculi ad meam fidem, quam habent ſpectatam iam & diu cognitam, confugiunt. in Ver.
Vt ante Cal. Sext. decumas ad aquã deportatas haberent.
Itaque hi conuerſam iam habẽt demonſtrationẽ ſuã.
Orator habeat omnes philoſophię notos & tractatos locos. Orat.
Docemur auctoritate legũ domitas habere libidines, coërcere omnes cupiditates. Or.
Non habeo ambiguum. Ep.
Habeo expertum.
Vt habeant paratum quid quaque de re dicant. Or.
Cum exploratum habere cœpero, &c. At.
Quod me hortaris vt abſoluam, habeo abſolutũ. Qu.

Hoc quod interſit, certé habes ſubductum. At.
Hæc & innumerabilia quæ collecta habent Stoici.de D. (quam tuum. Ep.
Quæ non animum meum magis ſolicitum habent,
Solicitum autem te habeat cogitatio,tum officij, tum etiam periculi.
Sic Habeto, *Habeas*, pro intelligito, accipito.
Sic ergo habeto, ſalutares te mihi miſiſſe litteras. Att.
Id primum ergo habeto. Ep.
Vnum ſic habeto. Ep.
Atque hoc ſic habeto. Qu. Fr.
Neque tamen adhuc habeo quod te accuſem. Ep.
Hi ſic habeant, quæcunque in equite Rom. dignitas eſſe poteſt, eam ſemper in M. Cęlio habitam eſſe ſummam, hodiéque haberi ab omnibus. pro Cęl.
Illud velim ſic habeas, &c. Ep.
Ita ſtatutum habeas, &c.
Habeo cum infinitiuo. vt Gręci ἔχω.
De repub. nihil habui ad te ſcribere. At.
Eò minùs habeo neceſſe ſcribere quid ſim facturus.
Quid habes igitur dicere de Gaditano fœdere eiuſmodi? pro Cor.
Quid enim dicere habeant. Acad.
De noſtris ſomnijs quid habemus dicere? de D.
Non quotieſcunque potuerit dictum dici, neceſſe habeamus dicere. de Orat.
Non habebimus neceſſe ſemper concludere. Bar.
Hæc ferè obijcere habui de natura deorum. de N.
De cauſa regia tantum habeo polliceri, &c. Ep.
Hæreo. Multa ſignificauit hoc verbo Cicero, quæ ignoratione obſcurantur vt, Hęrere, pro Dubitare, & impediri quo minus progredi quis poſſit.
Hærere in aliqua re. de Orat.
Hærere in iure. de Orat.
Philoſophi cum hęrerent. Acad.
In quo etiam Democritus hæret. de Fin.
Incurrere in aliquam rem, & in ea hærere, atque impediri. de Vn.
Valde in ſcribendo hæreo. At.
In cæteris ſubuenies, ſi me hærentem videris. de Fin.
Peccatum,

Peccatum, crimen, aut iſtiuſmodi aliquid hærere in aliquo,pro eo quòd recentiores dixerunt, Obnoxium aliquem eſſe peccato : quomodo nec Cicero , neque veteres ſunt locuti.
Vt peccatum hæreat non in eo qui monuerit , ſed in eo qui non obtemperarit.de D.
Nec Catilinæ familiaritatis crimen hęreat. pro Cæl.
In quo nō modò crimen nō hærebat,ſed vix,&c. ibi.
Fama adoleſcentis paulùm hæſit ad metas. pro Cæl.
Hoc mihi planè hæſit, &c.
Poteſt homini huic hęrere peccatum. pro Q. R.
Non poteſt hærere in tam bonis ciuibus tam acerba iniuria. Ep.
*Hærere aliquid in viſceribus,medullis,&c.*pro eo quòd dicimus, Ego nunquam obliuiſcar, ἐγκλεύματα illa tua non abieci,quæ mihi hęrent in viſceribus. At.
Qui cum abeſſent,aderant tamen, & in medullis populi Rom.ac viſceribus hærebant. A.
Tu qui mihi hæres in medullis. Ep.
Credo quòd hærebant in memoria , quæcunque audierat aut viderat. Acad.
In hac cauſa mihi aqua hæret. Qu.Fr. Sed aqua hæret , vt aiunt. Off.
Venit ad extremum, hæret in ſalebra. de Fin.
Haurio,crebrò à Cicerone ad alia transfertur,quę aliunde accipimus,tanquam hauriremus: vt,
Sumptū haurit ex ærario,ſuppeditat ſocijs.cont. Rul.
Quoque affluentius voluptates vndiq; hauriat. Tuſc.
Artes quas cum domo haurire non poſſes,accerſiuiſti ex vrbe Athenarum. de Cla.
Hanc legem à natura ipſa arripuimus, hauſimus , expreſſimus. pro Mil. & Or.
Vidi enim, vidi,& illum hauſi dolorem vel acerbiſſimum in vita,cum &c. pro Cæl.
Is propagatione vitæ,quot,quantas,quàm incredibiles hauſit calamitates! Tuſ.
Vnus pro omnibus hauſi indigniſſimam calamitatē. pro Dom. (rem. pro Seſt.
Luctum nos hauſimus maiorem,ille animi nō mino-
Quæ

Quæ vnquam Charybdis tantos haurire gurgites poſſet, quantas iſte Byzantiorum prædas exorbuit? de Ar.

Quid eum non ſorbere animo, non haurire cogitatione, cuius ſanguinem non bibere cenſetis? A.

Honor. Nota ſatis vis nominis: ſed, Habere alicui honorem, aut facere, & Præfari honorem vulgaria nō ſunt, nam pro illo dicimus, Pecuniam, aut Vinum honorarium dare: pro hoc verò, Sit venia dicto, Cum venia. Cicero verò ſic:

Curio miſi, vt medico honos haberetur, & tibi daret quod opus eſſet. Ep.

Is enim mihi honos videri ſolet, qui non propter ſpem futuri beneficij, ſed propter magna merita claris viris defertur, & datur. Ep.

Præfari honorem. Ep.

Hoſpes. Solum hic monendi videntur ſtudioſi ne Hoſpitem Cauponem appellent: nam hic precio, ille beneficio hoſpites accipit. Vide in voce Caupo.

Humilis & humilitas non ſignificant, quod pleríque putant, animi virtutem, & modeſtiam: ſed potius in vitio eſt & abiectum, & fractū animum notant, aut generis & conditionis ſtatum.

Qui altiore animo ſunt, nihil abiectum, nihil humile cogitant. de Fin.

Animus demiſſus atque humilis. pro Font.

Sentiam idem quòd Pompeius, neque id faciam humili animo. At.

Fracto animo atque humili ſupplicare alicui. pro Pl.

Qui parentibus nati ſunt humilibus. de Am.

Quis vnquā apparitor tam humilis, tā abiectus? in A.

I.

I*Acere*, pro, Nō clarum eſſe, neglectum & abiectum, aut mœſtum eſſe, Cicero ſæpe vſurpauit: vt,

Qui in pace iacere, quàm in bello vigere maluit. in A.

Cum C. Marius ſeptimum annum poſt præturam iaceret. Off.

Abſens non in ~~oblatione~~ iacuiſſet. in V.

Eodem

Eodem ſilentio multa alia officia oratorum iacuerunt. Orat.

Quod priora in ruinis reip. noſtriſque iacuerint. Ep.

Iacent ea ſemper, quæ apud quoſq; improbãtur. Tuſ.

Multi viri antiqui his recentibus Marijs commemorandis iacebant. pro Mur.

Cn. autem noſter (ô rem miſeram) vt totus iacet! At.

Iacet in mœrore meus frater.

Iacere in ſordibus ac luctu. in P.

Nunc iacent precia prædiorum. pro Qu. R.

Cum leges in ciuitate nihil valeant, cum iudicia iaceant. Off.

Iacet igitur tota concluſio. de D.

Quod quæris quid hic agatur, tota Capua, & omnis delectus iacet. At.

Cur tã diu iacet hoc nomen in aduerſarijs? pro Q R.

Quomodo tibi tanta pecunia extra ordinem iacet?

Iactare, propria ſignificatio facilis, ſed iactari aliquem aliqua re, pro Exagitari & exercitari, quo Cicero vtitur, minus notum.

Forenſi labore iactor. Qu. Fr.

Qui in hac tempeſtate populi iactamur & fluctibus. pro Planc.

Pompeius clamore conuicióque iactatus eſt. Ep.

Iactare ſe, pro Multa ſibi arrogare & tribuere.

Qui ſe inſperatis pecunijs, ſumptuoſius inſolentiúſque iactant. in C.

Superioribus inuidetur ſæpe vehementer: & eo magis, ſi intolerantius ſe iactant. de Or.

Miſeros illudi nolunt, niſi ſi ſe forte iactant. Or.

Iam. Sæpe Cicero pro Prætera, aut ἔτι Græco vtitur, initio ſententiæ, quę antecedentibus adiungitur.

Iam quid ego commemorem, &c. de D.

Iam illo tempore, cùm &c. Ep.

Iam à principio videndum eſt. Or.

Iam illo tempore, cùm &c. in V.

Dionyſius aureum Ioui detraxit amiculum grandi pondere. Iam menſas argenteas de omnibus delubris iuſſit auferri. de N.

Contrahi autem animum Zeno, & quaſi labi putat

atque

atque concidere, & ipſum eſſe, dormire.

Iam Pytahgoras & Plato locupletiſſimi auctores iubent, &c. de D.

Iam diu, & Iam pridem, cum præſenti tempore paucis nunc in ore eſt, ſignificat id quod cum olim cœpimus, facere nondum deſijmus.

Iam diu nihil noui afferebatur. Ep.

Quærenti mihi iam diu quid ad te potiſſimum ſcriberem. Ep.

Ego te iam diu plurimi facio. Ep.

Poſtulatur à te iam hiſtoria. de Leg.

Quorum ego vix à te tamdiu manus contineo. D.

Iam pridem. Nihil iam ſum pridem admiratus magis. Ep. (viſere. At.

Cupio equidem, & iam pridem cupio Alexandriam

Iam pridem inſtitui. Acad. (fuit. Or.

Nam in me iam pridem effectum eſt, quod futurum

Alter iam pridem princeps iuuentutis, &c. Ep.

Iam pridem de tempore non ita remoto. I. V.

Id temporis, & id ætatis coniungit Cicero, cum omnibus penè verborum generibus: quaſi non mutarentur, neque flecterentur eius caſus; quod tamen ipſum ſæpe ab eodem factum eſt.

Et nos ipſi, quoniam id temporis eſt, valetudini operam demus. de Or. (eſſet. At.

Is venit ad me, & quidem id temporis, vt retinendus

Quos ego ad me venturos id temporis eſſe prædixeram. in C.

Deinde profectus eſt id temporis, cùm iam Clodius Romam redire potuiſſet. pro Mil.

Etſi id eſt ętatis, vt nondum ſcientiam conſecutus ſit. pro Dom.

Hominibus id ætatis tantum onus imponere. de Or.

Cum id ætatis ſim. Ep.

Duo filij id ętatis. pro S. R. (mus. Ep.

Id ætatis iam ſumus, vt omnia fortiter ferre debea-

Illudo, non ſolum accuſatiuo, ſed & datiuo adiungitur, vt Eludo. (re. pro S. R.

Alicuius miſeri fortunis, aut alicuius dignitati illude-

Hic

Hic illudit auctoritati veſtræ. pro Dom.

Imbuo. Iungitur hoc verbum quibuſdam nominibus à veteribus: quod temporibus obſcuratum & obrutum videtur: vt,

Ad hanc legem non docti, ſed facti; non inſtituti, ſed imbuti ſumus. pro Mil.

Omnium hominum mentes imbuit deorum opinio. Tuſ.

Cognitiones verborum, quibus imbuti ſumus. de Finibus.

Bellum nefarium, & omni odio imbutum. pro Dom.

Cuius ſanguine totum illud ſociale bellum macula ſceleris imbutum eſt. pro Fon.

Via Appia latronis ſanguine imbuta eſt. pro Mil.

Imbuti ſanguine gladij militum noſtrorum, vel madefacti potius. in A.

Imbui opinionum prauitate. Tuſ.

Imbui erroribus, &, Imbutus dialecticis.

Immineo, non ſolum datiuo, ſed & accuſatiuo adiungitur à Cicerone: quod ignorari nunc videtur: vt,

Impendebat direptio, imminebat tuus furor omnium fortunis. pro Dom.

Certior ſum factus, Parthos ab illo aditu Cappadociæ longè abeſſe, Ciliciæ magis imminere. At.

Ipſe autem eo die in Peti noſtri tyrotarichum imminebam. At.

Qui imminere iam cupiditate videntur in tribunitiam poteſtatem pro Dom.

Huius mendicitas auiditati coniuncta in fortunas noſtras imminebat. in A.

Aliquem auaritia hiante atque imminenti eſſe. in V.

Iſte infeſtus in omnia maria ex omnibus Siciliæ partibus imminebat.

Homo ad cædem imminens. pro Dom.

Impingo. Ea ſignificatione, qua veteres vſi ſunt hoc verbo, non vſurpat nunc vulgus, ſed qua recentiores, nam veteres nunquam illidere & offendere per impingo dixerunt: ſed pro infligere, aut Inijcere aliquid quo capiatur aliquid, ſunt vſi: vt, Vncum impingere alicui.

tione plurimum diſcedentem.

Impunè aliquid facere, notius eſt, quam impunè eſſe: pro, Non puniri: aut, vt Barbari loquuntur, Impunem eſſe.

Si hic illi inſidias poſuerit, vt ne ſit impune: ſi ille huic, tum nos ſcelere ſoluamur. pro Mil.

Qui nummos in tribu pronunciauerit, ſi non dederit, impune ſit. At.

Vt impune in ocio eſſe poſſemus. contra Rul.

In ſingulos dies, in annum, in menſem, Latini dixerunt, pro quibus nunc vulgus, Singulis diebus, pro vno menſe, aut anno.

Sed cura, vt excuſer morbi cauſa in dies ſingulos. At.

Huius mei conſilij maiorem in dies ſingulos fructum capio. Ep.

In dies ſingulos eius copiæ minuuntur. Ep.

Quoniam in perpetuum non placet, in dies ſingulos videbis. At.

Ego vobis in hunc annum conſul popularis affero pacem, tranquillitatem, ocium. contra Rul.

In proximum annum conſulatum petere. At.

Sed ego hāc *ἀνέξιαν* in vnum annū meditatus ſum. At.

Scaptius centeſimis, renouato in ſingulos annos fœnore, contentus non fuit.

Præſidia ſunt in multos annos prouiſa. At.

Sic, *In iugerum, in medimna aliquid dare*, Latini dixerunt: Barbari nunc, Pro ſingulis iugeris, medimnis tantum dare. Cicero vero hoc modò.

Minus trib. medimnis in iugerum nemo dedit. in V.

Precium conſtitutum decumano in modios ſingulos H.S. ternos. in V.

In frumentum imperatum H.S. duodetricies in annos ſingulos Verri decernebatur. ibid.

In medimna ſingula H.S. quinos denos dediſti. in V.

Inambulo. Idem quod ambulo, hoc eſt, animi, aut colloquendi cauſa cum abliquo ſpacia facere. Noſtri verò homines, neglecto hoc verbo, aut Ambulare, aut Spaciari ſolum vtuntur. Cicero ſepius Inambulo. Ambulo enim Proficiſcor, & Iter facio

facio quoque ſignificat, de quo ſuo loco.

Cùm etiam tum in lecto Craſſus eſſet, Antonius autẽ inambularet cum Cotta in porticu. de Orat.

Prætor quieſcebat, illi inambulabant. in V.

Ante lucem inambulabam domi. At.& E.

In viridi opacáque ripa inambulare.de Leg.

Romulus non longè à tuis ædibus inambulans dixit. de Leg.

Quia diſputabant inambulantes in Lyceo.in Ac.

Inanimus, & Inanimatus, eadem & ſignificatione, & vſu: ſed inanimus prorſus ignotum in vulgus eſt: cum Cicero hoc aut crebrius, aut certè non rarius vſus ſit illo: vt,

Inter inanimũ & animal hoc maximè intereſt: quod inanimum nihil agit, animal agit aliquid. Aca.

Cuiuſque generis vel inanimi, vel animati, vel muti, vel loquentis origo. Tuſc.

Inanimum etenim eſt omne, quod pulſu agitatur externo: quod autem eſt animatum, id pulſu cietur interiore. Tuſc. (ta. de N.

Siue inanima natura, ſiue neceſſitas vi magna incita-

Omnia muta atque inanima commouerentur. in V.

Inanis. Hoc nomine quędam Cicero ſignificauit, quæ vulgo nunc ignorari videntur, quin etiam cum genitiuo coniunxit & ablatiuo, vt Plenus, quod tritum quoque non eſt: vt,

Litteræ inanes, in quibus nihil eſt dignum cognitione. Ep

Mittere tabellarium cum inanibus epiſtolis. At.

Tyndaritani equum inanem reliquerunt. in V.

Sed deinceps omnia plena conſiliorum, inania verborum videmus. de Or.

Hæc inaniſſima prudentia reperta ſunt. pro Mur.

Nulla enim abs te per hos dies epiſtola inanis aliqua re vtili & ſuaui venerat. Ep. (in V.

Ager Agyrinenſis ſeptuaginta auctoribus inanior eſt.

Inauratus. Auratus, vulgo Deauratus, aut auro obductus. (de Or.

Non inauratam, ſed auream ſtatuam alicubi ponere.

Inaura-

Inauratam ſtatuam ponere. in V.
Palla inaurata indutus. ad Her.
Incido. Hoc verbo exprimit Cicero, quod alij per Breuiare: vt,
Qui mihi pennas inciderant, nolunt eaſdem renaſci. A. (tequam.
Lingua inciditur ad deplorandam calamitatem. An-
Poëma ad Cæſarem quod compoſueram, incidi. Qu. Fr.
Tametſi oportet incidamus media, ne nimis ſero ad extrema veniamus. in Acad.
In omnibus me numeris æqualiter particulas doceat incidere, an facere alias breuiores, alias longiores. (Or.
Incidere neruos virtutis. Aca.
Incidere neruos populi Romani. contra Rul.
Incidere linum, diſcindere linum, quo epiſtolæ ſtringuntur & obſignantur. in C.
Sic, *Incidere aliquid in tabula, baſi, monumentis, ſepulchro, ære, aut in æs*, pro quo plerique Sculpere dicũt.
Incipio. Satis nota eſt vis verbi, ſed vſus non item, tribuit ei Cicero ſemper penè præteritum Cœpi: vno tantum loco, eoque ſuſpecto, hoc eſt, in epiſtolis ad Atticum, Incepi inuenitur, quod ſi itaque Cœpi dicas, non incepi, Ciceronis more loqui putaberis.
Inclamo, pro Clamo, aut Voco, alienum eſt à conſuetudine eorum, qui nunc vulgo latinè loquuntur, quo tamen Cic. ſic eſt vſus:
Sed ita te para, vt ſi inclamaro, aduoles. At.
Expeditus facito vt ſis, ſi inclamaro, vt accurras.
Comitem illum inclamauit ſemel ac ſæpius. de In.
Nemo ingemuit, nemo inclamauit patronorum, nihil cuiquam doluit. de Or.
Inclino, & inclinatus, & inclinatio, aliter & ſæpius Cicero vſurpat, quàm nunc vulgò fit. Conſequitur aliquando Accuſatiuus inclino, ſæpe etiam nullus caſus: vt,
Si ſe dant, & ſua ſponte quo impellimus, inclinant atque propendent, accipio quod datur. de Orat.
Quàm

Quàm vellem, inquit, vt te ad Stoicos inclinaſſes. de Fin.
Inclinare omnia ad ſuæ cauſæ commodum. de In.
Cum ſententia Senatus inclinaret ad pacem faciendam cum Pyrrho. de Sen.
Inclinantem erigere) (Stantem inclinare. Or.
Qui vt me paulum inclinari timore viderunt. A.
Nunc quicquid eſt, quocunque veſtræ mentes inclinant atque ſententiæ, ſtatuendum vobis ante noctem eſt. in C.
Tum igitur intelliges, qui inclinent ad hoc meum conſilium adiuuandum. At.
Cum Aiax Danais inclinātib. prælium reſtituit. Tuſ.
Inclinata. Inclinata vlulantíque voce canere. Or.
Ferre præſidium labenti atque inclinatæ reipublicæ. Brut.
Noſtra acies inclinata. Tuſ.
Sed tantum impelli primò iudicem, vt iam inclinato reliqua incumbat oratio. de Orat.
Laboratur vehementer, inclinata res eſt, id eſt, quaſi ruinam minatur. Ep.
Vt te in ocium referres, præcipuè nunc iam inclinata victoria. Dolab. (Orat.
Inclinato iam in poſtmeridianum tempus die. Tuſc.
Inclinatio temporum, rerum, &c. Significat Mutationem.
In republ. permagni momenti eſt ratio atque inclinatio temporum. in V.
Fuit hoc meum fatum, vt in me vnum omnis inclinatio communium temporum incumberet. pro Cor.
Minimis momentis maximę inclinationes temporum fiunt. in A.
Mihi nihil oberat præter conuerſionem ſtatus, & inclinationem communium temporum. pro Dom.
Reipub. ſtatus, inclinatio temporum, ratio concordiæ. pro Plan.
Magna eſt comitijs conſularibus repentina voluntatum inclinatio, præſertim cum incubuit ad bonum virum. pro Mur.

Incre-

Increbreſcere rem aliquam, pro peruulgari, & Ventum increbreſcere, pro maiorem fieri, minus noſtris tẽporib. vſitatum ac tritum, quam olim Romæ fuit.
Nunc apud Oratores ipſe numerus increbuit. Or.
Cum hoc neſcio quomodo apud eos increbuiſſet, me &c. Orat.
Nonnullorum ſermo iam increbuit, ſe &c. de Op.
Hi quorum ſermo imperitus increbuit. in Or.
Hęc conſuetudo, quæ increbuit. in A.
Sed ait rurſus idem, increbuiſſe eam funerum magnificentiam, quæ nunc ferè Romæ eſt. de Leg.
Ventus increbreſcit. Ep.
Inculco. Significat imbuere, & quaſi infarcire aliquid notum iam minimè eſt: ſic ergo vſus eius diſcatur.
Aliquid inculcare. Quid igitur attinet inculcare fatum? de Fat.
Ne vt quidam Græca verba inculcantes iure optimo rideamur. Off.
De firmiſſimis alia prima ponet, alia poſtrema, inculcabitque leuiora. Or.
Inculcamus ſæpe per imprudentiam etiam minus vſitatos verſus. Or.
Apud alios inculcata reperias multa. Or.
Id quod tradatur, vel etiam inculcetur, ſi quis ſit tardior, poſſe percipere. de Or.
Inculcaſti etiam, vt C. Piſonem nominaret. in Vat.
Inculcare *alicui aliquid*, inculcatum eſt Metello, te aratores euertiſſe. in V.
Vos autem non modo oculis imagines, ſed etiam animis inculcatis. de N.
Valuit plus, quod erat illi nonnullorum artificijs inculcatum. At.
Græci qui ſe inculcant auribus noſtris. de Or.
Incumbo. Neque vis, neque vſus huius verbi nunc tritus eſt, ſignificat enim quaſi innitendo toto corpore rei alicui aliquid efficere velle.
Incumbere *in aliquam rem* In gladium, aut gladio incumbere. de In.
Incumbite in cauſam, Quirites, vt facitis. in A.

Nunc

Nunc tota mente incumbe in hanc curam. At.
Incumbe toto animo & ſtudio omni in eam rationem, qua adhuc vſus es. Fr.
Vt in remp. omni cogitatione curáq; incumberes. E.
Cum in cupiditatem incubui, &c. At.
Amabo te, incumbe in eam rem. At.
Quamobrem pergite, vt facitis, adoleſcentes, & in id ſtudium in quo eſtis, incumbite: de Or.
Incumbere *Ad aliquid.* Quamobrem mi Plance, incumbe toto pectore ad laudem. Ep.
Pompeius ad voluntatem perferendæ legis incubuerat. At.
Incumbamus ô noſter Tite, ad ſtudia. At.
M. Cato incumbens ad illius perniciem. pro Mur.
Ad quæ recuperanda per fortunas incumbe. At.
Nemo fuit ex eis qui nõ incubuerit ad rempublicam liberandam. pro Syl.
Quare P. C. incumbite ad ſalutem reipubl. circumſpicite omnes procellas, quæ &c. in C.
Idem volunt omnes ordines, eodem incumbunt municipia, in A.
Hæc doce, hæc profer, huc incumbe. pro Plan.
Facis tu id quidem, & in eo maximè incumbis, in A.
Vt eos qui audiunt, quocunque incubuerint, poſſit impellere: de Or.
Index, propriè ſignificat id quod indicat aliquid, ſed pro homine qui aliquid indicat peruulgatum non eſt: nam indicem vulgus Delatorem vocat, quo vocabulo Cicero non eſt vſus.
Hęc omnia indices detulerunt, rei confeſſi ſunt. in C.
Cæſar indices maximis præmijs affecit.
Interim venit index ad Dineam, neque obſcurus, neque incertus, qui nunciaret & filium &c. pro Cl.
Idem Nerius index edidit ad allegatos. Qu. Fr.
Complexus ſummæ beneuolentiæ, falſi indices extiterunt in amore ſimulato. in A.
Hinc *Indicia & indicare*, quæ notiora ſunt.
Induco. Sunt quidam modi loquendi huius verbi, non tam interpretandi, quàm in vulgus indicandi quod

L nun-

nunquam, aut rarò iis vtatur, nō ſolum enim dixit Cicero, In animum inducere, ſed etiam, animum inducere.

Animum inducere non poteris, vt videam, &c. Ac.
Qui potuit animum inducere, vt filium exhæredaret. pro S. R.
Antonius induxit animum ſibi licere quod vellet. A.
Tu igitur animum poteris inducere, contra ea dicere? &c. de D. (de D.
Tu igitur animum induces cauſam hanc defendere?
Inducant animum diuitias contemnere. Tuſ.
Si exire in exilium animum induxeris. in C.
Inducere animum iacentem amici in ſpem cogitationemque meliorem. de Am.

Inducere nouum morem, verbum, &c. dixerunt Latini: noſtri verò, Nouum morem incipere, aut facere: Nouum verbum inuenire, fingere, facere. Vſurparunt enim Latini eadem ſignificatione, qua Auctorem eſſe. (cam. pro R. P.
Inducere nouum morem iudiciorum in rempubli-
Inducere nouum verbum in linguam latinam. in A.
Ne inexpiabiles religiones in remp. inducerentur. in A. (&c. de Fat.
Hanc rationem Epicurus induxit ob eam rem, quod,
Qui hoc primus in noſtros mores induxit. de Or.
Rem pernicioſiſſimam in ciuitatem inducunt, ſeditionem atque diſcordiam. Off.
Puerum in hanc noſtram rationem conſuetudinémque inducemus. Qu. Fr.
Quæ eloquentia falſos deos ſuſtulit, eadem veros inducat. de N.
De perſonis loquentibus in Dialogis, aut Comœdijs & Tragœdijs dicitur: vt Poëtæ deos libidine furentes induxerunt. de N.
Varro inducetur in aliquem locum, ſi modo erit locus. At. (pro Dom.
Et homo facetus inducis etiam ſermonem vrbanum.
Tireſiam poëtæ nunquam inducunt deplorantem cęcitatem ſuam. Tuſ.

Inducere

Inducere fortiſſimum virum lamentantem. Tuſc.
Hinc ille Gyges inducitur à Platone, quem &c. Off.
Inducere alicui agrum, pro Magno precio alicui conſtare, alicui emere. Hic ager quoquo precio coëmptus erit, tamen ingenti pecunia nobis inducetur. contra Rul.
Vt agros quanti velletis P. R. induceretis.
Inducere, ſignificat idem quod Delere: vt ſi quis ſtylo lineam ducat tranſuerſam per ea quæ ſcripta ſunt, quo notet ea non valere amplius. Inde etiam hoc verbo exprimitur, quod Barbari dicunt per annihilare, Inducere nomina, id eſt, delere. At.
Etſi nomina facta ſunt, vel induci, vel mutari poſſunt. At.
Vt induceretur locatio, poſtulatum eſt.
Inducere, Fallere, Decipere etiam ſignificat.
Hic nos decepit, fefellit, induxit, in P.
Socios inducere, decipere, deſtituere. pro S. R.
Dolabella tum eſt impulſus, eluſus, inductus. in A.
Inducere in pedes, aut pedibus ſoleas, idem quod induere, Soleæ ligneę in pedes inductæ ſunt. de In.
Pedibus inductę ſunt, ad Her.
Indulgentia. Non vitij tantum eſt, ſed ijs etiam quæ laudantur, à Cicerone tribuitur: quod multi in loquendo fugiunt, tanquam minus Latinum.
Liberi mei propter indulgentiam meam mihi vita ſunt mea cariores. Poſtquam.
Qui ſimili ſenſu atque indulgentia filiorum commouemini. in V.
Tribuere indulgentiam alicui. At.
Et hoc Cęſar pro ſua in nos indulgentia probabit. At.
Si feræ partus ſuos diligunt, qua nos in liberos noſtros indulgentia eſſe debemus? de Or.
Homines inter ſe naturali quadam indulgentia & beneuolentia contineri. de Leg.
Cum animus cognitis virtutibus à corporis obſequio indulgentiáque diſceſſerit. de Leg.
Induſtria. Vis propria huius verbi cognita omnibus non eſt, ea enim eſt animi intentio & agitatio dili-

gens in rebus agendis & expendendis, vt enim in corpore robur, ſic in animo induſtria laudatur, locutio verò hæc, De induſtria aliquid facere, eſt quod alij ſuæ linguæ ſimilitudine dicunt, Ex propoſito, aut de propoſito aliquid facere: ſic enim Græci loquuntur ἐκ τῆς προαιρέσεως τι ποιεῖν. Latini verò de induſtria, Studio aliquid facere Gallicè, *De propos deliberé*. Contrarium ei eſt, Caſu, Vltro, Sua ſponte aliquid fieri.

Vbi etiam de induſtria id faciendum fuit. O.

Etiamſi nihil eſt factum de induſtria.

Ἀντίθετα numerum oratorium efficiunt, & eum ſine induſtria.

Neque verbum ita traijciat, vt id de induſtria factum eſſe videatur. Or. de Fin.

Incuruatum de induſtria. de Inuent. & in V. & de Or.

Iniuriæ quæ nocendi cauſa de induſtria inferuntur. Off.

Erat in L. Craſſo multus lepos, maior etiam, magiſq; de induſtria in C. Cęſare L. filio. Off.

Exilitatem de induſtria conſequi. de Cla.

Ineo. Tanta eſt huius verbi ignorantia, vt ſublatum prorſus de lingua Latina videatur. Reſtituetur igitur, ſi vſum eius verum diſcamus. Propria autem ſignificatio eius eadem eſt quę verbi ingredior, aut intro: vt,

Sanxerunt ne quis ſuorum ciuium caſtra Imperatorum P. R. iniret. pro Cor.

Tu illius domum inire voluiſti. pro Deiot.

Inire gratiam ab aliquo. de Ar.

Conuiuia inire, pro Adire, ire ad conuiuia. pro S. R.

Inire magiſtratum pro, Initium magiſtratûs gerendi facere, Ad magiſtratum aliquem accedere.

Cum conſules magiſtratum inierunt. in A.

Inire magiſtratum. in V.

Poſt ſacerdotium initum. pro Deiot.

Conſilium, aut rationem aliquam inire, Idem valet quod conſilium capere, deliberare, æſtimare, cogitare, conſtituere qua ratione aliquid fieri poſſit.

Inire

Inire conſilia cum aliquo contra aliquem. pro S. R.
Inire conſilium facinoris contra vitam alicuius. pro De. (in C.
Conſilia quæ clam eſſent inita contra ſalutem vrbis.
Conſilia inire cœpi reip. liberandæ. At.
Initum eſt conſilium à Catilina inflammandæ ciuitatis. pro Syl.
Inire conſilia de pernicie alicuius. At.
Inire conſilium faciendi aliquid. pro Mur.
De Pompeio interficiendo cōſilia inibantur. pro Do.
Cum Conſules inirent rationem de commodis militum augendis. in A.
Ea ratio ædificandi initur conſiliario quidem & auctore Veſtorio. At.
Inire rationem quemadmodum aliquid fiat. E.
Ineunda nobis eſt ratio, quemadmodum illud fieri poſſit. At. (N.
Inita & ſubducta ratione nefaria ſcelera meditari. de
Mihimet ineunda ratio & reperiunda via eſt. in Ver.
Initur ratio quæ ſtūs de pecunia veſtra. contra Rul.
Inire gratiam ab aliquo, pro eo, quod multi Græcorum more dicunt. Inuenire gratiam apud aliquem, ſignificat enim Conciliare ſibi gratiam alicuius.
Inire gratiam ab aliquo. de Ar.
Inire gratiam ab omnibus aliquo facto. in Ver. & pro Cęcin. (pluribus. de Cla.
Plures ineuntur gratiæ, ſi vno tempore dicas pro
Inire ſummam gratiam cum bonis omnibus. At.
Pinna cum Squilla quaſi ſocietatem init comparandi cibi.
Infamia. Eſt quidem propria vis & ſignificatio nota, ſed nomen ipſum non ita vſitatum: vt, Mala fama.
Malus rumor, his enim vulgus ea exprimit, quę infamiæ nomine à Latinis exprimuntur.
Eſto, habuit quandam ille infamiam ſuam. pro F.
Inferre infamiam alicui. pro Cæl.
Conſules flagrant infamia. At.
Negem fuiſſe infamiam iudicij corrupti. pro Cl.
Quæ nota domeſticæ turpitudinis non inuſta vitæ

tuæ eſt? quod priuatarum rerum dedecus non hæ-
ret infamię? in C.
Effugere infamiam crudelitatis. contra Rul.
Vt magnam infamiam fugiat. Ep.
Ferre ignominiam & infamiam ſine dolore. Tuſ.
Ne qua generi ſuo nota turpitudinis & infamiæ inu-
ratur. pro Syl.
Iudicia vera, atque inſigni turpitudine notata, atque
oppreſſa dedecore & infamia. pro Cl.
Vos autem ſempiternas fœdiſſimæ turpitudinis no-
tas ſubijſtis. in P. (Macula.
Ignominia, infamia, contumelia, dedecus. P. & in V.
Inferre infamiam alicui, ſignificat quod Barbari di-
cunt, Diffamare aliquem, aut carpere famam vel
nomen alicuius.
Infans & infantia. Non ſolum ętatem ſignificant, ſed
etiam loquendi dicendique inſcitiā: vt, Ipſum Sci-
pionem accepimus non infantem fuiſſe. de C.
Infans & inſipiens homo. de Inu.
Homo infans atque impotens. de Fin.
Dialectici infantiſſimi. ad Heren. (de Cla.
Oratio neque nimis infans, neque perfectè diſerta.
Infantia: Nec infantia eius, qui rem nouit, ſed eam
explicare dicendo non poteſt: nec inſcitia illius, cui
res non ſuppetit, verba non deſunt, eſt laudanda.
de Or. (ad Her.
Huius infantiæ garrulam diſciplinā contemneremus.
Incredibilis infantia accuſatorum. At.
Opponitur ei eloquentia.
Inferiores, ſignificant Latinè, qui aut ætate aut facul-
tate, aut fortuna aliqua ſunt minores aliquo. infe-
rior ætas, & ſuperior ætas. de Cla.
Ætas inferior paulo. de Cla.
Quem ego intelligo prudentia non eſſe inferiorem
quàm me, vſu etiam ſuperiorem. Quint. Fr.
Timotheus belli laude nō inferior fuit, quā pater. Of.
Is in iure ciuili laude nō inferior quam magiſter fuit.
de Cla. (pro Qu.
Indignum eſt, vinci ab inferiore atque humiliore.
Supe-

Superior ordine, inferior fortuna. Ep.

In inferiores crudelis, in ſuperiores contumax, in æquos & pares faſtidioſus. ad Her.

Inferre aliquid in locum aliquem. Notum ſatis & tritum, ſed modi plurimi ſunt huius verbi, quos rarò vulgus vſurpat.

Inferre pedem, pro Pedē ponere loco in aliquo. Cum pedem intulero, atque in poſſeſſionem veſtigium fecero, tum excludar. pro Cæcin.

Sic, Se inferre in locum aliquem. Inferre ſe in vrbem. in P.

Cum in templum Caſtoris te cum tuis furijs funeſtum intuliſti, &c.

Repentè enim te tanquam ſerpens è latibulis intuliſti.

Atque etiam ſe ipſe inferebat & intrudebat. pro Cæc.

Inferre ſe in diſcrimen vitæ pro patria. pro Cor.

Pro afficere ſæpe ſunt vſi Latini: vt,

Qui puluinarib. Bonæ deæ ſtuprum intulit. de A.

Qui ab ijs, quibus infertur, ſi poſſint, non propulſant iniuriam. Off.

Multum mali, multum periculi vnicuique noſtrum inferre poteſt vis tribunitia. pro Mil.

Inferre mortem alicui per ſcelus. pro Mil.

Inferre infamiam bonis, inferre probrum caſtis, inferre labem integris. pro Cæc.

Inferre bellum, arma, ſigna.

Bellum Italiæ terra marique inferamus. At.

Inferre bellum alicui. Off.

Inferre arma alicui. Off.

Inferre famem ſuis ciuibus, vaſtitatem Italiæ. At.

Inferre ſigna patriæ. pro Flac.

Ille furens infeſta iam patriæ ſigna inferebat. in A.

Inferre vim, manus. Inferre vim. pro Mil.

Inferre vim & manus alicui. in C.

Non parenti manus intuliſti? ad Her.

Inferre crimen, periculum, diſcrimen, & metum, &c.

Inferre crimen perditionis alicui. in V.

Inferre periculum capitis alicui. Off.

Inferre terrorem alicui. pro De.

Inferre turpitudinem alicui. in Ac.
Inferre metum mortis alicui. pro Pi.
Cùm hoc genus oppugnationis inferetur &c. propulſare debetis. pro Cal.
Inferre facinus in famam atque in fortunas alicuius.
Inferre ignes templis deorum. in C.
Inferre mortem alicui per ſcelus. pro Mil.
Inferre ſermonem. Craſſus ſermonem de ſtudio dicendi intulit. de Or.
In re ſeuera delicatum aliquem inferre ſermonẽ. Off.
Inferre pro concludere. Quo illato confirmatur, quod inductum fuerat. de In.
Aliud quàm cogebatur, illatum eſt.
Infeſtus, a, um Huius nominis cum propria vis, tum vſus peruulgatus ſatis non eſt. Significat enim valde inimicum & acerbum aliquem, aut aliquid alicui eſſe, opponitur ei Propitius, Amicus.
Fortuna populi Rom. quæ nunc nobis infeſta eſt, fuit aliquando propitia. Oct. (ſunt. pro Qu.
Mihi ſummam per iniuriam omnia inimica & infeſta
Gallia quam ſibi armis animiſque infeſtam inimicámque cognouit. in A.
Is aratoribus infeſtus atque inimicus eſt. in V.
Iniquo infeſtóque animo intueri aliquem. in V.
Infeſtis oculis omnium conſpici. in C.
Ætas quæ ipſa ſua ſponte infirma, aliorum libidine infeſta eſt. pro Cæl.
Infeſtis ſignis inferri in hoſtem. pro Fon.
Cum Accuſatiuo. In omnia maria infeſtus. in V.
Infeſtus in cognatos. ad Her.
Qui ardens auaritia fertur infeſtus in omnes. pro S.R
Notarunt etiã Veteres hac voce id quod recentiores per Obnoxius: Viæ incurſionibus infeſtę. de Pro.
Vectigal bellis infeſtum. contra Rul.
Libertas ſupplicijs infeſta. pro Rab.
Reddere prouinciam infeſtam excurſionibus & latrocinijs. de In.
Saltus Caſtulonenſis nunc frequentioribus latrocinijs infeſtior factus eſt. Aſin. Ep.
Sic

Sic ſine datiuo, Aliquē aut aliquid infeſtum eſſe quod vulgus dicit, per Obnoxium eſſe periculis.
Huius ſalus ob eam ipſam cauſam eſt infeſtior. pro Vita filij infeſta. pro S. R. (Pla.
Ad infeſtiſſimam Ciciliæ partem. Ep.
Mare infeſtum habui. At.
Habere mare infeſtum.
Infeſtum & periculoſum iter.
Inficere, pro imbuere tritum non eſt.
Puer infici debet bonis artibus, quas ſi dū tener eſt, combiberit, ad maiora veniet paratior. de Fin.
Qui teneros & rudes cum acceperunt, inficiunt ac flectunt. de Leg. (Cuitas.
Cupiditatibus principū & vicijs infici ſolet tota ci-
Animi hominum infecti partibus. At.
Sed nos vmbris, delicijs, ocio, languore, deſidia animum inficimus. Tuſ.
Vereor ne quod infectum eſt, ſerpat longius. At.
Tum plane inficimur opinionum prauitate. Tuſ.
Ab hoc verbo fit Infector quo Cicero nomine eum appellat, quem Tinctorem Barbari vocāt, ſic enim inquit in Epiſtolis:
Curtius noſter dibaphum cogitat: ſed eum infector moratur. Ep.
Inflammo. Tam eleganter, quàm crebrò Cicero hoc verbum ad animi ardentes affectus transfert.
Genus belli eſt eiuſmodi, quod maximè noſtros animos excitare atque inflammare debet. pro Pom.
Inflammare populum in improbos. de Orat.
Animorum motus inflāmare, vel extinguere. de Or.
Qui non fortuna inflammaret odium ſuum, ſed bonitate leniret. pro Mar.
Et hoc quicquid attigi, non feci inflammandi tui cauſa, ſed teſtificandi amoris mei. Ep.
Magno amore inflammatus in patriam. de Or.
Cum corporis facibus inflāmari ſoleamus ad omnes ferè cupiditates, eóque magis incendi, &c. Tuſc.
Inflammatus ad gloriam. Ep.
Inflammatus & furens libidinibus. Tuſ.

Inflammatus ſcelere & furore. in V.

Informo. Iacet hoc verbum omninò in tenebris, neque quæ vis eius ſit, vulgus intelligit, ea enim eſt, quaſi rudem rei alicuius formam totam, vt pictores primò ſolent, lineis comprehendere & effingere. Cicero transfert fere ad ſimilia: vt,

Atque ego in ſummo oratore fingendo talem informabo, qualis fortaſſe nemo fuit. Or.

Referamus nos igitur ad eum, quem nos voluimus inchoandum, & eadem eloquentia informandum, quam in nullo cognouit Antonius. Or.

Non arbitrabar à me informari oportere, qualis eſſet orator. de Or.

Is orator, quem informare volumus.

Petitorum hæc eſt informata adhuc cogitatio. At.

Ab illo qui antea dixit, informata iam cauſa eſt. pro Quin.

Nō nominatim, ſed generatim proſcriptio eſt informata. At.

Cornelius etiam nunc de iudicando dubitat, informat adhuc adumbratum iudicium filij. pro Syl.

Informari virtus non poteſt, ſi quicquam relinquatur. de Fin.

Quibus quaſi informatum eſt, quod hominis natura poſtulet.

Ita eſt informatum anticipatumque mentibus noſtris. de N.

In animis noſtris informatas deorum eſſe notiones. de N.

Deos nec coniectura quidem informare poſſumus. de N.

Si illa inania viſa cogitatione informantur, ſiue in quiete, ſiue per vinum, ſiue per inſaniam. Acad.

Artes quibus ætas puerilis ad humanitatem informari ſolet. pro Arch.

Infra. Non tanta obſcuritas eſt in ipſa huius vocis ſignificatione, quanta negligentia huius locutionis, Infra & ſupra ſedere, accumbere: quod tam tritum non eſt, quam ſedere ad dextram, aut læuam: aut dexterum latus, & ſiniſtrum alicuius. Cicero verò hoc modo.

Accubueram hora nona, cum ad te harum exemplum in co-

in codicillis exaraui. dices, vbi? apud Volumnium Eutrapelũ, & quidem ſupra me Atticus, infra Verrius, familiares tui. E. Poſt: Audi reliqua. Infrà Eutrapelum Cytheris accubuit. ibid.

Infra aliquem. Qui aut ætate, vel fortuna, vel facultate inferior eſt. (Cla.

Homerus non infra ſuperiorem Lycurgum fuit. de

Nec his ſolum locus eſt, ſed horum vel ſecundis, vel etiam infra ſecundos. Or.

Humanas res deſpicere, atque infra ſe poſitas arbitrari. Tuſc. (de Fin.

Vt omnia quæ homini accidant, infra ſe eſſe iudicet.

Infra ſe omnia humana ducens.

Is infra omnes mortuos amandãdus eſſet. Poſtquam.

Infra mortuos mandari. pro Quin.

Infringere. Tranſlate ſemper vtitur Cicero: vt, Eſſe quiddam ſuſpicor, quod te cogat cedere, & propemodum infringat. At.

Cum Druſi tribunatus infringi iam & debilitari videretur. de Or.

Ipſum florem dignitatis infringere. pro Cor.

Spem infringi, & elangueſcere induſtriam. Or.

Infringere gloriam alicujus. pro Mil.

Infringere & concidere numeros. Or.

Quę ſi breuiora ſunt, & infringitur ille quaſi verborum ambitus. At.

Infractus a, um, fractus. Itaque infractus furor tuus inanes faciebat impetus. pro Dom.

Tu autem te negas infracto remo commoueri. Ac.

Non modo non infracto animo erat, ſed etiam confirmato & renouato. Poſtquam.

Infracta & amputata loqui. Or.

Ingraueſcere, dicitur aliquid quod moleſtum eſt, ſi augeatur: vt, (graueſcit. A.

Iſte ardet furore, nec remittit aliquid, ſed in dies in-

Ingraueſcit in dies inteſtinum malum. A.

Sic hic morbus vehementius viuis ingraueſcet. O.

Medicus morbum ingraueſcentem ratione prouidet. de D. & in A.

Et corpora quidem defatigatione & exercitatione ingraueſcunt, animi autem ſe exercendo leuantur. de Sen. (pro Dom.
Cum ingraueſceret annona, vt iam fames timeretur.
Nam à prima ętate me omnis doctrina liberalis delectauit: tamen hoc ſtudium quotidie ingraueſcit. Ep.
Inde *Ingraueſcens ætas*, Senectus vocatur: quod moleſta ſit & grauis.
Dedicimus quibus rationibus facillimè ingraueſcentem ætatem ferre poſſimus. de Sen. Ep.
Ingredior. Ad, aut in aliquam rem ingredi, pro incipere, & inſtituere aliquid, ſæpius à Cicerone, quàm à noſtris, eſt vſurpatum: vt,

Ad.

Nos qui antequam ad dicẽdum ingreſſi ſumus, obruimur ambitione. de Or. (meę. Ep.
Qui ingredior ad explicandam rationem ſententiæ
Ij qui ingrediuntur ad ſtudium. de Or.
Timidè ingredior ad hoc genus diſputandi. de Fa.

In.

Qua volui ianua ſum ingreſſus in cauſam. Ep.
Magna ſpe ingredior in reliquam orationem. in A.
Quo die primum in ſpẽ libertatis ingreſſus ſum, in A.
In exilium eijciebam? quem iam ingreſſum in bellum eſſe videbam. in C.
Nam neque aſſiliendum ſtatim eſt ad aliud genus orationis, &c. nec cum in eam rationem ingreſſus ſis, celeriter diſcedendum eſt. de Orat.
Aliquam rem ingredi. Cum iſtam diſputationem ingreſſus mecum eſſet, dicebat, &c. pro Cæcin.
Quam orationem cum ingreſſus eſſem, Caſſius interuenit. At.
Nunc ingredior quę vultis. de Or.
Quam quiſque viam viuendi ſit ingreſſurus. Off.
Pro Aggredi, & facere aliquid.
Quod facere nunc ingredimur. Acad.
Ingreſſus ſum facere, id eſt, cœpi.
De diuinatione ingreſſi dicere. de D.
Maiores noſtros ſcribere ingreſſos, &c. Top.

Ingreſſus

Ingreſſus eram dicere quid oportuiſſet. At.

Ingurgito. Obſerua vſum huius verbi non enim ingurgitare cibum, potionem, vt nunc vulgus loquitur, apud Ciceronem eſt: ſed, Se ingurgitare: vt,

Cum in eius copias ſe ingurgitaſſet, exultabat gaudio. in A.

Crudique poſtridie ſe rurſus ingurgitent. de Fin.

Nunquam te in tot flagitia ingurgitaſſes. I. P.

Iniens ineuntis. Quia vſu iam vulgari tritum non eſt hoc verbum, vulgus Incipiens pro Iniens dicere conſueuit: quomodo verò inter ſe differant, in differentijs docebitur.

Ianuario ineunte cura, vt Romæ ſis. A.

Ineunte æſtate. At.

Pompeius extrema hyeme bellum apparauit, ineunte verè ſuſcepit, media ętate confecit. pro Pom.

Sed, vt magnum certamen iniens. de Fin.

Qui ab ineunte ætate incenſus eſſem, ſtudio vtriuſque veſtrûm. de Or.

Meæ vitæ rationes ab ineũte ętate ſuſceptæ. pro Fon.

Ineuntis ætatis inſcitia, ſenum conſtituenda & regenda prudentia eſt. Off.

Ineunte ætate. de Am. & in Ver. & in A.

In his exercitationibus ineunte ætate fuimus. de C.

Ab ineunte pueritia. Ep.

Ineunte adoleſcentia, cui ineſt, &c. Off.

Ab ineunte adoleſcẽtia. in Ver. A prima adoleſcentia. de Cla. Ab ineunte ætate. Off.

A prima ætate. pro Pla. A primo tempore ætatis iuri ſtudere tenemini. de Leg.

Tamen adoleſcentulus quantum illius ętatis meæ patiebatur pudor, multa ſæpe ex eo quæſiui. de Or.

Quinto anno ineũte) (Quinto anno exeunte. de Or.

A paruis. de Leg.

Inijcio. Varijs quoque rebus tribuitur, idque diuerſis modis: quos omnes ex plebe Latini ignorare videntur.

Atque ex omnibus illa plaga eſt iniecta petitioni tuæ non tacente me maxima. pro Mur.

Ipſa

rum memoriam breuiter, & , vt mihi quidem viſum eſt, perdiligenter complexus eſt. Iſtum ipſum, inquam, Brute, dico librum mihi ſaluti fuiſſe. Tum Atticus: Optatiſſimum mihi quidem eſt quod dicis: ſed quid tandem habuit liber iſte, quod tibi aut nouum, aut tanto vſui poſſet eſſe? Ille verò: Et noua, inquam, mihi quidem multa, & eam vtilitatem quam requirebam, vt explicatis ordinibus temporum, vno in conſpectu omnia viderem, &c.

Inſcribo. Librum aliquem inſcribi. Omnino hæc Latina locutio temporum iniuria & ſtudiorum negligentia interijt, & pro ea vſurpauimus. Nomen aut titulum eſſe, aut facere libri alicuius: Vocare aliquem librum ſic, aut aliquo nomine. Inſcriptionem verò Latini vocarunt, quam recentiores titulum, Nomen.

In illis libris quos de contemnenda gloria ſcribunt, nomen ſuum inſcribunt. Tuſ.

De ceptis indicibus librorum, qui ſunt ferè inſcripti de rebus notis. de Orat.

In eo libro qui eſt inſcriptus Hortenſius. de D.

In eo libro qui inſcribitur Memnon. Tuſc.

Eoſque libellos Rhetoricos inſcribunt. de Or.

Xenophōtis liber, qui Oeconomicus inſcribitur. Off.

Oratio Cottæ pro lege Varia, quę inſcribitur. de Cla.

Antiochus contra doctorem ſuum librum edidit, qui Soſus inſcribitur. Acad.

Oratorem meum, ſic enim inſcripſi. Ep.

Inſcribere alicui litteras. Imperiti, ſuperſcriptionem facere aut ſcribere, Titulū ſcribere, Superſcribere.

Puer legit epiſtolam inſcriptam patri ſuo. A.

Faſciculus litterarum, qui eſt M. Curio inſcriptus.

Inſector. Peruulgādum quoque hoc verbum eſt: quòd à multis ignoretur eius vis & vſus. Significat enim aut inſequi aliquem ſtudiosè vt capiatur, aut inuehi verbis grauioribus in aliquem.

Aquila inſectatur & agitat alias aues. de D.

Seruius agitat rem militarem, inſectatur totam hanc legionem. pro Mur.

Furiæ

Furiæ agitant & inſectantur impios. de Leg.
Inſectari & exagitare aliquem. At.
Inimicè inſectari aliquem. de N.
Inſectari aliquem maledictis. de Fin.
Acerbiùs in aliquem inuehi, & eum inſectari vehementiùs. de Am.
Quomodo ſum inſectatus leuitatem ſenum. A.
Aut nos temeritatem bonorum ſequamur, aut audaciam improborum inſectemur. At.
Semper iſta ſtatui, non eſſe inſectandos inimicorum amicos.
Miſerorum fortunam inſectari.
Ibi forum agit, cùm ego ſum in prouincia: quam eius iniuriam non inſector.
Inſignia. Latini vocarunt, quę vulgus Germanicum Arma, Gallicum in veſtibus Leurtriam. Notas enim quibus ornabantur: & internoſcebantur aut magiſtratus, aut in bello milites, aut genera, ordines, nationes hominum, aut etiam res aliquando. Inſignia appellant.
Omnia generis, nominis, honoris inſignia atque ornamenta ceciderunt. pro Syl.
Rex ſedens cum purpura, & ſceptro & inſignibus illis regijs. pro Seſt.
Stellæ aureæ inſignia Caſtoris & Pollucis. de D.
Hunc Cn. Pomp. erexit, atque inſigne regium quod ille de ſuo capite abiecerat repoſuit. pro Seſt.
Mœrorem relinquis, mœroris aufers inſignia, id eſt, veſtitum atrum. in P.
Multi inſignia virtutis etiã ſine virtute aſſecuti sũt. E.
Virtutis inſignia contemnere: id eſt triumphum. in P.
Lituus quod clariſſimũ eſt inſigne auguratus. de D.
His inſignib. atque infulis imperijs venditis. cont. R.
Magiſtratus, ſenatus, conſilium commune, & omnia denique reip. inſignia. contra Rul.
Toga pacis eſt inſigne, & ocij. in P.
Si omnia grauiſſimi belli inſignia ſuſcepta à ſenatu viderent. A.
Si Cæſar ab eo inſigne regni accipere voluiſſet.

Rabirium

tuæ eſt? quod priuatarum rerum dedecus non hæret infamię? in C.
Effugere infamiam crudelitatis. contra Rul.
Vt magnam infamiam fugiat. Ep.
Ferre ignominiam & infamiam ſine dolore. Tuſ.
Ne qua generi ſuo nota turpitudinis & infamiæ inuratur. pro Syl.
Iudicia vera, atque inſigni turpitudine notata, atque oppreſſa dedecore & infamia. pro Cl.
Vos autem ſempiternas fœdiſſimæ turpitudinis notas ſubijſtis. in P. (Macula.
Ignominia, infamia, contumelia, dedecus. P. & in V.
Inferre infamiam alicui, ſignificat quod Barbari dicunt, Diffamare aliquem, aut carpere famam vel nomen alicuius.
Infans & infantia. Non ſolum ętatem ſignificant, ſed etiam loquendi dicendique inſcitiā: vt, Ipſum Scipionem accepimus non infantem fuiſſe. de C.
Infans & inſipiens homo. de Inu.
Homo infans atque impotens. de Fin.
Dialectici infantiſſimi. ad Heren. (de Cla.
Oratio neque nimis infans, neque perfectè diſerta.
Infantia: Nec infantia eius, qui rem nouit, ſed eam explicare dicendo non poteſt: nec inſcitia illius, cui res non ſuppetit, verba non deſunt, eſt laudanda. de Or. (ad Her.
Huius infantiæ garrulam diſciplinā contemneremus.
Incredibilis infantia accuſatorum. At.
Opponitur ei eloquentia.
Inferiores, ſignificant Latinè, qui aut ætate aut facultate, aut fortuna aliqua ſunt minores aliquo. inferior ætas, & ſuperior ætas. de Cla.
Ætas inferior paulo. de Cla.
Quem ego intelligo prudentia non eſſe inferiorem quàm me, vſu etiam ſuperiorem. Quint. Fr.
Timotheus belli laude nō inferior fuit, quā pater. Of.
Is in iure ciuili laude nō inferior quam magiſter fuit. de Cla. (pro Qu.
Indignum eſt, vinci ab inferiore atque humiliore.
Supe-

Superior ordine, inferior fortuna. Ep.
In inferiores crudelis, in ſuperiores contumax, in ęquos & pares faſtidioſus. ad Her.
Inferre aliquid in locum aliquem. Notum ſatis & tritum, ſed modi plurimi ſunt huius verbi, quos rarò vulgus vſurpat.
Inferre pedem, pro Pedē ponere loco in aliquo. Cum pedem intulero, atque in poſſeſſionem veſtigium fecero, tum excludar. pro Cæcin.
Sic, Se inferre in locum aliquem. Inferre ſe in vrbem. in P.
Cum in templum Caſtoris te cum tuis furijs funeſtum intuliſti, &c.
Repentè enim te tanquam ſerpens è latibulis intuliſti.
Atque etiam ſe ipſe inferebat & intrudebat. pro Cęc.
Inferre ſe in diſcrimen vitæ pro patria. pro Cor.
Pro afficere ſæpe ſunt vſi Latini: vt,
Qui puluinarib. Bonæ deæ ſtuprum intulit. de A.
Qui ab ijs, quibus infertur, ſi poſſint, non propulſant iniuriam. Off.
Multum mali, multum periculi vnicuique noſtrum inferre poteſt vis tribunitia. pro Mil.
Inferre mortem alicui per ſcelus. pro Mil.
Inferre infamiam bonis, inferre probrum caſtis, inferre labem integris. pro Cęc.
Inferre bellum, arma, ſigna.
Bellum Italiæ terra marique inferamus. At.
Inferre bellum alicui. Off.
Inferre arma alicui. Off.
Inferre famem ſuis ciuibus, vaſtitatem Italiæ. At.
Inferre ſigna patriæ. pro Flac.
Ille furens infeſta iam patriæ ſigna inferebat. in A.
Inferre vim, manus. Inferre vim. pro Mil.
Inferre vim & manus alicui. in C.
Non parenti manus intuliſti? ad Her.
Inferre crimen, periculum, diſcrimen, & metum, &c.
Inferre crimen perditionis alicui. in V.
Inferre periculum capitis alicui. Off.
Inferre terrorem alicui. pro De.

Inferre turpitudinem alicui. in Ac.
Inferre metum mortis alicui. pro Pla.
Cùm hoc genus oppugnationis inferetur &c. propulſare debetis. pro Cæl.
Inferre facinus in famam atque in fortunas alicuius.
Inferre ignes templis deorum. in C.
Inferre mortem alicui per ſcelus. pro Mil.
Inferre ſermonem. Craſſus ſermonem de ſtudio dicendi intulit. de Or.
In re ſeuera delicatum aliquem inferre ſermonē. Off.
Inferre pro concludere. Quo illato confirmatur, quod inductum fuerat. de In.
Aliud quàm cogebatur, illatum eſt.
Infeſtus, a, um Huius nominis cum propria vis, tum vſus perulgatus ſatis non eſt. Significat enim valde inimicum & acerbum aliquem, aut aliquid alicui eſſe, opponitur ei Propitius, Amicus.
Fortuna populi Rom. quæ nunc nobis infeſta eſt, fuit aliquando propitia. Oct. (ſunt. pro Qu.
Mihi ſummam per iniuriam omnia inimica & infeſta
Gallia quam ſibi armis animiſque infeſtam inimicámque cognouit. in A.
Is aratoribus infeſtus atque inimicus eſt. in V.
Iniquo infeſtóque animo intueri aliquem. in V.
Infeſtis oculis omnium conſpici. in C.
Ætas quæ ipſa ſua ſponte infirma, aliorum libidine infeſta eſt. pro Cæl.
Infeſtis ſignis inferri in hoſtem. pro Fon.
Cum Accuſatiuo. In omnia maria infeſtus. in V.
Infeſtus in cognatos. ad Her.
Qui ardens auaritia fertur infeſtus in omnes. pro S. R
Notarunt etiā Veteres hac voce id quod recentiores per Obnoxius: Viæ incurſionibus infeſtę. de Pro.
Vectigal bellis infeſtum. contra Rul.
Libertas ſupplicijs infeſta. pro Rab.
Reddere prouinciam infeſtam excurſionibus & latrocinijs. de In.
Saltus Caſtulonenſis nunc frequentioribus latrocinijs infeſtior factus eſt. Aſin. Ep.

Sic

Sic ſine datiuo, Aliquẽ aut aliquid infeſtum eſſe quod vulgus dicit, per Obnoxium eſſe periculis.
Huius ſalus ob eam ipſam cauſam eſt infeſtior. pro Vita filij infeſta. pro S. R. (Pla.
Ad infeſtiſſimam Ciciliæ partem. Ep.
Mare infeſtum habui. At.
Habere mare infeſtum.
Infeſtum & periculoſum iter.
Inficere, pro imbuere tritum non eſt.
Puer infici debet bonis artibus, quas ſi dũ tener eſt, combiberit, ad maiora veniet paratior. de Fin.
Qui teneros & rudes cum acceperunt, inficiunt ac flectunt. de Leg. Ciuitas
Cupiditatibus principũ & vicijs infici ſolet tota ci-
Animi hominum infecti partibus. At.
Sed nos vmbris, delicijs, ocio, languore, deſidia animum inficimus. Tuſ.
Vereor ne quod infectum eſt, ſerpat longius. At.
Tum plane inficimur opinionum prauitate. Tuſ.
Ab hoc verbo fit Infector quo Cicero nomine eum appellat, quem Tinctorem Barbari vocãt, ſic enim inquit in Epiſtolis:
Curtius noſter dibaphum cogitat: ſed eum infector moratur. Ep.
Inflammo. Tam eleganter, quàm crebrò Cicero hoc verbum ad animi ardentes affectus transfert.
Genus belli eſt eiuſmodi, quod maximè noſtros animos excitare atque inflammare debet. pro Pom.
Inflammare populum in improbos. de Orat.
Animorum motus inflãmare, vel extinguere. de Or.
Qui non fortuna inflammaret odium ſuum, ſed bonitate leniret. pro Mar.
Et hoc quicquid attigi, non feci inflammandi tui cauſa, ſed teſtificandi amoris mei. Ep.
Magno amore inflammatus in patriam. de Or.
Cum corporis facibus inflãmari ſoleamus ad omnes ferè cupiditates, eóque magis incendi, &c. Tuſc.
Inflammatus ad gloriam. Ep.
Inflammatus & furens libidinibus. Tuſ.

Inflammatus ſcelere & furore. in V.

Informo. Iacet hoc verbum omninò in tenebris, neque quæ vis eius ſit, vulgus intelligit, ea enim eſt, quaſi rudem rei alicuius formam totam, vt pictores primò ſolent, lineis comprehendere & effingere. Cicero transfert fere ad ſimilia: vt,

Atque ego in ſummo oratore fingendo talem informabo, qualis fortaſſe nemo fuit. Or.

Referamus nos igitur ad eum, quem nos voluimus inchoandum, & eadem eloquentia informandum, quam in nullo cognouit Antonius. Or.

Non arbitrabar à me informari oportere, qualis eſſet orator. de Or.

Is orator, quem informare volumus.

Petitorum hæc eſt informata adhuc cogitatio. At.

Ab illo qui antea dixit, informata iam cauſa eſt. pro Quin.

Nō nominatim, ſed generatim proſcriptio eſt informata. At.

Cornelius etiam nunc de iudicando dubitat, informat adhuc adumbratum iudicium filij. pro Syl.

Informari virtus non poteſt, ſi quicquam relinquatur. de Fin.

Quibus quaſi informatum eſt, quod hominis natura poſtulet.

Ita eſt informatum anticipatumque mentibus noſtris. de N.

In animis noſtris informatas deorum eſſe notiones. de N.

Deos nec coniectura quidem informare poſſumus. de N.

Si illa inania viſa cogitatione informantur, ſiue in quiete, ſiue per vinum, ſiue per inſaniam. Acad.

Artes quibus ætas puerilis ad humanitatem informari ſolet. pro Arch.

Infra. Non tanta obſcuritas eſt in ipſa huius vocis ſignificatione, quanta negligentia huius locutionis, Infra & ſupra ſedere, accumbere: quod tam tritum non eſt, quam ſedere ad dextram, aut læuam: aut dexterum latus, & ſiniſtrum alicuius. Cicero verò hoc modo.

Accubueram hora nona, cum ad te harum exemplum in co-

in codicillis exaraui. dices, vbi? apud Volumnium Eutrapelũ, & quidem ſupra me Atticus, infra Verrius, familiares tui. E. Poſt: Audi reliqua. Infrà Eutrapelum Cytheris accubuit. ibid.

Infra aliquem. Qui aut ætate, vel fortuna, vel facultate inferior eſt. (Clã.

Homerus non infra ſuperiorem Lycurgum fuit. de

Nec his ſolum locus eſt, ſed horum vel ſecundis, vel etiam infra ſecundos. Or.

Humanas res deſpicere, atque infra ſe poſitas arbitrari. Tuſc. (de Fin.

Vt omnia quæ homini accidant, infra ſe eſſe iudicet.

Infra ſe omnia humana ducens.

Is infra omnes mortuos amandãdus eſſet. Poſtquam.

Infra mortuos mandari. pro Quin.

Infringere. Tranſlatè ſemper vtitur Cicero: vt, Eſſe quiddam ſuſpicor, quod te cogat cedere, & propemodum infringat. At.

Cum Druſi tribunatus infringi iam & debilitari videretur. de. Or.

Ipſum florem dignitatis infringere. pro Cor.

Spem infringi, & elangueſcere induſtriam. Or.

Infringere gloriam alicuius. pro Mil.

Infringere & concidere numeros. Or.

Quę ſi breuiora ſunt, & infringitur ille quaſi verborum ambitus. At.

Infractus a, um, fractus. Itaque infractus furor tuus inanes faciebat impetus. pro Dom.

Tu autem te negas infracto remo commoueri. Ac.

Non modo non infracto animo erat, ſed etiam confirmato & renouato. Poſtquam.

Infracta & amputata loqui. Or.

Ingraueſcere, dicitur aliquid quod moleſtum eſt, ſi augeatur: vt, (graueſcit. A.

Iſte ardet furore, nec remittit aliquid, ſed in dies in-

Ingraueſcit in dies inteſtinum malum. A.

Sic hic morbus vehementius viuis ingraueſcet. O.

Medicus morbum ingraueſcentem ratione prouidet. de D. &. in A.

Et corpora quidem defatigatione & exercitatione ingraueſcunt, animi autem ſe exercendo leuantur. de Sen. (pro Dom.

Cum ingraueſceret annona, vt iam fames timeretur.

Nam à prima ętate me omnis doctrina liberalis delectauit:tamen hoc ſtudium quotidie ingraueſcit. Ep.

Inde *Ingraueſcens ætas*, Senectus vocatur: quod moleſta ſit & grauis.

Dedicimus quibus rationibus facillimè ingraueſcentem ætatem ferre poſſimus. de Sen. Ep.

Ingredior. Ad,aut in aliquam rem ingredi,pro incipere,& inſtituere aliquid,ſæpius à Cicerone,quàm à noſtris, eſt vſurpatum: vt,

Ad.

Nos qui antequam ad dicēdum ingreſſi ſumus,obruimur ambitione. de Or. (meę. Ep.

Qui ingredior ad explicandam rationem ſententiæ

Ij qui ingrediuntur ad ſtudium. de Or.

Timidè ingredior ad hoc genus diſputandi. de Fa.

In.

Qua volui ianua ſum ingreſſus in cauſam. Ep.

Magna ſpe ingredior in reliquam orationem. in A.

Quo die primum in ſpē libertatis ingreſſus ſum.in A.

In exilium eijciebam?quem iam ingreſſum in bellum eſſe videbam.in C.

Nam neque aſſiliendum ſtatim eſt ad aliud genus orationis, &c. nec cum in eam rationem ingreſſus ſis, celeriter diſcedendum eſt. de Orat.

Aliquam rem ingredi. Cum iſtam diſputationem ingreſſus mecum eſſet, dicebat, &c. pro Cæcin.

Quam orationem cum ingreſſus eſſem, Caſſius interuenit. At.

Nunc ingredior quę vultis. de Or.

Quam quiſque viam viuendi ſit ingreſſurus. Off.

Pro *Aggredi & facere aliquid*.

Quod facere nunc ingredimur. Acad.

Ingreſſus ſum facere, id eſt, cœpi.

De diuinatione ingreſſi dicere. de D.

Maiores noſtres ſcribere ingreſſos, &c. Top.

Ingreſſus

Ingreſſus eram dicere quid oportuiſſet. At.

Ingurgito. Obſerua vſum huius verbi non enim ingurgitare cibum, potionem, vt nunc vulgus loquitur, apud Ciceronem eſt: ſed, Se ingurgitare: vt,

Cum in eius copias ſe ingurgitaſſet, exultabat gaudio. in A.

Crudique poſtridie ſe rurſus ingurgitent. de Fin.

Nunquam te in tot flagitia ingurgitaſſes. I. P.

Iniens ineuntis. Quia vſu iam vulgari tritum non eſt hoc verbum, vulgus Incipiens pro Iniens dicere conſueuit: quomodo verò inter ſe differant, in differentijs docebitur.

Ianuario ineunte cura, vt Romæ ſis. A.

Ineunte æſtate. At.

Pompeius extrema hyeme bellum apparauit, ineunte verè ſuſcepit, media ętate confecit. pro Pom.

Sed, vt magnum certamen iniens. de Fin.

Qui ab ineunte ætate incenſus eſſem, ſtudio vtriuſque veſtrûm. de Or.

Meæ vitæ rationes ab ineũte ętate ſuſceptæ. pro Fon.

Ineuntis ætatis inſcitia, ſenum conſtituenda & regenda prudentia eſt. Off.

Ineunte ætate. de Am. & in Ver. & in A.

In his exercitationibus ineunte ætate fuimus. de C.

Ab ineunte pueritia. Ep.

Ineunte adoleſcentia, cui ineſt, &c. Off.

Ab ineunte adoleſcẽtia. in Ver. A prima adoleſcentia. de Cla. Ab ineunte ætate. Off.

A prima ætate. pro Pla. A primo tempore ætatis iuri ſtudere tenemini. de Leg.

Tamen adoleſcentulus quantum illius ętatis meæ patiebatur pudor, multa ſæpe ex eo quæſiui. de Or.

Quinto anno ineũte) (Quinto anno exeunte. de Or.

A paruis. de Leg.

Inijcio. Varijs quoque rebus tribuitur, idque diuerſis modis: quos omnes ex plebe Latini ignorare videntur.

Atque ex omnibus illa plaga eſt iniecta petitioni tuæ non tacente me maxima. pro Mur.

Ipſa

Ipſa mihi veritas manum iniecit, & paulìſper conſiſtere & commorari coëgit. pro Qu. R.
Iniicere vincula alicui. de Fin.
Iniicere laneum palleum alicui. de N.
Niſi verò exiſtimatis hominem pecunioſiſſimum ſine aliqua cauſa quęſtus iniectum ad tam incredibile crimen. in V.
Cum mihi in ſermone iniecifſet, ſe velle Aſiam viſere. E.
Quod Hortenſium, qui nuper iniecit, dicturum arbitror. pro Quin.
Hic tum iniectus eſt hominibus ſcrupulus & dubitatio. pro Clu. (in C.
Ne temere à me tantus tumultus ciuitati iniiceretur.
Sperarunt ſe iniecturos vobis cauſam deliberandi, & iudicandi iuſtam moram & religionem. pro Cæcin.
Hoſtibus timor iniectus eſt. At.
Timor iniectus Cæſari de eius actis. de Pro.
Iniicere terrorem mortis alicui. de Fin.
Suſpicionem eſſe iniectam alicui. pro Clu.
Iniicere ſpem alicui de aliqua re. At.
Clodius, cui deorum ira mentem iniecit, vt Milonem laceſſeret. pro Mil.
Eadem hanc eius ſatellitibus iniecit amentiam. ibid.
Iniungo. Quod alij auctores non mali dixerunt, Iniungere aliquid alicui, Cicero nunquam: ſed impono, aut mando aliquid alicui.
Inopinatus, a, um, vulgare non eſt: ſignificat enim id quod non opinamur, quod ante non prouidemus.
Noua tibi hæc ſunt & inopinata. pro Dom. in V.
Cum hoc illi improuiſum inopinatúmque accidiſſet.
Nihil inopinati accidit. Tuſ.
Cui nihil improuiſum accidere poſſit, nihil inopinatum. Tuſ.
Omnia repentina & inopinata grauiora.
Neque allata eſt à me res inopinata & recens. Poſtquam.
Res tantæ tamque inopinatæ. E. (
Hoc eſt dictu inopinatum atque mirabile. Para.
Iſta nec inopinata. &c. Tuſ.

Nihil

Nihil inopinatum. Tuſ.

Vt in araneolis aliæ quaſi retexunt, aliæ aut ex inopinato obſeruant,& ſi quid incidit,arripiunt. de N.

Nec inopinato. de Fin. & in A.

Inquam, & inquis, inquit, Sermonum & colloquiorum verbum eſt: pro quo noſtri potius vtūtur Dixi, Dixit: Reſpondi, Reſpondit. Cicero vero in Dialogis, Inquam dixit, non Dixi, aut Reſpondi, vt, Quaſi enim ipſos introduxi loquētes, ne inquit & inquam ſępius interponeretur. de Am.

Vt verò ſtudioſi linguę Latinæ planius videant vſum huius Verbi, & modum ſermonis habendi, ex libro de Clar. Oratoribus formam quandam dialogi ibi inſtituti præſcribemus: quam ſi plenam petis, ex eodem libro diſcas licet. Quid vos, inquam, Brute & Attice nunc, quid tandem noui? Nihil ſane, inquit Brutus, quod quidem aut tu audire velis, aut ego pro certo dicere audeam. Tum Atticus: Eo, inquit, ad te animo venimus, vt de Repub. eſſet ſilentium, & aliquid audiremus potius ex te, quam te afficeremus vlla moleſtia. Vos verò, inquam, Attice, & præſentem me cura leuatis, & abſenti magna ſolatia dediſtis: nam veſtris primum litteris recreatus, me ad priſtina ſtudia reuocaui. Tum ille: legi, inquit, perlubenter epiſtolam, quam ad te Brutus miſit ex Aſia: qua mihi viſus eſt monere te prudenter, & conſolari amiciſſimè. Rectè, inquam, eſt viſus, &c. Tum, Brutus, Volui id quidem efficere certè, & capio magnum fructum, ſi quidem quod volui, tanta in re conſecutus ſum. Sed ſcire cupio, quę te Attici literæ delectauerint. Iſtæ, verò, inquam, Brute, non modò delectationem mihi, ſed etiam, vt ſpero, ſalutem attulerunt. Salutem, inquit ille? quodnam tandem genus iſtud tam præclarum literarum fuit? An mihi potuit, inquam, eſſe aut gratior vlla ſalutatio, aut ad hoc tempus aptior, quàm illius libri, quo me hic affatus, quaſi iacentem excitauit? Tum ille: Nempe eum dicis, inquit, quo iſte omnem rerum

rum

rum memoriam breuiter,& ,vt mihi quidem viſum eſt, perdiligenter complexus eſt. Iſtum ipſum, inquam, Brute, dico librum mihi ſaluti fuiſſe. Tum Atticus: Optatiſſimum mihi quidem eſt quod dicis: ſed quid tandem habuit liber iſte, quod tibi aut nouum, aut tanto vſui poſſet eſſe? Ille verò: Et noua, inquam, mihi quidem multa, & eam vtilitatem quam requirebam, vt explicatis ordinibus temporum, vno in conſpectu omnia viderem, &c.

• *Inſcribo.* Librum aliquem inſcribi. Omnino hæc Latina locutio temporum iniuria & ſtudiorum negligentia interijt, & pro ea vſurpauimus. Nomen aut titulum eſſe, aut facere libri alicuius: Vocare aliquem librum ſic, aut aliquo nomine. Inſcriptionem verò Latini vocarunt, quam recentiores titulum, Nomen.

In illis libris quos de contemnenda gloria ſcribunt, nomen ſuum inſcribunt. Tuſ.

De ceptis indicibus librorum, qui ſunt ferè inſcripti de rebus notis. de Orat.

In eo libro qui eſt inſcriptus Hortenſius. de D.

In eo libro qui inſcribitur Memnon. Tuſc.

Eoſque libellos Rhetoricos inſcribunt. de Or.

Xenophōtis liber, qui Oeconomicus inſcribitur. Off.

Oratio Cottæ pro lege Varia, quę inſcribitur. de Cla.

Antiochus contra doctorem ſuum librum edidit, qui Soſus inſcribitur. Acad.

Oratorem meum, ſic enim inſcripſi. Ep.

• *Inſcribere alicui litteras.* Imperiti, ſuperſcriptionem facere aut ſcribere, Titulū ſcribere, Superſcribere.

Puer legit epiſtolam inſcriptam patri ſuo. A.

Faſciculus litterarum, qui eſt M. Curio inſcriptus.

Inſector. Peruulgādum quoque hoc verbum eſt: quòd à multis ignoretur eius vis & vſus. Significat enim aut inſequi aliquem ſtudioſè vt capiatur, aut inuehi verbis grauioribus in aliquem.

Aquila inſectatur & agitat alias aues. de D.

Seruius agitat rem militarem, inſectatur totam hanc legionem. pro Mur.

Furiæ agitant & inſectantur impios. de Leg.
Inſectari & exagitare aliquem. At.
Inimicè inſectari aliquem. de N.
Inſectari aliquem maledictis. de Fin.
Acerbiùs in aliquem inuehi, & eum inſectari vehementiùs. de Am.
Quomodo ſum inſectatus leuitatem ſenum. A.
Aut nos temeritatem bonorum ſequamur, aut audaciam improborum inſectemur. At.
Semper iſta ſtatui, non eſſe inſectandos inimicorum amicos.
Miſerorum fortunam inſectari.
Ibi forum agit, cùm ego ſum in prouincia: quam eius iniuriam non inſector.
Inſignia. Latini vocarunt, quę vulgus Germanicum Arma, Gallicum in veſtibus Leureriam. Notas enim quibus ornabantur: & internoſcebantur aut magiſtratus, aut in bello milites, aut genera, ordines, nationes hominum, aut etiam res aliquando. Inſignia appellant.
Omnia generis, nominis, honoris inſignia atque ornamenta ceciderunt. pro Syl.
Rex ſedens cum purpura, & ſceptro & inſignibus illis regijs. pro Seſt.
Stellæ aureæ inſignia Caſtoris & Pollucis. de D.
Hunc Cn. Pomp. erexit, atque inſigne regium quod ille de ſuo capite abiecerat repoſuit. pro Seſt.
Mœrorem relinquis, mœroris aufers inſignia, id eſt, veſtitum atrum. in P.
Multi inſignia virtutis etiã ſine virtute aſſecuti sũt. E.
Virtutis inſignia contemnere: id eſt triumphum. in P.
Lituus quod clariſſimũ eſt inſigne auguratus. de D.
His inſignib. atque infulis imperijs venditis. cont. R.
Magiſtratus, ſenatus, conſilium commune, & omnia denique reip. inſignia. contra Rul.
Toga pacis eſt inſigne, & ocij. in P.
Si omnia grauiſſimi belli inſignia ſuſcepta à ſenatu viderent. A.
Si Cæſar ab eo inſigne regni accipere voluiſſet.

Rabirium

Rabirium ſępe palliatum fuiſſe, & aliqua habuiſſe non Romani hominis inſignia. pro R. P.

Orationem variare atque diſtinguere quaſi quibuſdam verborum ſententiarumque inſignibus. de Orat. de Clar. Or. (Or.

Inſignia & lumina in oratione diſpoſita, & flores, de

Quibus pro tãtis rebus nullum inſigne honoris, nullum monumentum laudis poſtulo. in C.

Statuere æterna inſignia poſteris, & ſtatuere æterna monumenta. de In.

Quod erat inſigne, eum qui id faceret, facere copiam &c. id eſt, quod erat ſignum. de Or.

Vt enim confidunt, notum his eſſe debebit inſigne veri, id eſt, ſignum, vel nota. Acad.

• *Inſolens*, *Inſolenter*, *Inſolentia*, propria ſignificatione minimè nunc vſurpatur, pro Arrogante & petulante. Cice. etiam appellauit hoc nomine eum qui aliquid facere non ſolet, aut quod vſurpari non ſolet.

Ea requiruntur à me, quorum ſum ignarus atque inſolens. de Or.

Is nullum verbum inſolens, neque odioſum ponere audebat. Or.

Noſter amicus inſolens infamiæ, ſemper in laude verſatus eſt. At.

• *Inſolenter*, in eadem ſignificatione. Deinde natura eius euenire vulgò ſoleat, an inſolenter & rarò. de In.

• *Inſolentia* quoque eodem modo. Propter inſolentiam primò reclamare. de Inuent.

Moueor etiam loci ipſius inſolẽtia, quod tantam cauſam dico intra domeſticos parietes. pro Deiot.

• *Inſtauro*. Non tam recondita eſt vis, & vſus huius verbi, quàm pro ipſo nunc multis in ore eſt, Reſtauro: non à Cicerone, neque antiquioribus, ſed recentioribus vſurpatum.

Cauete ne noua & multo crudelior per vos proſcriptio inſtaurata eſſe videatur. pro S. R.

Cum id ſacrificium virgines inſtauraſſent. At.

Cum in Cn. Dolabellam ſcelus ſuum illud priſtinum renoua-

renouauit, & inſtaurauit quæſtorium. in Ver.

Quorum de ſententia illa eadem renouata atque inſtaurata celebrantur. de Ar.

Inſtituo, pro incipere aliquid agere, aut erudire aliquem, vſitatum ſatis eſt: ſed hæredem, tutorem, filium, accuſatorem inſtituere, pro facere, non item.

Qui eſſet ſecundum Poſthumum hæres inſtitutus. de Or.

Piratæ aliquos ſibi inſtituunt amicos. in Ver.

Præſtò eſt mulier audax, inſtituit accuſatores, inſtituit teſtes. pro Clu.

Inſtituere aliquem ſecundum hæredem filio. E.

Inſtrumentum, pro medio quo aliquid fit, notum eſt: ſed nos pro ſupellectili, qua vtuntur aut in villis ruſtici, aut opifices in officinis & tabernis, in ſingulari præſertim numero, rarius quàm veteres Latini vſurpamus.

Hæc omnia in inſtrumento ac ſupellectili. in V.

Apronius in eorum orationes venit, omne inſtrumētum diripuit, familiam abduxit.

Arationes magna impenſa, magnóque inſtrumento tueri.

In fundum vicini conſulis non inſtrumenta, aut ornamenta aulæ, ſed etiam arbores transferebantur. pro Dom.

Inſuſurro, ſignificat id quod vulgo dicitur, Aliquid alicui in aurem dicere.

Fauonius ipſe inſuſurrat. Acad.

Inſuſurrare alteri. Tuſc.

Nec in aures tuas fictè aut ſimulatè quęſtus cauſa inſuſurretur. Qu. Fr.

Inſuſurrare ad aurem alicuius familiariter. in V.

Inſuſurrare aliquid alicui. A. pro Mur.

Integer, a, um, corporis valetudini attributum, minùs notum eſt: præſertim cum id ſignificat cui Feſſus opponitur.

Quæ quidem multò plura euenirent, ſi ad quietem integri iremus: tunc onuſti cibo, & vino, perturbata & confuſa cernimus. de D.

Cum

Cùm crebrò integri defeſſis ſuccederent. Cæſ.
Non facile recentes atque integros ſuſtinebant. idē.
Integros de fatigatis ſubmittens. idem.
Integri quoque dicuntur, qui opibus & gloria florent & valent.
Integrorum & fortunatorum promiſſis ſaucios & miſeros credere non oportere pro L. Mur.
Quos ego florentes atque integros vici. pro Pl.
Cum Gabinio integerrimas pacatiſſimáſque gentes ad diripiendum tradidiſſes. pro Dom.
Integer, pro. Non corruptus, latè patet.
Rudem me diſcipulum atque integrum accipe. de N.
Vir integer, innocens, religioſus. in V.
Integri & incorrupti ſenſus. Acad.
Multò etiam integriora ac puriora ſunt, vt à te longiſſimè ſe efferant. Tuſc.
Dum exiſtimatio eſt integra, facilè conſolatur honeſtas egeſtatem. pro Quin.
Integrum ſibi aut alij ſeruare, relinquere, eſſe: ſignificat nihil agere, aut agi in re aliqua: ſed de tota re ita conſtituere, vt facilè ipſe ſe aut alius explicare, & quicquid velit agere poſſet.
Quòd me admones, vt me integrum quoad poſſim, ſeruem. At.
Reſeruare cauſam omnem integram alicui. Ep.
Vt integrum mihi de cauſa campana ad ſuum reditum reſeruarem. Ep.
De Dolabella, integram tibi cauſam reſeruant. Ep.
Omninò tempora integram tibi cauſam reſeruent. Br. At.
Quod nec integra re mihi ad conſulendum, &c. implicatus tenebar. Ep.
Is rem integram ad reditum ſuum iuſſit eſſe. Off.
Vt ad conſilium publicum rem integram referrem. in C.
Præſertim cum integram rem cauſamque reliquerim. At.
Hinc *Aliquid alicui integrum eſſe*, pro, Poſſe liberè aliquid agere, vel, aliquid alicui liberum eſſe.
Cùm

Cùm id iam integrum non eſſet, id eſt, Cùm non poſſem negare. pro Mar.
Loquor de legibus promulgatis, de quibus eſt integrum nobis, in A.
Si mihi integra omnia ac libera fuiſſent. Ep.
Si eſſent omnia ſolutiſſima mihi.
Non eſt integrum mihi iam vti tuo conſilio. I. P.
Quilibet, ſi integrum daretur, eam ſententiam diceret. Part.
Mihi integrum eſt facere, vel non facere. At.
Cùm tibi in integro tota res eſſet. in Ver.
Res adhuc in integro eſt.
In integro nobis res erit.
Hæc tam in integro nobis eſſe non poſſunt. de Or.

Intelligens. Doctus alicuius rei, qui iudicare de aliqua re poterat, in frequẽti vſu fuit apud Romanos, nunc hoc quod diximus, rarò aut nunquam vulgus hoc nomine notat.
Non ſemper vulgi iudicium cum intelligentium iudicio congruit. de Cla.
Doctus & intelligens vir. de Fin.
Exiſtimator doctus & intelligens. de Cla.
Quę non modò iſtum hominem ingenioſum & intelligentem, verum etiam quemuis noſtrũm, quos iſto idiotas appellat, delectare poſſent. in V.
Qui teretes aures habent, intelligénſque iudicium. de Or.
Nihil non intelligens intelligente pręſtantius eſt. de (Vn.
Intelligens dicenti exiſtimator. de Cla.
Erat & cupidus voluptatum, & cuiuſuis generis eius intelligens & copioſus. de Fin.

Intelligentia. Quàm tempora omnia immutent & obſcurent, vel ex hoc vno nomine diſci poteſt, quod poſteri Ciceronis pro Intelligentia Intellectum vſurparunt, cùm antiquiores omnes non ſolum hoc vocabulo intelligentiæ, actionem intelligendi, ſed & vim & inſtrumentum ipſum quo animus aliquid comprehendit expreſſerint, nunquam verò intellectum vocarunt.

Intel-

Intelligentia eſt, per quam animus perſpicit. de In.

Dum intelligentiam in animo, animum concluſit in corpore. de Vn.

Cum in æthere aſtra gignantur, conſentaneum eſt in his ſenſum ineſſe & intelligentiam. de N.

Pars animi, quę rationis atque intelligentiæ ſit particeps. de Di. (Vn.

Quod intelligentia & ratione comprehenditur. de

Nam & communis intelligentia nobis notas res efficit, eáſque in animis noſtris inchoauit: vt honeſta in virtute ponantur, in vitijs turpia. de Leg.

Quod quædam animalis intelligentia per omnia permeet. Acad. (pergentem. de N.

Neptunum eſſe animum cum intelligentia per mare

In eas imagines mentem intentam, infixámque noſtram intelligentiam capere, quid ſit Deus. de N.

Plato ait ideas ſemper eſſe, ac ratione & intelligentia contineri. Or.

Mens ſimplex fugere intelligentiæ noſtræ vim ac notionem videtur. de N.

Quod longiſſimè ſit ab imperitorum intelligentia ſenſúque diſiunctum. de Or.

Definire aliquid ad commune iudicium popularémque intelligentiam accommodare. O.

Omnes qui ex omni ętate hac in ciuitate iuris intelligentiam habuerunt. in A.

Tamen fretus intelligentia veſtra, breuius differo, quam cauſa deſiderat. de N.

Quid cenſes, hunc quo ſtudio & qua intelligentia eſſe in rebus ruſticis? pro S. R.

Quid de guſtatu & odoratu loquar? in quibus intelligentia etſi vitioſa eſt, quædam tamen. Acad.

Proponenda quædam quaſi mouentia ſunt, quæ nos magis ad cognitionem intelligentiámque conuertant. Tuſ.

Simul incipit autem intelligentiam, vel notionem potiùs, quam appellāt ἔννοιαν illi, videtque &c. de Fin.

Difficilis eſt animi, quid aut qualis ſit, intelligentia. Tuſc.

Intel-

Intendo, varij vſus eſt: Manum, digitum intendere, dicebant Latini: quod nunc vulgo, Extenſo digito aut manu aliquid monſtrare.

Et ſimul dextram intendit ad ſtatuam. At.

Sed vt commonſtrarem tantum viam, &c. vt fieri ſolet, digitum ad fontes intenderam. de Or.

Sic, *Animum, aut quæ animi ſunt intendere*, Latinè dicitur, pro aduertere, & dirigere ad aliqua.

Si fieri poſſet, vel plures te animos habere vellem, quos omnes ad Mutinam intenderes. in A.

Mens naturalem vim habet, quam intendit ad ea quibus mouetur. Acad.

Intendere ſenſus ad res percipiendas. ibidem.

Immenſa regionum magnitudo, in quam ſe iniiciens & intendens animus latè longéque peregrinatur. de N.

Si C. Antonius, quod animo intenderat, perficere potuiſſet. in A.

Intendere aciem ad rem in omnes partes. Tuſ.

Aliquo intendere, pro, Cogitare aliquò ire, Dirigere curſum & viam aliquò.

Studium nihil prodeſt perueniendi aliquò, niſi illud, quod eò quò intendas, ferat deducatque, cognoris. de Or.

Hoc tibi antea explicandum eſt, quàm illic proficiſcare, quo te dicis intendere. de O.

Si iſte quò intendit, in Manliana caſtra peruenerit. in C. (pro Mur.

Vt eò quò intendit, maturè cum exercitu perueniat.

Intendere ea quæ corporis ſunt: Contrarium ei eſt Remittere.

Intendere & remittere ſonum vocis. Or.

Quæro, non quibus rebus intendam animum, ſed quibus relaxem. in Horten.

Nunquam ingemiſcit vir fortis, niſi fortè vt ſe intendat ad firmitatem. Tuſ.

Sic arcum intendere. A. Item: (tus.

Intendit crinitus Apollo arcum auratum Luna inni-

Intendere tela, pericula, & eius generis alia alicui, aut in ali-

in aliquem. Ego tela intenta iugulis ciuitatis de coniuratorum manibus extorſi. P.

Intenta ſigna legionum exiſtimantur ceruicibus boniſque veſtris. Seſt.

Intendere periculum alicui. At.

Intende litem alicui. de Or. & pro Cæcin.

Alicui diem dicere, mulctam irrogare, actionem perduellionis intendere. pro Mil.

Tela vndique in patriam intenta. de Pro.

Peto à te, vt periculum quod in omnes intenditur. pro S. R.

Iſta omnia in hunc vnum inſtituta, parata, intenta ſunt. pro Mil.

Simul ac periculum iudicij intendi, omnem illius impetum compreſſi. de Ar.

Is ſibi eum nuper edidit ſocium, quem (quomodo nunc intendit) ne viuorum quidem numero tum demonſtrat fuiſſe. pro Quint. (Ep.

Intendere ſe aduerſarium in magiſtratum alicuius.

Intendere controuerſiam. ad Her.

Hinc *Intento*, pro Aliquid contra aliquem dirigo, & quaſi aliquid tenro in aliquem.

Explicet ſuum volumen illud, quod aiunt Sex. Roſcio intentaſſe. & meditatum eſſe, ſe omnia illa pro teſtimonio eſſe dicturum. item. (pro Mil.

Clodius non ſeruos, non arma, non vim intentauit.

Hæc intentata Pompeio eſt, ibidem.

Dolor ardentes faces intentat, is fortitudinem & patientiam ſe debilitaturum minatur, Tuſ.

Tum ipſum aduerſarium quaſi intentatis loco pro ducendo, hoc interrogando, vtrum. de In.

Inter. Cicero qui incorrupta Latini ſermonis integritate fuit, hac præpoſitione ea effert, quæ & antiquiores & recentiores per inuicem; vt, Amant ſe inuicem, Cicero, Amant inter ſe, quòd cùm multo elegantius dici iſtiuſmodi per inter videantur, exemplis quibus cum inuicem, aut mutuò iungi rectè poſſet declarabimus.

Dij inter ſe diligunt. de N.

Pueri

Pueri valent, & nos & inter ſe amant. Qu. Fr.
Ciceronis pueri amant inter ſe. At.
Aliqui voluntate ſimiles inter ſe. de Or.
Vobis inter vos voluntas fuit coniuncta. in V.
Bonis inter bonos quaſi neceſſariam beneuolentiam eſſe. de Am.
Neque ſolum colent ſe inter ſe, ſed &c.
Ac latiſſimè quidem patens hominibus inter homines, omnibus inter omnes ſocietas hæc eſt. Off.
Vt noſmetipſi inter nos coniunctiores ſimus. At.
Quę fueramus ego & tu inter nos de ſorore locuti. (At.
Illi furtim inter ſe aſpiciebant. in C.
Nihil poteſt eſſe coniunctius, quàm nos inter vos riſum tenere. Ep. (poſſitis. de N.
Hoc mirabilius, quòd vos inter nos riſum tenere
Virtutes ipſas inter ſe eſſe æquales & pares. Or.
In reliquis rebus diſſimiles inter ſe fuerunt. de Cla.
Duæ artes inter ſe pares. At.
Sed etiam ipſorum inter ipſos conceſſu ita tributum eſt. de Cla.
De ea re nos inter nos locuti ſumus. At.
Noſque inter nos eſſe complexos. de D.
Quorum ſummum quondam inter ipſos odium meminiſtis. in A.
Inter cœnam, Idem quod Inter cœnandum: vt,
Si inter cœnam in tuis immanibus illis poculis hoc tibi accidiſſet. in A. (nu eſſe. Qu. Fr.
Hæc inter cœnam Tironi dictaui, ne mirere, alia ma-
Intercedo, Quoniam indocti noſtris temporibus hoc verbo ſignificant quod Latini pro deprecor, oſtendam hoc loco quomodo intercedere Tribuni Romani tribuerint, vt populi nomine, quæ Senatus ſtatuere vellet, impediret: Cum verò exprimere voluerimus preces, quæ pro alio fiunt, ſupra demonſtrauimus non dicendum eſſe, Intercedere pro aliquo, ſed deprecari pro aliquo: neque is qui dirimit pugnam, aut contentionem intercedere aut mediare, vt Barbari loquuntur, dicitur: ſed dirimere, & Sedare.

M Tribuni

Tribuni ex templo pulſi, cum intercedere rogationi vellent. de Or.

Quod legationis genus ego conſul. ſuſtuliſſem, approbante ſenatu, niſi mihi Leuinus Tribunus plebis interceſſiſſet. de Leg.

Quid ſi M. Brutus interceſſurum ſe dixit, &c. videtur ne interceſſiſſe appellatio tribunorum? pro Q.

De his rebus pridie quàm hæc ſcripſi, ſenatus auctoritas grauiſſima intercesserat: cui cùm Cato & Caninius interceſſiſſent, tamen eſt perſcripta. E.

Sed mihi credite, nunquám ſuccedetur illis, niſi cum ea lege referetur, qua intercedi de prouincijs non licebit. de Pro.

Eaque quæ de reductione regis ſcripta eſt auctoritas, cui ſcis interceſſum, vt ne quis omnino regem reduceret, tantam vim habet. Ep.

Qui veritus eſt, ne Fuſius ei legi intercederet, &c. A.

Meæque ſententiæ, quæ ſecunda pronunciata erat, cùm frequens aſſentiretur ſenatus, rogatu Seruilij P. Titius interceſſit. Ep.

Sic *Interceſſionis, & Interceſſoris* nomine vulgus nunc ea notat, quæ Romani vocabulis Deprecatione & Deprecatore: hoc etiam Barbari per Mediatorem dicunt, quod vocabulum Latini ignorarun. Itaque Latini non vocarunt interceſſorem, qui pro aliquo precatur: ſed, Deprecatorem: & Deprecationem, non Interceſſionem. Qui verò ſunt tanquam medij inter duos, deferunt & referunt mandata, eos Internuntios Latini appellarunt: vt, Aſſiduis internuntijs cum Lepido egi, vt &c. Epiſt.

Quę quidem me internuntio, ad illos celeriter deferentur. Octa.

Damnatorum vitam à prætore, vel ipſo carnifice internuntio redimi. in Ver.

Interijcio & interiectum eſſe, crebrò Cic. eſt vſus, pro Medium, aut in medio eſſe, aut inter aliquos, aut aliquid tanquam medium eſſe.

Naſus quaſi murus oculis interiectus eſt. de Na.

Idque interiecit inter indiuiduum, & id quod diuiduum

duum eſt in corpore. de Vn.
Quid inter horum ętates interiectus Cato? Par.
L. Siſenna interiectus inter duas ętates Hortenſij & Sulpitij. de Cla.
Aër interiectus inter mare & cœlum. de N.
Inter has perſonas me interiectum moleſtè ferunt. in A.
Videte quantum interuallum ſit interiectum inter hoc & illud. contra Rul.
Alij eis interiecti & tanquam medij. de Or.
Quod eorum vicini non ita lato interiecto mari Rhodij nunquam probauerunt. Or.
Videtis me ad priſtinã meam dignitatem breui temporis dolore interiecto eſſe reuocatum. pro Seſt.
Annus eſt integer nobis expectandus, quo interiecto ciuium calamitas prorogatur. de Pro.
In voluptate maxima, nullo interuallo interiecto, dies noctésque verſari. de Fin.
Multi ſunt interiecti inter philoſophos, & eos qui remp. adminiſtrant. Off.
Eſt autem quidam interiectus intermedius vtriuſque particeps. Or.
Interiectus, us. Luna interpoſitu interiectúque terræ deficit. de Nat.
Interior, us. Reconditas res, & quæ non à quouis intelliguntur, Latini hoc nomine notarunt: noſtri penitiora & ſecretiora vocant.
Sed hæc quoque in promptu, nunc interiora videamus. de D.
Illa interiora iam veſtra ſunt. pro D.
Interiores & reconditę litteræ. de N.
Opus eſt hic limatulo & politulo illo tuo iudicio, & illis interioribus litteris meis, quibus ſæpe verecundiorem me in loquendo facis. Ep.
Interius eſt etiam, eiuſdem eſſe ciuitatis. Off.
Interior eſt illi proprius, id eſt, magis attingit hominem. de Or.
Societas quæ latiſſimè patet, interior, propior. Off.
Sic intima, quæ Secreta aut Penitiſſima vulgus appellat. Ad

lat. Ad intima iſtorum conſilia peruenimus, in V.

Penitus in eam diſputationem penè intimam perueniſtis. Or.

Multa admiſcui ex intima philoſophia. Acad.

Sed penitus ex intima philoſophia haurienda iuris diſciplina eſt. de Leg.

Internoſcere. Cicero, & ante eum Latini omnes explicarunt hoc verbo, quod recētiores per Dignoſcere.

Quos cum humare vellent non potuerunt obtritos internoſcere. de Or.

Quę ſi alia vera, alia falſa, qua nota internoſcantur, ſcire velim. pro S. R. de D.

Internoſcere verum à falſo. Acad.

Secerni blandus amicus à vero, & internoſci poteſt, adhibita diligentia. de Am.

Qui dignum atque indignum internoſcere nequeunt. ad Heren.

Interpono. Quod ſi hoc verbum tritum nunc eſſet, non diceret plerique, Inſerere aliquid in oratione, in ſcriptis: quod Romani per Interponere expreſſerunt: vt, (Cla.

Orationes quas interpoſuit, eas ego laudare ſoleo. de

Hęc interpoſui P. C. vt me purgarem. in A.

Quaſi enim ipſos introduxi loquentes, ne inquit & inquam ſępius interponeretur. de Am.

Vt etiam modo, niſi aurem interpoſuiſſem, concurriſſent. Or.

Mediocres argumentationes interponi, & in medio collocari oportet. ad Her.

Digreſſio extra cauſam interponitur, aut criminationis cauſa, aut, &c. de In.

Sic *Interpoſitio,* de ijs quæ inter verſus, aut ſuprà aut poſt ſcribuntur. (mo Catone, &c.

Vna omnino interpoſitio difficilior eſt, de quadri-

Cum perſonarum certarum interpoſitione. de N.

Se interponere; Flandrorum lingua ferè eodem modo id redditur, Hem onderwenden : Gallica, *s'entremettre*. Multi ex vulgo Immiſcere pro Interponere dicunt: Sic enim loquuntur: Ego nolo me

me immiſcere huic negotio. Cic. verò hoc modò.
De Aſcanione tu verò quod voles facies, me nihil interpono. At.
Clodius vocabat tribus, ſe interponebat. pro Mil.
Quid enim interponerem audaciæ tuæ: quam nullæ leges poſſunt coërcere? in A.
Cur te interponis inuitiſſimis his, quibus, &c. in V.
Sapientius facies, ſi te in iſtam pacificationem non interpones. Ep.
In rem aliquam fidem ſuam interponere. pro S. R.
Non potuit certius interponere iudicium voluntatis ſuæ, quàm cum &c. pro Cor.
Proprium eſt Academiæ, iudicium ſuum nullum interponere. de D.
Hæc ſcripſi ſedato animo, nullum meum iudicium interponens, ſed exquirens tuum. At.
Interponere aliquid, dicimus quoque quod tanquam medium eſt inter aliquos, quo aut confirmetur, aut infirmetur aliquid.
In iureiurando dij immortales tum iudices, tum teſtes interponuntur. de Leg.
Non oportuit ante ſupplicium, quàm iudicium interponere. de In.
Qui iſtum nondum interpoſita auctoritate veſtra, ſuo conſilio & iudicio vt hoſtem arcuit. in An.
Offenſionem eſſe periculoſam propter interpoſitam auctoritatem religionémque video. Ep.
Ego interpoſitam Senatus auctoritatẽ ſuſtinui. in P.
Vos reiectione interpoſita repentini iudices conſediſtis. pro Syl.
Si ea decreta, Coſſ. quę de Cæſaris actis interpoſita ſunt, non ſeruantur, magnã perturbationẽ fore. At.
Obnuntiationibus per Sexuclam interpoſitis. Qui ab Siculis ob decreta interponenda pecuniam accepit. in V.
Acerbiorem legem & duriora edicta interpoſuit.
Poſtulata hęc ab eo interpoſita ſunt, quo minus quod opus eſſet ad bellum, à nobis pararetur. At.
Interualium, & temporibus, & locis tribui, ſatis no-

tum eſt. Sed Longo interuallo aliquid fieri noſtri homines non dicunt: vſurpant enim potius pro eo, Longo tempore poſt, Diu pòſt, aut quod multo tẽpore intermiſſum eſt, repetere. Cicero verò ſic:
Quoniam longo interuallo modo primum te paulo hilariorem video. de Cla.
Satis longo interuallo poſt iterum aduocantur. pro (Clu.
Vt cùm longo interuallo veneris, contendas. pro M.
Hodierno die longo interuallo ad ſpem libertatis exarſimus. in A. (lam, &c. At.
Venio nunc ſanè longo interuallo ad quandã epiſto-
Longo enim interuallo video mutata eſſe omnia. At.
Me perlongo interuallo prope memoriæ temporúmque noſtrorum primum hominem nouum conſulem feciſtis. contra Rul.
Longo interuallo iudicium inter ſicarios hoc primum committitur. pro S. R.
Conſuetudo longo interuallo repetita & relata. in V.
Longo interuallo veterem conſuetudinem retuli.
Et nos longo interuallo viſeris. At.
Tu, ſi interuallum longius fuerit mearum litterarum, ne mireris. Ep. (in V.
Verſabatur in Sicilia longo interuallo alter Phalaris.
Si cum animis veſtris longo interuallo recordari illius vitam volueritis. pro Clu.
Cum res priuatę longo interuallo iudicijs repeterentur. de Cla.
Longo interuallo Romam venis. pro Flac. (Arch.
Interim ſatis longo interuallo velit Heracleam. pro
Interim neque ita longo interuallo ille venit. pro F.
An laurea illa amittet longo interuallo viriditatem? de Pro.
Amicitia longis interuallis temporis interrupta. Ep.
Illa quæ quaſi longo interuallo interiecto videmus. Off. (Acad.
Studia quæ longo interuallo intermiſſa, reuocaui.
Primum te tanto interuallo viderem. Ep.
Inteſtato, aut *Inteſtatum mori*, ſignificat, quod imperiti dicunt, Sine teſtamento mori.

Pater

Paterfamilias inteſtatò mortuus. de Or.
Si paterfamilias inteſtatò moritur. ad Her.
Si is inteſtatò mortuus eſſet, ita ſecundum eum poſſeſſio daretur. in V. pro Cluen.
Inteſtatus, pro teſtato non conuentus, non omnibus notum, ne dicam pauciſſimis: ſic tamen locutus eſt Plautus in Curcul. Hoccine pacto indemnatum atque inteſtatum me arripi? Huic opponitur Anteſtatus.
Intra modum, intra legem. Inuſitatæ noſtris hominibus formæ loquendi, quibus Latini ſignificabant id, quod minus erat quàm modus, aut lex permittebat, quod ſuo more vulgus ſic effert, Minus quàm decet, aut oportet.
Sed cum Cæſar fortaſſe arbitraretur, me hanc rem non putare, ſi perpetuò tacerem: modicè hoc faciam: aut etiam intra modum, &c. Ep.
Deinde, ne amicis nihil tribuamus, epulamur vnà non modo non contra legem, ſi vlla nunc lex eſt, ſed etiam intra legem, & quidem aliquanto. Ep.
• *Inuehi in aliquem*, pro inſectari aliquē, & verbis grauibus exagitare aliquem. Etiam, Inuehens in aliquem: quomodo imperiti nonnūquam loquuntur.
Diphilus petulanter in Pompeium inuectus eſt. At.
Carneades libenter in Stoicos inuehebatur. de N.
Acerbè & contumelioſè inuehi in aliquem, & grauiter. de Nat.
Aſperè in aliquem inuehi. pro S.
Nunc verò non inſultabo vehementius, nec volitabo in hoc inſolentius, neque in iſtum nugatorem inuehar, neque in iſto teſtimonio cōmouebor. pro Fla.
Vehementius inuehi in aliquem. de N.
Cum vehementius inueheretur in cauſam principum conſul Philippus. de Or.
Acerbius inuehi in aliquem, inſectaríque vehementius. de Am.
In totam denique M. Antonij domum ſum ſemper inuectus. in A.
Me, in quem inueheretur, delegerat. Ep.

Piſo, qui in eum primus inuectus eſt. Ep.
Æſchines in Demoſthenem inuehitur. Tuſc.
Inuehi & maledicere. de Or.
De quo Ceſar in ſenatu aperte in te inuehens queſtus eſt. in A.
Inuro. Tranſlate pene ſemper Cicero hoc verbo vtitur, vt, Notam aliquam alicui inurere: quod alij dicunt, Notare aliquem, Signare aliquem.
Qui volunt illa calamiſtris inurere. de Cla.
Ne qua generi ac nomini ſuo nota nefariæ turpitudinis inuratur. pro Syl.
Hæc inuſta eſt à te mortuo Cæſari nota ad ignominiam ſempiternam. in A.
Quæ nota domeſticæ turpitudinis non inuſta vitæ tuæ eſt? in C.
Is cenſoriæ ſeueritatis nota non inuretur. pro Cl.
Inurere maculas alicui æternas. in S. (Mur.
Id mihi ſummam crudelitatis famam inuſſiſſet. pro
Inſignem ignominiam alicui inuſtam eſſe. de Pro.
Sic, *Dolorem inurere*, pro, Commouere alicui perpetuum dolorem.
Inurere dolorem alicui. in A.
Inurere quam maximum dolorem alicui. Tuſc.
Tantus illorum temporum dolor inuſtus eſt ciuitati. in C. (ſiſti. in V.
Cum hunc dolorem cineri eius atque oſſibus inuſ-
Ita. Nec, aut non ita, Latini dixerunt: pro quo nunc vulgus, Non valde, non tam, non diu: vt,
Nec ita multò poſt in Galliam proficiſcitur. pro Qu.
Nec ita multo poſt. Off.
Interim nec ita longo interuallo ille venit. pro Fla.
Non ita multis ante annis aiunt quendam. pro S. R.
Tardius non ita multum tecum fuit. in V.
Non ita multi. de Cla.
Quibus homines non ita valde mouentur. de N.
Themiſtocles non ita ſanè vetus. de Cla.
Non ita lato interiecto mari. Or.
Ratus inceſſus, nec ita longus. Or.
Item. Ab vſu quotidiani ſermonis Latinè loquentium nunc

nunc prorſus intermiſſa eſt hæc vox Item: cum eadem vis eſt, quę vocabuli ſimiliter: ſed vſus non idem; nam neque ac aut atque, ſed vt, aut vti ſolum item in comparationibus conſequitur: vt,
Non item in oratione, vt in verſu extat numerus. Or.
Feciſti item, vti prædones ſolent. in V.
Extra comparationem. Solis defectiones, itemque lunæ prędicuntur. de D.
Placuit Scęuolæ & Coruncano, itemque cæteris, qui &c. de Leg.
D. Brutus, L. Plancus, itemque cæteri, &c. in A.
Quibus item vt cæteris imperabat, &c. in Ver.
Gabinium ſtatim ad me vocaui, deinde item acceſſitur Statilius. in C.
Romulus augur cum fratre item augure. de D.
Hoc item tempore breuior eſſe debeo. Ep.
Te non veniſſe miratus ſum, quod item nunc miror. Ep.
Meáque item in te ſingularis beneuolentia. Ep.
M. Lepidus Imp. item Pontifex Max. Ep.
Quare nunc Numeſtio mandaui, tecum vt ageret itē atque ego; ſi poteſt acrius, te rogo. At.
Et item de cæteris rebus. de Or.
Spectaculum tibi vni iucundum, cæteris non itē. At.
Quod in libero ſeruant, in libera non item. de N.
Item contra. de Fin.
Itémque quæ. Top.
Iterum. Non tam recondita vis & huius vocis, quin ab imperitis ſemper pene pro item vſurpetur, Adhuc ſemel: quod Latinum non eſt, ſed barbarum, Latini potius ſic ſunt locuti.
Bis à me ſeruatus eſt, ſeparatim ſemel, iterum cum vniuerſis. pro D.
Primò quidem decipi incommodum eſt, iterum ſtultum, tertiò turpe. de In.
Id vt re experiatur, iterum & ſępius te rogo. Ep.
P. Africanus iterum conſul ille maior. de Ar.
Nonnunquam etiam iterum ac tertiùm. de D.
Iterum autem peccant, cum ſe iungunt. de Ora.

Teſtis eſt iterum ac ſæpius Italia. pro Pom.

Et Liuianę fabulæ non ſatis dignę, quæ iterum legantur. de Cl.

Iubere valere, dixerunt Latini: qui verò à puritate Romana diſceſſerunt, pro eo Valedicere in linguam Latinam inuexerunt: quod boni auctores ignorarunt. Neque ſolum Iubeo ſaluere dixerunt, ſed alijs infinitiuis quoque coniunxerunt: Illum ſalutaui, poſtea iuſſi valere, &c.

Dionyſium iube ſaluere. At.

Sperare nos iubent amici, ſuadent, hortantur. E.

Etſi tuæ litteræ rectè ſperare iubent, tamen &c. At.

Iubeo te bene ſperare, & bono animo eſſe. pro D.

Valde iubeo gaudere te. Ep.

Iubeo te ſine cura eſſe. in V.

Cæſar oſtendit ſe, priuſquam proficiſceretur, Dolabellam conſulem eſſe iuſſurum. A.

Iuncta verba Cicero appellat, quæ recentiores Grammatici Compoſita: vt,

Verba ponēda ſunt, quæ vim habeant illuſtrandi, nec ab vſu ſint abhorrētia, grauia, plena, ſonantia, iuncta, facta, cognominata, non vulguta, &c. Pa.

Sic *Iungere verba*. Licentiam poëtarum faciendorum iungendorúmque verborum, maiorem eſſe quam Oratorum. Or.

Collocata, aut coniuncta verba, quæ orationem perficiunt, ſententiámque aliquam exprimunt: vt,

Ornatus autem verborum duplex: vnus ſimplicium, alter collocatorum. Pòſt: Collocata verba habent ornatum, ſi aliquid concinnitatis efficiunt, &c. Or.

Prima vis eſt in ſimplicibus verbis, in coniunctis ſecunda: Simplicia inuenienda ſunt, Coniuncta collocanda. Part.

Omnis igitur oratio cōficitur ex verbis, quorum primùm nobis ratio ſimpliciter videnda eſt, deinde coniunctè, nam eſt quidam ornatus orationis, qui ex ſingulis verbis eſt: alius qui ex continuatis coniunctíſque conſtat. de Or. (non eſt.

Iungere amicitiam, caritatem, cōſuetudinem, vulgatum

Deiota-

Deiotarus cum hominibus noſtris conſuetudines amicitiáſque iungebat. pro Deiot.

Vt omnis caritas inter duos iungatur. de Am.

• *Rem rationémque iungere cum aliquo*, pro communicare. pro Deiot.

Sic cum ablatiuo noſtri homines, vt olim Latini, non coniungunt. Hæc verò, quæ cum ſomnijs naturali cognatione iunguntur. de D.

Improbitas ſcelere iuncta. de Or.

Laudatio defenſione iuncta. de Cla.

• Rheda equis iuncta. At.

Nunc video infinitum bellum iunctum miſerrima (fuga. At.

• *Iuratus & iniuratus.* Olim cum integer eſſet ſermo Romanus, omnibus notum erat: nunc ſublata de conſuetudine vocabula illa videntur, verbo enim Iurare vulgus exprimere ſolet, quæ Latini his nominibus: ſic enim loquuntur vulgò omnes: Tu mihi non crederes, etiamſi iurarem, Facere aliquid poſtquam iurauit, Credere aliquid poſtquam iurauit. Veteres verò hoc modo.

Iuratum aliquem aliquid affirmare. in Pom.

De epiſtola Cæſaris (iurato mihi crede) non poſſum At. (credere. pro Qu.

• Iniurato in propria lite, vel iurato in alieno iudicio

Sed erant ea teſtimonia non concitatæ concionis, ſed iurati Senatus. pro Flac.

Addebat etiam ſe in legem Voconiam iuratum contrà eam facere non audere. de Fin.

Hæc iniuratus ſum dicturus, quæ iuratus in concione dixi. pro Syl. & in V.

Iuratus iudex. de In.

• *Iureconſultus*, tam dixerunt veteres, quàm iuriſconſultus: quod ex his Ciceronis locis intelligetur.

Iureconſulti ſine erroris obijciẽdi cauſa, &c. de Leg.

Intellexi te Cæſari noſtro valde Iureconſultum videri. Ep. (ibidem.

Quis enim tot interregnis iureconſultum deſiderat?

Iureconſultorum ingenijs pleráque corrupta ac deprauata eſſe. pro Mur.

Iuriſconſultus, peruulgatum eſt.

Iuriſdictio. Non locum & regionem, hoc eſt, ditionem & poteſtatem, vel regnum ſignificat, quomodo non multi vtuntur: ſed iuris ipſius adminiſtrationem, quæ decernitur, aut à prætore, aut pro prætore, aut pro conſule, aut eorum adminiſtris, quid cuique iure debeatur, & non.

Is venalem in Sicilia iuriſdictionem habuit. in V.

Cum ab eo digreſſus eſſem, eo conſilio vt ab Athenis in Bœoticam irem, reliquámque iuriſdictionem abſoluerem. Ep.

Qui in concione auſus eſt dicere, iuſtitium indici oportere, iuriſdictionem intermitti, iudicia tolli. de Ar. (ges. de Pro.

Omitto iuriſdictionem in libera ciuitate contra le-

De pecunijs creditis dicere ius in liberos populos, contra leges. ibid. (pro Fl.

Aſiaticæ iuriſdictioni vrbana iuriſdictio reſpondet.

Præturæ iuriſdictio non attingitur.

Sub veſtrum ius, iuriſdictionem, poteſtatem, orbem terrarum ſubegeritis. con. Rul.

Æſtiuos menſes rei militari dare, hibernos iuriſdictioni. At. & Qu. Fr.

Ius Iuris. Germanicum vulgus Offam vocat, quod ius appellandum eſt. Nam Offa maſſa eſt glomerata, aut Puls, quibus ſaginari anſeres, pulli, gallinæ, & eius generis alia animalia ſolent. (no. E.

Te iſtic Ateriano iure delectato, ego me hic Hircia-

In ea cœna cocus meus præter ius feruens nihil potuit imitari.

Ius enim tibi dandum non fuit, cũ κρηγσόμαχ@ eſſes.

Iure illo nigro, quod cœnæ caput erat. Tuſ.

Iuuenis, Latinè non dicitur de prima ętate, ſed adulta potius. Noſtri verò homines more vernaculæ linguæ vocant pueros iuuenes, cum adoleſcens potius Iuuenis ſit dicendus, idcirco etiam eodem modo Cicero vtroque eſt vſus.

Hi ſimul ac iuuenes eſſe cœperunt, magna ſpectare, & ad ęa rectis ſtudijs debent contendere, &c.

Prima igitur eſt adoleſcenti commendatio ad gloriam &c. Off.
Mihi P. Africanus comitatu nobilium iuuenum fortunatus videbatur. de Sen.
Infirmitas puerorum eſt, ferocitas iuuenum. de Se.
Vellem ſuſcepiſſes iuuenem regendum. At.
Iuuenes ſtare ad ianuam duos quoſdam, qui eum magnopere euocarent. de Orat & Tuſ.
Iuuenis & adoleſcens idem. Off. & de Sen.
Sic Columella etiam de Oue: Fœmina poſt bimatum maritari debet, iuueniſque habetur quinquennis.
Cui verò imperiti Iuuenis nomen tribuunt, id Cicero & alij auctores omnes varijs vocibus ſignificarunt, hominem, puerum, bouem, vitulum, ouem, agnum. Quæ verò proprium nomen non habent, Tenera nuncupantur: vt,
Equis vetulis teneros anteponere ſolemus. de A.
Procera & tenera palma. de Leg.
Sic *Iuuentus* eam ætatem ſignificat, quæ floret robore & viribus.
Res quæ iuuentute geruntur & viribus. de Sen.
Imperia aſcribebantur nouæ iuuentuti. pro D.
Mercurius iuuentutis cuſtos & præſes. in V.

L.

L*Abefacto*. Hærent ignari perpetuo cum infirmare & conuellere aliquid exprimere alio verbo debeant, & pro Labefacto Detrudo vſurpant. Barbari etiam cum transferatur ad ſimilia, Annihilo dicunt.
Ijſdem machinis ſperant me poſſe labefactari, quibus anteà ſtantem perculerunt. pro Dom.
Ruere illa non poſſunt, vt hæc non eodem labefactata motu concidant. pro Pom. (uulſa. Ep.
Quæ cogitatio erat aliquantũ labefactata atque con-
Perfringere ac labefactare conſpirationem bonorum. in C. (Rul.
Labefactare & reſcindere ab alijs conſtituta. contra
Hoc adoleſcentis præſidium, equidem adhuc ſatis firmum eſſe confido, ſed ita multi labefactant, vt ne

ne moueatur, interdum extimeſcam. Brut.

Itaque Milonis conſulatus, qui viuo Clodio labefactari non poterat, mortuo denique tentari cœptus eſt. pro Mil.

Laboro, pro operari peruulgatum ſatis: ſed cùm ſollicitum eſſe, aut curare ſignificat, non item: vt,

Non laboro, Quod omnes potius efferunt per, Non curo, Nihili facio.

De cæteris non laboro. in V.

Non laborabat, quin malè audiret.

Non laborabat, ſi eſſet moriturus.

Si ſocijs proſpicere non laboratis.

Si quemadmodum ſocij à magiſtratibus tractentur, non laboratis.

Græci nunquam laborant, quemadmodum probent, quod dicunt, ſed quemadmodum ſe explicent dicē-

Laborare pro bonis viris. de Or. (do. pro Flac.

Laborare amici cauſa. pro Dom.

Miror te non tuis bonis delectari potius, quam alienis malis laborare. Ep.

Laboro autem non ſine cauſa. de Fin.

De fama nihil ſanè laboro. At.

Nec de me laboro: de pueris quid agam non habeo.

Homo de re magis, quam dè verbis laborans. Or.

Non id ago, neque in eo nunc laboro. pro Quin.

Sed hæc hactenus, ne videar περὶ μικρὰ σπουδάζειν. At.

De Republica, gaudio te laborare.

De Republ. nimium te laborare doleo. Qu. Fr.

Laborare, pro ægrotare & propriè & tranſlatè hoc modo vſus eſt Cicero.

Ex quibus rebus Reſpub. laborat, ijs maximè mederi conuenit. pro S. R.

Significant enim tuæ litteræ te prorſus laborare. At.

Quod ſi omnes facerent, & Reſp. ex illis, & ipſi ex inuidia minus laborarent. pro S. R.

Quibus incommodo valetudinis laborãdum eſt. pro

Vtpote cum ſine febri laboraſſem At. (Mur.

Nec verò quiſquam ſtultus non horum morborum aliquo laborat. de Fin.

Cum

Cum iam decimum diem grauiter ex inteſtinis laborarem. Ep.
Ceparius dixit te in lecto eſſe, quòd ex pedibus laborares. Ep.
Ex renibus laborare. Tuſc.
Cum audiuiſſet eum grauiter eſſe ægrum, quòd vehementer eius artus laborarent. ibid.
Non ignoro quantum ex deſiderio labores: ſed erunt omnia facilia, ſi valebis. Ep.
Ea ſatis diu ex inuidia laborauit. pro Clu.
Aliquanto ex inſcitia leuius laborarent. de In.
Populus Romanus, qui quondam in hoſtes leniſſimus exiſtimabatur, hoc tempore domeſtica crudelitate laborat. pro S. R.
Nec externis hoſtibus magis quàm domeſticis laboramus. At.
Si eſſet in ijs, fides, in quibus ſumma eſſe debebat, nō laboraremus. Ep.
Laboratur vehementer.
Non multum operæ in ea re velim pœnas. At.
Latet me, Non me latet. Neque Cicero, neque veteres vnquam dixerunt, ſed, Fugit, Non fugit me. Cuius exemplum in verbo Fugio quæras. Recentiorum enim eſt, Græco more, dicere Latet, aut Non me latet. Cicero vno loco datiuum cum Latere coniunxit: vt,
Nihil agis, nihil aſſequeris, nihil moliris, quod mihi latere valeat in tempore. in C.
Lautus. Huius nominis vis multis ignota eſt, quod plerique idem valere putent quod Delicatus, & eum ſignificare, qui niſi exquiſitis ſuauiſſimiſque cibis fruatur. Sed aliud notat, ſplendorem & elegantiam ſcilicet, quę in ipſis rebus ineſt: vt,
Cœna magnifica & lauta. Ep.
Valde iam lautus es.
Nihil apud hunc lautum, nihil elegans, nihil exquiſitum, ne magnopere quidem quicquam præter libidines ſumptuoſum. in P.
In oratoris verò inſtrumento tam lautam ſupellectilem non videram. de Or.
Libertis minus lautis ſeruiſque nihil defuit: nam lautiores

tiores eleganter accepti. At.
Sed illi ratio lautior ac ſplendidior. Off.
Patrimonium ſatis lautum diſſipare. pro Flac.
Lautum & copioſum patrimonium. pro R.P.
Homo lautus,& vrbanus. in Ver. (Deiot.
Cur te lautum voluit, cœnatum noluit occidere? pro
Laxam diem ſtatuere, vulgatum non eſt:nam Longum diem ſtatuere,vulgus dicit.Cicero verò illo modo.
Ego diem ſtatuo ſatis laxam,id eſt,Tempus ſatis longum. At.
Legare aliquem,pro Legatum mittere,tritum ſatis eſt: ſed Legare ſibi aliquem,quid ſignificet,non omnes ſciunt, expreſſerunt enim eo Latini, Legatum ſibi deligere,qui aut in prouincias cũ conſularibus,aut in bellum cum ducibus & imperatoribus irent.
Dolabella me ſibi legauit. At.
Cæſar Caſſium ſibi legauit. Ep.
Meſſius defendebatur à nobis , ſed de Legatione reuocatus: nam eum Cæſari legarat Appius. At.
Ego me à Pompeio legari ita ſum paſſus. (Pom.
Ne legaretur A.Gabinius Cn.Pompeio expetẽti.pro
Legere, pro deligere ſępius à Cicerone, quàm à noſtris hominibus eſt vſurpatum.
Verba legenda ſunt potiſſimum bene ſonantia,id eſt, eligenda. Or.
Hinc licet conditiones quotidie legas. pro Cæl.
Vt hos iudices legeret, quorum lectione duplex imprimeretur Reipub.dedecus. in A.
Ex quibus cum optimos viros legeret,non potuit legere non ſtudioſos mei. pro Mil.
Legere aliquem in ſenatum. Ep. pro Deio.
Cum qui aruſpicinam facerent, in ſenatu Romæ legerentur. Ep.
Introduci virtus nullo modo poteſt , niſi omnia quæ leget,quæque reijciet, vnam referantur ad ſummã.
Nondum nuces legere. de Or. (de Fin.
Homini mortuo ne oſſa legito. pro Leg.
Leuare, pro Leuius facere & Imminere, noſtri non vtuntur vt veteres.

Autori-

Auctoritas leuatur inconſtantia. Acad. de In.
Criminationem leuare. de In.
Perſpicuitas argumentatione leuatur. de Nat.
Leuare annonam. pro Mil.

Libens, tis. Non obſcura eſt nominis huius vis: ſed vſus minus increbuit apud noſtros, quã olim apud Romanos: nam hi in omnibus iis vti ſolent quæ contraria ſunt verbo Inuitus: nos anguſtius multo vſurpamus. Quam verò latè pateat, à Magiſtro loquendi diſcamus.

Iam id porrò, vtrum libentes, an inuiti dabant? amabant credo Apronium inuiti? &c. in Ver.

Librarij vocabantur olim, qui libros, aut quiduis deſcribebant, quare noſtris temporibus Librarios rectè appellaremus, quos Chalcographos, aut Typographos multi vocant.

Sed peto à te, vt quam celerrimè mihi librarius mittatur, maximè Græcus, qui mihi exſcribat hypomnemata. Ep.

Lex in publicum proponitur, concurrunt iuſſu meo plures vno tempore librarij, deſcriptam legem ad me afferunt. contra Rul.

Illas tabulas deſcribi ſtatim ab omnib. librarijs imperaui. pro Syl.

Legi litteras non tuas, ſed librarij tui. A.

Lippitudinis meæ ſignum tibi ſi librarij manus. Att.

Licet, cum ſubiunctiuo modo iungebant Latini, & eadem ſignificatione qua, Si videatur, Si placet, Si velis: vt,

Verum quoniam ita Chryſogono videtur, artificium obliuiſcatur, & ſtudium deponat licebit. pro S. R.

Hanc ſi quis partem putat eſſe orationis, ſequamur Hermagoram licebit. de Inuent.

Totam vitam hominis rationémque, quam ſequitur in philoſophia, derideamus licet. Ep. C. Memmio.

Clodium fregi in ſenatu cum altercatione eiuſmodi, ex qua licet pauca deguſtes. At.

Vel ipſi hoc dicas licet. ibidem.

Noli vnquam de vno pede ſororis queri, licet alterum etiam tollas.

Linea, non ſignificat verſum, quod multi putant, qui verſus

verſus ordine in libris conſcriptos Lineas vocant: ſed id quod propriè tantum notat.

Litura. Prorſus interijt huius nominis vis & vſus, & pro litura, id quod deletum eſt, quod expunctum eſt, conſuetudine iam diuturna eſt receptum. Barbari etiam maculaturam appellant, Latini verò ſic ſunt locuti.

Oppianicus, qui digito legata deleuerat, ne lituris coargui poſſet, teſtamentum in alias tabulas tranſcriptum ſignis adulterinis obſignauit. pro Cl.

Cùm mendum ſcripturæ tollatur litura. Ep.

His igitur tabulis nullam lituram in nomen A. Licinij videtis. pro Arch.

Deinde in codicis extrema cera nomen infimum, in flagitioſa litura fecit. in V.

Cur id nomen infimum, in lituráque ſit. ibid.

Videtiſne totum hoc nomen, coram vbi facit deletum, eſſe in litura? quid fuit iſthic antea ſcriptum? quod mendum iſta litura correxit?

Tabulæ ſunt in medio, quæ ſe corruptas atque interlitas eſſe clamant. ibid. (in litura.

Caudam illam Verris tanquam in luto demerſam eſſe

Litura vnius nominis commotus eſt. pro Arch.

Loco, pro, In loco pono, aut id cui Conduco reſpondet, notum ſatis eſt: ſed cum ſignificet id cui opponitur Redimo, hoc eſt faciendum aut curandum aliquid alicui certa pecunia committo, non ſatis à noſtris eſt tritum.

Dolabella locum illum ſternendum locauit. At.

Vtique quæſtores eam Baſim ſtatuamque faciendam, & in roſtris ſtatuendam locent. in A.

Locare opus faciendum maxima pecunia. in V.

Opus quod H.S. D L X. millibus faciendum locaſti. (R.S.

Anſeribus cibaria publicè locantur in Capitolio. pro

Non palam viuorum funera locabantur. in V.

Sic etiam homines ſe locant, qui alijs ſuam operam præſtant, quod vulgari more dicitur, Seruire alicui pro pecunia.

Nemo

Nemo enim illum ex trunco corporis ſpectabat, ſed ex artificio Comico æſtimabat: nam illa membra merere per ſe non amplius poterant duodecim æris: diſciplina, quæ erat ab hoc tradita, locabat ſe non minus H. S. CCC. LIII. Qu. Roſc.

Longè. Vis vocabuli non tam eſt retruſa, quàm vſus: vt Longè eſſe dixerunt veteres, pro Diſtare procul locum à loco, aut, Aliquem longè abeſſe.

Quàm longè eſt hinc in ſaltum veſtrum Gallicanum. pro Qu.

Iſti Neruij quam longè ſint neſcio. Qu. Fr.

Longè abſum, audio ſerò. Ep.

Cùm tam longè abfuturus eſſem.

Longiſſimè abeſſe ab aliquo. pro Plan.

Longè cum quibuſdam verbis iunctum, peruulgatum non eſt: vt,

Horum defenſio repetita quàm longè eſt. de D.

Longè ad virtutem proceſſerunt. de Fin.

In poſterum quam longiſſimè prouidere. Ep.

Sol longè latéque collucet. de N.

Dij vim ſuam longè latéque diffundunt. de D.

Longè latéque peregrinari. de N.

A quo mea voluntas longiſſimè abhorret. in Ver.

Multum inter ſe diſtant iſtę facultates, longéque ſunt diuerſæ atque ſeiunctæ. de Or.

De Quinto Fratre nihil longè recuſaui. Ep.

Cum poſitiuo & ſuperlatiuo gradu. Et erat huic iudicio longè diſſimilis illa contentio. pro Syl.

Longè diuerſus. Top.

Cæſaris aut longiſſimè diuerſa ratio. de D.

Vir longè poſt natos homines improbiſſimus. de Cla.

T. Coruncanus longè plurimum ingenio valuit. de Cl. (ſúque diſiunctum. de Or.

Quod lõgiſſimè ſit ab imperitorum intelligentia ſen-

Longum eſt dicere, longius facere aliquid. Quam olim crebris ſermonibus à Romanis vſurpabantur, tam nunc ab omnibus penè negliguntur: pro iiſque in ore habent, Nimis longum aut prolixum eſſe. Totum aut omnia dicere.

Longum

Longum eſt dicere, ſed hoc breue dicam. pro S.
De omnibus longum eſt dicere. in Ver.
Iam vt, &c. & quibus &c. lōgum eſt mihi dicere, prę-ſertim ad alia properanti. pro Clu.
Iam de Platonis inconſtantia longū eſt dicere. de N.
Syllaba producta atque longa. de Or.
Non faciam longius: huc enim pertinet. de Leg.
Non opus eſt exemplis hoc facere longius. de Fin.
Nihil longius alicui eſſe, quam, &c. Non tam vſitatum noſtris, quam, Nullum tempus fuiſſe lōgius quàm. Cicero verò hoc modò.
Nihil ei longius videbatur, quàm dum illud videret argentum. in Ver.
Tum ille nihil fuiſſe ſibi longius, quàm vt me videret. Ep.
Nec mihi longius eſt quicquam, quàm videre hominum vultus. pro R. P.
Nec longius eſt quicquam vobis, quàm dextrę gladium dum accommodet alter. Tuſc.
Sic pro *Longus*, ſæpe Prolixus ab imperitis vſurpatur, de quo in voce Prolixus.
• *Lucet*, olim Latini, cum pura & integra adhuc lingua eſſet, dicebant: nunc verò obſcuratum adeò hoc eſt à barbaris linguis, vt nūquam penè à quoquam audiatur: nouum enim vocabulum Dieſcere pro eo finxerunt, aut, Diem eſſe, aut fieri, dicere conſueuerunt, Latini verò ſic ſunt locuti.
Ad 4. Idus Oct. cùm adueſperaſceret, expedito exercitu, ita noctu iter feci, vt ad 3. Idus Octobris cum luceſceret, in Amanum aſcenderem. Ep.
Nondum legere poteramus: nam & lumina dimiſeramus, nec ſatis lucebat: cum autem luceret, &c. At.
• Sic *Lucis* vocabulo diem Latini ſignificabant, cui noctem opponebant.
Luce noctem, nocte lucem expectas. ad Her.
Pridie Iduum hæc ſcripſi ante lucem. Qu. Fr.
Cēteſima lux eſt hæc ab interitu P. Clodij. pro Milone.
Quis audeat luci, quis in militari via, quis benè comitatum &c. aggredi? in Ant.
• Luce palàm in foro ſaltare. Off.

Metellus prima luce in campum currebat. At.

Ludibundum aliquid facere, aut aliquo venire, Ij ignorant quid ſit, qui dicunt, Ludentem, aut ludendo aliquo peruenire, aut aliquid efficere.

Inde auſtro leniſſimo ad Hydruntem ludibundi peruenimus. Ep.

Si Volteium habebis, omnia ludibundus perficies. in Ver.

Per alios multa ludibundos libidinoſè apud Verrem effeciſſe vidit: ad omnes eoſdem patere aditus arbitrabatur: facilius vos efficiebatis ludibundi, quæ volebatis à Verre, quòd multa eius ludorum genera noratis. Ibid.

Lumen. pauci hoc nomine ſignificant partem illam ædium, qua lux hauritur, aut lucem, quę ædes illuſtrat, quam hoc vocabulo Latini expreſſerunt.

M. Buculeius cum ædes L. Fuſio venderet, in mancipio lumina vti tum erant, ita recepit. de Or.

Quod cuicunque particulę cœli officeretur, quamuis eſſet procul, mutata lumina putabat. Ibid.

Sic Catonis luminibus obſtruxit hæc poſteriorum oratio. de Cla.

Nec mētis aciei quaſi luminibus officit altitudo fortunæ. pro R.

Sic, *Lumen* appellabant, quam vulgus Candelam, quæ nihil niſi materiam, qua lumen præbetur, exprimit.

Noctu lumine oppoſito, experrecta nutrix animaduertit puerum. de D.

Vos mihi in tantis tenebris clariſſimum lumen prætuliſtis. pro Syl.

Sic *Lumina* pro oculis.

Natura duo lumina ab animo ad oculos perforata nos habere voluit. de N.

Democritus luminibus amiſſis, alba ſcilicet & atra diſcernere non poterat. Tuſc.

Ille cum nihil videret ſciens, quod nefas eſſet, lumina amiſit. pro Dom.

M.

M*Alum*: increpandi vocem in oratione hoc modo collocabant Latini.

Quæ nam (malum) eſt iſta voluntaria ſeruitus? in A.
Quæ (malum) eſt iſta ratio?
Quæ (malum) ſtultitia fuit? pro Q. R.
Quæ (malum) iſta amentia fuit? in Ver.
Quod te malum rationis in iſtam ſpem induxit? Off.

Manceps ſignificat eum qui aliquid conducit, aut redimit à populo.

Mancipes ciuitatis pro frumento pecunias exegerunt. in Ver.

Quid ageret cœpit cogitare, ſi opus pupillo redimeretur, ſi res abiret ab eo mancipe, quem ipſe appoſuiſſet, ſibi nullam prędam eſſe.

Mancipium, propriè rē ſignificat, quę poſſidetur, quā multi Dominium nunc vocant. Sic Rem mancipio dare, aut accipere, ſignificat alij ius poſſidendi cedere aut accipere: quod vulgus vocat Dominium tradere alii.

Sum enim Χρήσει μὲν tuus, κτήσει Attici noſtri: ergo fructus eſt tuus: mancipium illius. Ep.

Attici proprium te eſſe ſcribis mancipio & nexu, meum autem vſu & fructu.

Finge mancipio aliquem dediſſe id quod mancipio dare non poteſt, num idcirco id eius factum eſt qui accepit? aut num is qui mancipio dedit, ob ęam rem ſe vlla re obligauit. Topic.

Sic tibi nos ad id quod quaſi mancipio dare debuimus, ornamenta quędam voluimus non debita accedere, quaſi iure emptionis & venditionis.

Multæ ſunt domus iure mancipij & iure nexi. de A.

Cùm omnia tua iure mancipij ſint, ea poſſis ne retinere. pro Cæc.

Res quas eum dolo malo mancipio accepiſſe de Vario diceret. A. Item:

Lex mancipij. Quicquid in mancipio vitij fuerit, venditor ſi ſcierit, nec emptori dixerit, id præſtato.

Cùm Marius ędes Auratæ vendidiſſet, neque ſeruire quandam earum ædium partem ex mancipij lege dixiſſet, defendebam, quicquid fuiſſet incommodi

in man-

in mancipio, id ſi venditor ſciſſet, neque declaraſſet, præſtare oportere.

Ædes Sergio deſeruiebant, ſed hoc in mancipio Marius non dixerat. Off.

In ijs rebus repetendis quæ mancipij ſunt, is periculum iudicij præſtare debet, qui ſe nexu obligauit. pro Mur.

Arma quærenda putauimus, vt eſſet ſui iuris ac mancipij reſpubl. At.

Nexorum ac mancipiorum iura. de Or.

Mandare alicui magiſtratum, aut honores, pro, Concedere, non tam in vſu nunc eſt, quàm olim fuit. Mãdare magiſtratum alicui exiſtimabant. pro Mur.

Mihi magiſtratum populus Rom. mandauit. in Ver.

Populus mandandis magiſtratibus non inanis eſt dignitatis iudex. pro Planc.

Populus per religionem ſacerdotia mandare non poterat. contra Rul.

Auctoritatis tantum in me eſt, quantum vos honoribus mandandum eſſe voluiſtis. pro Pom.

Sic, *Mandare litteris, monumentis, hiſtorijs, verſibus, ſcriptis, animis, memoriæ*, dicuntur ea, quæ conſeruari volumus.

Litteris conſignamus, quę monumentis mandare volumus Acad.

Athenis primum monumentis & litteris oratio eſt cœpta mandari. de Cl.

Inſtituenti mihi ſermonem referre & mandare huic tertio libro, quem &c. de Or.

Hęc monumentis annalium mandantur. pro Se.

Simiæ Dodonæ improbitatem hiſtorijs Græcis mãdatam eſſe demiror. de D.

Mandare verſibus æternum laborum alicuius præconium. pro Arch.

Mandare ſcriptis actiones ſuas. Off.

Mandare factum alicuius immortalitati. pro D.

Socratis ſermones immortalitati ſcriptis ſuis Plato tradidit. de Or.

Percipite quæſo diligenter quæ dicam, & ea penitus animis veſtris, mentibúsque mandate. in Cat.

Quare

Digitized by Google

Quare mihi crede,& memoriȩ manda, &c. Ep.

Tenebris, vinculis, vetuſtati ad ſeruandum includere aut condere. Cęſar non dubitat P. Lentulum æternis tenebris, vinculiſque mandare. in C.

Mandare aliqua condita vetuſtati. de N.

Vitam ſuam fugæ ſolitudiniſque mandare. in C.

Mando, pro Relego. Dimittere aliquem ab ſe,& mandare in vltimas terras. pro Syl.

Is non modo ex numero viuorum exturbatur, ſed etiam ſi fieri poteſt, infra mortuos mandatur. pro Q.

Mano, quid propriè ſignificet,& quibus rebus tribuatur, exempla iſta facilè declarabunt.

Quæ natura fluunt atque manant. de N.

Herculis ſimulacrum multo ſudore manauit, de D.

Multáque à luna manant & fluunt, quibus animantes alantur, & augeſcant, & pubeſcant. de N.

Æternis cauſis naturę neceſſitate manantibus, verum eſt id, quod, &c. de Fat.

Manare & fundi per omnes partes. Tuſ.

Cùm ſerperet in vrbe infinitum malum, idque manaret indies latius. in A.

Homines qui terram incolunt, interruptos ita eſſe, vt nihil inter ipſos ab alijs ad alios manare poſſit. de Som.

Idque eorum nomen vſque ad Pythagoræ manauit (ætatem. Tuſ.

Aliquid ſine capite manare,& eius auctorem non extare. pro Planc.

Latius opinione diſſeminatum eſt hoc malum, manauit non ſolum per Italiam, ſed etiam tranſcendit Alpes, obſcurè ſerpens occupauit multas prouincias. in C.

Manaret ſermo in conſilio, pecuniæ quandam mentionem inter iudices eſſe verſatam. pro Clu.

Genera quatuor, ex quibus honeſtas officiúmque manaret. Off.

Omnis honeſtas manat à partibus quatuor.

Cum hoc triduo triſtis à Mutina fama manaret. in A.

Contagiones malorum, quę à Lacedęmonijs profectæ manarunt latius. Off.

Peccata

Peccata ex vitijs manant. Parad.

Maximè. Vſus huius vocis non omnibus eſt notus, prẹſertim cum Qui, aut Cum coniungatur: idem enim cum ſignificat quod, Vt magis non poteſt: quod elegantius veteres dixerunt per, Qui maximè, aut Cum maximè.

Domus celebratur vt cum maximè. Qu. Fr.

Tam ſum amicus Reip. quàm qui maximè. Ep.

Quod indoctiores ſic proferrent, Tam ſum amicus Reip. vt nullus maior eſſe poteſt.

Maximè quod, aut etiam, *ne quod*, pro Imprimis, vel prẹſertim, peruulgatum non eſt.

Ego conſilijs tuis vſus ſum, maximè quòd & grauitatem in congreſſu noſtro tenui, & ad vrbem, &c. At.

Atque ego me receſſum & ſolitudinē quærere, maximè quòd lictores haberem, laudabat conſilium. At.

Putaui aliquid ſcribendum eſſe, eò maximè quòd oſtendis te pendere animi. At.

Maximè quòd is locus id tēporis vacuus eſſet. de F.

Et eos maximè, qui te maximè debuerunt, & plurimum potuerunt iuuare. Ep.

Intuemini paulisper animis iuuentutem, & maximè eos qui, &c. pro Dom.

Quod ego cum audiſſem ex alijs, maximè ex meo fratre cognoui. Ep.

Cognoſcat etiam res geſtas, maximè ſcilicet noſtræ (ciuitatis. Or.

Medios vocârunt Latini, quos nunc vulgò Neutros, vt qui Neutri parti in bellis aut contentionibus gerendis ſunt addicti: vt,

Nam qui ſe medium eſſe vult, in patria manet: qui proficiſcitur, aliquid de alterutra parte iudicare videtur. Att.

Lex Solonis, quæ capite ſanxit, ſi quis in ſeditione non alterutrius partis fuiſſet.

Sic *Media*, quæ neutra genera bonorum, hoc eſt, neque bona nec mala.

In ipſis alia interiecta & media numerabat. At.

Neutra autem in medijs relinquebat. ibid.

In medijs ea momenta nulla eſſe cenſuit.

De medio, in medio, aut medium, è medio, & varij & reconditi alicuius ſenſus ſunt.

De medio tollere, remouere, recedere, ſignificant ex conſpectu hominum. (Her.

De medio tollere, id eſt, interficere. pro S. R. & ad

Recede de medio, per alium tranſigam. pro S. R.

Remouere aliquid de medio. in Ver.

Sumere de medio, pro ex ijs, quę omnibus nota erant.

Verba ſumpta de medio. Or.

Hæc non ſunt quæſita ex occulto aliquo genere litterarum, ſed ſumpta de medio, & rebus palàm per magiſtratus actis. pro Dom.

In medium venire, proferre, procedere, vocare, Flandricè, Int voortſchyn comen, voorts bringhen, Gallicè, *en auant*.

Primum veniat in medium Epicuri ratio. de F.

Venire in medium & procedere in medium. de In. in Ver.

Proferre in medium aliquid. in Ver. & de Fin. & Ep.

Vt quæ quis cogitarit, in medium proferat. Or.

Quæſtus forenſis in medium proferebatur. pro Cl.

Itaque Iudices incenſi ſuſpicione rem in medium vocare cœperunt. pro Clu.

In medio ponere, eſſe, relinquere, Idem valet, quod Omnium Iudicio, aut vſui, aut voluntatibus aliquid liberum & commune facere, aut eſſe.

Tabulę ſunt in medio. in Ver.

Quę in medio poſita ſunt) (obſcura.

Dicendi ratio in medio poſita. de Or.

Obſcœnas voluptates faciles, communes, in medio ſitas eſſe dicunt. Tuſ.

Proponere aliquid in medio. in V.

Neminem nominabo, tantum in medio relinquam, ſi quis &c. pro Cæl.

Rem in medio ponam. in Ver.

Ponam in medio ſententias philoſophorum. de N.

At hic quidem ipſe & ſępè ipſum nobis, & eos, qui ante ſe fuerant, in medio poſuit: vt cæteros & ſeipſum

pſum per ſe cognoſceremus. de In.

E medio tollere, ea quæ iacent erigere, extollere. Cum verba ſuſtulimus è medio. de Or.

Pellere è medio, idem quod De medio remouere. Hoc quidem deliberantium genus pellatur è medio. Off.

Memini. Iungebant veteres hoc verbum cum præſenti tempore infinitiui modi, eadem ratione qua cum præterito: vt,

Memini Pamphilum hoſpitem meum mihi narrare, ſe, &c. V.

Memini tibi librum afferri à Demetrio Magnete. A.

Dixi me non meminiſſe vllum tempus laudandi, aut locum dari, id eſt, datum eſſe. Ep.

Memoria. Propria vis huius nominis ſatis nota in vulgus: ſed cùm pro ætate & tempore vſurpatur, minus nunc vſitatum videtur: vt,

Omnia bella, quę memoria noſtra fuerunt. At.

Noſtra autem memoria Philo. pro Font. & Tuſ.

Perlongo interuallo propè memorię temporúmque noſtrorum. contra Rul.

Cn. Pompeius omnium ſeculorum omnis memoriæ facilè princeps. Poſt quam.

Quod ſacrificium nemo, niſi P. Clodius, omni memoria violauit, nemo vnquam adijt. de Ar.

Cratippus noſter princeps huius memoriæ philoſophorum. Off.

Multi etiam ſuperiori memoria. pro Cor.

Conſules non modo ex memoria, ſed etiam ex faſtis euellendi. pro Seſt.

Tanta multitudo, quanta mea memoria nunquam vllo in iudicio fuit. ibid.

Quod in hac Rep. non modò factum antè nunquam eſt, ſed in omni memoria eſt omnino inauditum. in Vat. (de In.

Res ab noſtra memoria propter vetuſtatem remotæ.

Quia memoria ſic eſſet proditũ, quem pater, &c. Or.

Quid quòd vſu patrum memoria venit. Ibid.

Memoria, pro ſcriptis, hoc eſt, monumentis, quibus res geſtę aut factæ cõprehenduntur & conſeruãtur.

Iſtum doctum virũ fuiſſe memoriæ traditum eſt. Par.
Nam hoc memoriæ traditum eſt. pro Mur.
Prodere ſermonem alicuius memoriæ. de Or.
Monumẽtum quod poſitum eſt, vt eſſet indicium oppreſſi ſenatus ad memoriam ſempiternam turpitudinis. pro Dom.
Ampliſſimis monumentis conſecrare memoriam nominis ſui. Qu. Fr.
Sed loquor de ijs, quos videmus, aut de quibus memoriam accepimus. Am.
Merces. Vulgò ignotum eſt, notari hoc nomine penſiones, quę de fundis & prædijs dantur, quos Reditus annuos inſcite plerique appellant.
Vt ſumptus huius peregrinationis accommodet ad mercedes Argileti & Auentini. At.
Velim quæras ab Erote, vbi mercedes inſularum. At.
Mercedes dotalium prædiorum.
Vides igitur, ſi amicitiam emolumento metiare, ſummas familiaritates prædiorum pretioſorum mercede ſuperari. de Fin. Sic *Mercedula*.
Vt conſtituere mercedulas prędiorum. At.
Mereo. Propria vis & nota huius verbi cognita illis non eſt, qui vtuntur Lucrari pro Mereri: vt, Operarius lucratur tres batzios in diem, ſic enim loquuntur, cum ſignificare volunt, ea mercede eum operã dare alijs. Hoc Latini per Merere protulerunt: vt,
Nam illa membra merere per ſe non amplius poſſunt duodecim æris. pro Qu. Roſ.
Roſcius H. S. CCC. LIII merere & potuit & debuit. Qu. Roſ.
Quid enim mereas, vt Epicurus eſſe deſinas? de N.
Quid enim mereri velis iam cùm magiſtratum inieris, &c. quid merearis igitur, vt te dicas. de Fin.
Hinc *Merere, mereri, ſtipendia, equo*, pro Militare alicui.
Muræna adoleſcens patre ſuo imperatore meruit. pro Mur.
F. Seruilius, quo tu imperatore Labiene meruiſti. pro Rab.
Clamabat ſe meruiſſe cum L. Precio. in Ver.
Meruiſſe

Meruiſſe ſtipendia bello. pro Mur.
Aſellus merens ſtipendia. de Or.
Mereri ſtipendia. pro Cęl.
Benè aut malè merere, aut mereri de aliquo, vſu ſatis trita.

• *Metior* quid ſignificet planum eſt: monendi indoctiores hic ſunt, ne Menſurare, quod barbarum eſt, dicere aſſueſcant: neque item Menſurator, pro quo Cicer. Metator, & Decempedator: ſed Metator potius eorum erat, qui caſtris locum & ſpacium deſignabant; poſteriora verò duo Latinè notant, quæ imperiti inſcitè efferunt per Menſuratorem: vt,

Saxa peritus metator, vrbem iam decempeda ſua diuiſerat. in Acad.
Qui cum architectis & decempedis villas multorum hortóſque peragrauit. pro Mil.
Solis magnitudinem quaſi decempeda metiri. Ac.
L. Antonius æquiſſimus agri publici & priuati decempedator. in A.

• *Mico*. Cicero hoc verbum quoque venis & arterijs attribuit, quarum motum alij potius per pulſare expreſſerunt: vt,

Iam venæ & arteriæ micare non deſinunt. de N.

Mihi. Latini ſæpè non ſignificationis, ſed orationis implendæ cauſa vtuntur, idque eleganter: quod & noſtra lingua ſępè quoque imitamur.

Tu mihi cum in circulo decipiare aduerſarij ſtipulatiuncula, ego tibi vllam cauſam maiorem committendam putem? de Or.
Tu mihi cùm in prouincia tam malè te geſſeris, hic tibi perfugium ſperes futurum? in Ver.
Hinc mihi afferunt mediocritates. Tuſ.
Sit enim tinctus mihi litteris, &c. de Or.
Is mihi etiam gloriabitur, ſe omnes magiſtratus ſine repulſa aſſecutum. in P.
Is mihi etiam quæritur. in V.
Tu mihi ita defendas? in V.
Quas tú mihi interceſſiones inquis? in Ac.

Tu mihi id arripis? quod. pro Mur.
Tongillum mihi eduxit, quem &c. in C.
Quid mihi damnatos ambitus colligitis? pro Cl.
Nouem tibi orbibus connexa ſunt omnia. de So.
Id monſtrum ſibi ipſum eſt. de Ar.
Mille ſubſtantiuum, ſingulari numero non tam vſitatum eſt, quàm plurali: Cicero tamen vtroque numero eodem modo eſt vſus.
Septa cingemus excelſa porticu, vt mille paſſuum conficiatur. At.
Quo in fundo facile mille hominum verſaretur. pro (Mil.
Qui mille modiûm dediſſet H. S. VIII. millia dare coactus eſt. in Ver.
Scutorum in ludo M. fuerunt. At.
Mille talentum acceſſionem factam eſſe. pro R. P.
Imagines mille verborum? ad Her.
Hic numerus eſt hominum mille XXX. At.
Quis vnquam in illo Iano inuentus eſt, qui L. Antonio mille nummûm ferret expenſum? in A.
Minus. Quemadmodum Plus & amplius varijs caſibus iunguntur, ita quoque Minus: ſed vulgare nunc non eſt, cùm nominatiuus conſequitur: vt,
Iuſſit, vt quæ ſtatuæ C. Verris ipſius & patris & filij eſſent, eas quæſtores demoliendas locarent: dúmque ea demolitio fieret, ſenatores triginta non minus adeſſent. in Ver.
Sic alio modo M*inus* pro Pauciores.
Cùm ſi vno minus damnaret, condemnari reus non poſſet. pro Cæcin.
Miſcere, & dare bibere dixerunt veteres, quod nunc à multis per Infundere, Dare potum, Propinare etiã, ab ignaris ſignificationis eius verbi exprimitur.
Qui alteri miſceat mulſum, ipſe non ſitiens. de Fin.
Poſt deinde quod iuſſi ei dare bibere. Teret. in And.
Bis in die id faciet, meridie bibere dato. C. de Re ruſt.
Miſeratio, pro Miſericordia & Commiſeratione pauci quotidiano ſermone vſurpant.
Miſeratione mens iudicum permouenda eſt. Or.
Tua illa pulchra laudatio, tua miſeratio, tua cohortatio.

tio. in A.

Odia incitantur, & miſeratio naſcitur. Part.

Non fuit hæc ſine meis lacrymis, non ſine dolore magno miſeratio. de Or.

Miſerationibus & communibus locis vti. de Cla.

Quem enim noſtrum moriens Epaminondas non cũ quadam miſeratione delectat? Ep.

Miſeror, aris, Commiſeror)(Inuideo.

Non queo ſatis huius euentum fortunamque miſerari. pro Mur.

Quare quid inuidendum Murænæ ſit in hoc prçclaro Conſulatu, non video: quæ miſeranda ſunt, vos perſpicere poteſtis. pro Mur.

Mitto. Sæpe Cicero hoc verbo vſus eſt eodem modo quo Omitto, cum ea ſignificat, quæ commemorare noluit. Quod cum rarius nunc à pleriſque fiat, adiungendum alijs, quæ negliguntur vulgò.

Mitto prælia, prætereo. pro Mur.

Mitto de amiſſa maxima parte exercitus. in P.

Mitto illam fugam, & c. cætera per occupationem. At.

Mittere ſanguinem, dixerunt Romani quod multi inſcitè Græco more nunc proferunt per phlebotomare, qui verò paulo melius loqui volunt, Secare venam dicunt: quod verbo Incidere Cicero protulit.

Appius ἐξ ἀφαιρέσεως prouinciam curarit, ſanguinem miſerit, quicquid potuit detraxerit, mihi tradiderit enectam, & προσανατρεφομένην. At.

Vocem mittere, iacere, ac *Mittere ridicula,* pro Dicere: non tam nobis vſitatum, quàm olim Romanis fuit.

Vocem pro repub. nemo miſit. pro Seſt.

Vox de quæſtura nulla miſſa eſt. pro Flac.

Iacere ac mittere ridicula. Or.

Miſſum facere, aut *eſſe aliquem,* ſignificat eum qui aut in noſtra poteſtate, aut nobiſcum eſt, à nobis dimittere. (Piceno venerunt, miſſum facias. At.

Æquum eſt me à te impetrare, vt cohortes, quę ex

Iurauitque ſe illum interfecturum, niſi ſibi iuſiurandum dediſſet, ſe patrem miſſum eſſe facturum. Off.

Eáſque legiones bello confecto miſſas fieri placet. in At.
Quibus de cauſis miſſi fieri debeant. Ep.
Duo præfecti fabrûm Pompeij, qui in meam poteſtatem venerunt, & à me miſſi ſunt. At.
Et eum ſtatim miſſum feci. ibidem.
Qui cum iudicatum non faceret, addictus Hermippo, & ab hoc ductus eſt, poſtea miſſus. pro Flac.
Dicebat quiſque quos miſſos ſciret eſſe. in V.
Remotis ſiue omninò miſſis lictoribus. At.
Miſſum facere rem aliquam, idem valet quòd Omittere, Prætermittere, Dimittere.
Sed hęc miſſa faciam, quę iam facta ſunt. pro S. R.
Qui voluptatibus ducuntur, miſſos faciant honores. pro Seſt.
Hos agros miſſos facio. in Ver.
Miſſos faciant patronos, ipſi prodeant. Or.
Moderor, accuſatiuo iunxerunt veteres æquè ac datiuo. Quod cùm rarius nunc accuſandi caſui attribuunt, auctoritate Ciceronis ſtudioſi ad verum vſum adducantur.
Cauſę quibus ratio moderatur. Tuſ.
Oratio ſine vinculis ſibi ipſa moderatur. de Or.
Lucro moderatus eſt in teſtimonio dicendo religioni ſuæ. pro Flac.
Auditorum aures moderantur oratori prudenti. Par.
Sentio, iudices, moderandum mihi eſſe iam orationi meæ, fugiendúmque veſtram ſatietatem. in V.
Moderari verò animo & orationi, cùm ſis iratus, non mediocris ingenij eſt. Q. Fr.
Te hortor, vt omnia gubernes, ac moderère prudentia tua. Ep.
Moderari nauim ex ſcapha. de In.
Sententiam aliquam tanquam nauigium aliquod ex Reip. tempeſtate moderari. pro Cor.
Moderari verba. pro Flac.
Tibicines, ijque qui fidibus vtuntur, ſuo, non multitudinis arbitrio cantus numeróſque moderantur. Tuſc.

Tem-

Tēpus dicendi prudentia & grauitate moderabimur.
Moderari regionem. de Nat. (de Or.

• *Modicum*, & modicè, non ſignificant ſolum Paucum & Parum: ſed etiam, quod multi neſciunt, Mediocre & Mediocriter, Moderatè: quod exempla ipſius Ciceronis planius declarabunt.

Hæc ipſa nimia in quibuſdam futura non fuerant, niſi quędam eſſent modica natura. de Fin.

Quę in patribus aguntur, modica ſunto, id eſt, modeſta atque ſedata. de Leg.

Si modò temperatis eſcis modicíſque potationibus eſt affectus. de D.

Sed tamen modici fuimus in apotheoſi. At.

Vtendum eſt exercitationibus modicis. de Se.

Genus dicendi ſubtile, modicum, vehemens. Or.

Actio iactatione corporis modica. Or.

Item *modica interualla*. A principio enim coniurationis vſque ad reditum noſtrum, videtur mihi modicum quoddam corpus confici poſſe. E.

Modicè. Nos agemus omnia modicè. Ep. (Syl.

Quāquam à me de ea timidè modicèque dicetur. pro

Modicè & ſcienter vti aliqua re. de Or.

Modicè ferre aliquod malum. de Fin.

Sed quoniam is fortaſſe arbitraretur, me hanc Remp. non putare, ſi perpetuò facerem: modicè hoc faciam, aut etiam intra modum.

Modo, cùm varietatem & inconſtantiam notet, vulgare minimè eſt, præſertim cum non iteretur.

O Academiam volaticā, modò huc, modò illuc. Att.

Modò hoc, modò illud audire. ad At.

Carneades modò ait hoc, modò illud. de D.

Modò hoc, modò illo modo affici.

Modò vnum, tum autem plures. N.

Modò mundum, tum mentem putat.

Modò egens, repentè diues. in A.

Modus. Latini hoc nomine ſignificabant, quod Barbari muſici Tactum, aut menſuram in cantu vocant, præterea ipſum cantum, & canendi concentum ipſum.

Non ſunt in oratione tanquam tibicini percuſſionum modi, ſed vniuerſa comprehenſio. Or.
Carmen & rebus, & verbis, & modis lugubre. Tuſc.
Vt in muſicis numeri, & voces, & modi. de Or.
Surdus varietates vocum, aut modos noſcere non poteſt. de D.
Antiquus vocum modus, & varij canẽdi ſoni. de Le.
Oculos, ceruicéſque pariter cum modorum flexionibus torquent. Ibidem.
Preſſi & flebiles modi. Tuſ.
Momentum, varia hoc nomen ſignificat, ſed in nullo ferè ſenſu notum eſt in vulgus: quòd vt è tenebris reuocetur, varias notas explicabimus, vſúmque eius oſtendemus: & imprimis idem valet, quod Punctum.
Omnia momenta obſeruabimus, neque vllum prętermittemus tempus tui iuuandi. Ep.
Nec vllo minimò mométo plus ei vitæ tribuo, quàm Stoici. de Fin. (fiunt.in A.
Minimis momentis maximę inclinationes temporum
Paruis enim momentis multa natura aut affingit, aut mutat, aut detrahit. de D.
Omnia ex alia parte collocata vix minimi momenti inſtar obtinent. Off.
Sæpè etiam notat hoc nomen pondus aut vim, & vt Barbari dicunt, valorem qui eſt in rebus: vt, Id eſt maximi momenti & ponderis. in Vat.
Ad vnamquámque rem exiſtimandam, momentóque ſuo ponderandam. pro Fon.
Cato diligentiſſimè perpendens momenta officiorum omnium. pro Mur.
Quæſtura vtriuſque propemodum pari momento ſortis fuit. (Acad.
Paria in contrarijs partibus rationum momenta.
Non ſemper ex iiſdem argumentorũ momenta ſunt.
Hoc nihil habet momenti. de Fin. (Or.
Ita ſunt in pleriſque contrariarum rationum paria momenta. Acad. (menti gratia. pro Mur.
Petunt aliquid publicani: caue quicquam habeat mo-
Hæc

Hæc res nullum habet momentum ad beatam vitam. de Fin. (piſcendum. ibidem.
Ne minimi quidem momenti ad ſummum bonũ adi-
Qui ad appetitionem rerum eſſe in his momenta diceret. Ibidem. (Fin.
In his momenta ſunt maxima ad beate viuendum. de
Hoc plus aut ad beatam, aut ad miſeram vitam affert momenti, quàm eorum vtrumuis. de Fin.
In repub. permagni momenti eſt ratio atque inclinatio temporum. in V. (N.
Aſtra forma ipſa figuráque ſua momenta ſuſtinent. de
Occaſionem aut mutationem quoque ſignificat: vt,
Non enim ignoras quanta momenta ſint in Rep. temporum. Brut.
An ignoratis cætera vectigalia perleui ſępe momento fortunę inclinatione temporis pendere? cont. Rul.
Mordicus auferre auriculam alicuius. Hunc, & ſimiles loquendi modos Barbari, qui dicunt Demordere, ignorant: Cic. verò & alij auctores non Demordere, ſed hoc modo ſunt locuti.
In vrbem introiſſet, ad inimicitias res veniſſet, cum Aſernino Samnite Pacidianus comparatus videretur: auriculam fortaſſe mordicus abſtuliſſet. Q. F.
Morari aliquid aliquem, aut aliquam rem, tritum non eſt: nam Impedio pro Moror vulgus vtitur.
Si quid eum vel impediet, vel remorabitur. E.
Multa eum in Aſia dicuntur morari. At.
Si me nauigatio non morabitur. Ep.
Tamen legatorum nomen belli celeritatem morabitur. in A. (Ep.
Curtius cogitat dibaphum, ſed eum infector moratur.
Libri ad Varronem morabantur. At. (Ep.
Si modò meo caſu Reipu. periculum morari poſſum.
Moueo. Propria vis verbi nota eſt, ſed quędam formæ loquendi minus ſunt vſitatæ omnibus, vt Loco, tribu, ſenatu, poſſeſſionibus, Mouere ſe loco, aut ex aliquo loco.
Vrgere illi, vt loco nos mouerent. Q. Fr.
Mouere aliquem ſenatu, pro Cl.

Poſtquam ille Canuſio mouerat. At.
Sed moueri poſſeſſionibus, amiciſſimis ſedibus ac dijs penatibus negant oportere. contra Rul.
Vt veros hæredes moueat, in eorum locum ipſe ſuccedat. Off.
Ne te moueas iſtinc tam infirma valetudine. E.
Ego me de Cumano moui ante diem. At.
Mouere caſtra ex aliquo loco, & vaſa colligere. in V.
Multo. Cum comparatiuo iunctum vulgare eſt, ſed cum Superlatiuo non item. quis enim de vulgo ſic loquitur?
Quanquam mihi ſemper frequens conſpectus veſter multò iucundiſſimus eſt viſus. pro Pom.
Magna verò, ac multò maxima pars eorum, qui in tabernis ſunt. in Catil.
Magna, ac multo maxima parte, non modò vtilitatis, ſed & dignitatis atque imperij caruit. pro Pom.
Nam cùm omnis arrogantia odioſa eſt, tum illa ingenij atque eloquentiæ multo moleſtiſſima. in Ver.
Qui agri Acunenſis multò maximam partem poſſident. ibidem.
In ciuitate totius Siciliæ multò maxima. Ibid.
Quæ pars ſine dubio multę maxima eſt. de Or.
Multus,a,um: ſignificatur nonnunquam quędam hoc verbo à Latinis, quę à noſtris prorſus negliguntur, vt, Multum eſſe in aliqua re, pro eo quod vulgò dicitur, Nimis prolixum eſſe aliquem.
Accius in orationibus multus & ineptus ad multam impudentiam. de Leg.
Antipatrúmque, qui multus in eo fuiſſet, reprehendebant. Acad.
Qui in aliquo genere aut inconcinnus, aut multus eſt, is ineptus dicitur. de Or.
Nolo hac in re multus videri. de N.
Theophraſtus eſt multus in laudanda magnificentia. Off.
Ne in re nota & peruulgata multus & inſolẽs ſim. de (Or.
Sic *Multum eſſe aliquid*, aut *Multi exiſtimari*, pro, Magni ęſtimari, quoque apud Cic. vt,
Nomen

Nomen noſtrum multum eſt in his locis. Ep.
Nulli, dum operam ſuam multi exiſtimari volūt, volitant. de Or. (ſero, valde veſperi.
Multa nocte fieri aliquid, pro eo quod dicimus, Valde
Multa nocte veni ad Pom. Qu. Fr.
• *Munire viam ad aliquid, aut in aliquem locum*, pro Facere, & Tutam reddere, peruulgatum non eſt.
Munire ſibi tantam viam ad retinendas opes. At.
Qui primum tibi muniſti ad te audiendum viam. de
Munire ſibi viam in cœlum. Tuſ. Sic: (Or.
Munito. Nunc quam viam muniter, quod iter affectet videtis. pro S. R.
Mutari ciuitate aliquem, pro alterius ciuitatis ciuem fieri, & commutare ciuium ius, vulgare genus loquendi minimè eſt, ſic tamen Cicero eſt locutus.
O iura præclara, atq; diuinitus iam inde à principio Romani nominis à maioribus noſtris comparata, ne quis noſtrum plus quàm vnius ciuitatis eſſe poſſit (diſſimilitudo enim ciuitatum varietatem iuris habeat neceſſe eſt) ne quis inuitus ciuitate mutetur, neue in ciuitate maneat inuitus. pro Cor.
Vt & ciuitate illum mutatū eſſe fateretur, & iuris ciuitatis honore digniſſimum iudicaret. pro Cor.
Mutare ciuitatem aliquam. ibid.
• *Mutuor*, quoniam vulgus ignorat vim huius verbi, ea pro eo, quotidiano ſermone vſurpat, quæ apud optimos Latinæ linguę auctores nuſquam extent, vt accipere mutuum aut mutuo: quod Cic. Sumere mutuum, dixit, non accipere. Nunquam verò neque mutuo dare, neque ſumere, neque accipere, vt recentiores: ſed mutuum: vt, Frumentum mutuum dare, Sumere pecuniam mutuam: non mutuo dare, aut ſumere aliquid.
Cùm abundare debeam, cogor mutuari. Att.
Tu quicquam ab alio mutuaris? Qu. Fr.
Age, à Cælio mutuabimur. At.
Mutuemur hoc quoque verbum. de N.
Quæ ſunt oratori cum illis communia, non mutuor ab illis. de Orat.

A viris virtus nomen eſt mutuata. Tuſ.

- *Mutuus, a, um.* Ille mihi H. S. quatuordecim non reddit, quę dedit eius filio mutua. At.

Dare pecuniam mutuam alicui.

Dare frumentum mutuum alicui. contra Rul.

- Sumere pecunias mutuas. in V. ad At. & Bru.

N.

N*Arre*, pro confirmo & dico peruulgatũ non eſt. Narro tibi, Quintus exultat lętitia. At.

Narro tibi planè, relegatus mihi videor, poſteaquam in Formiano ſum, &c.

Narro tibi, loca venuſta ſunt.

Narra mihi, reges Armenij patritios ſalutare non ſolent? At.

- *Natu.* Obſeruandum eſt, in vſu huius vocis, non ſolũ dici, Minor aut minimus, aut Maior, maximus natu: ſed Grandis natu quoque pro Sene: vt,

Grandes natu matres. in V.

Grandis natu parens.

Non admodum grandis natu, ſed tamen ætate prouectior. de Sen.

- *Nauo.* Omnino hoc verbũ nunc ab indoctioribus negligitur: & quę ſit eius vis ignoratur, ſignificat enim id, quod vulgari more nunc dicitur, Opere ipſo & effectu aliquem iuuare, aut aliquo magno conatu aliquid præſtare, aut operam dare alicui.

Vtinam aliquod in hac miſeria Reip. πολιτικὸν opus efficere & nauare mihi liceat. At.

Nemo eſt tã afflictus, qui ſi nihil aliud ſtudeat, niſi id quod agit, non poſſit nauare aliquid & efficere. Ep.

Equidem iam mihi videor nauaſſe operam, quòd huc venerim. de Or.

Tibi omnes nauare operam & ſtudium volunt. At.

Qui etiamſi ſuffragandi ſtudia non nauant, tamen afferũt petitori aliquid. Qu. de Pet. (At.

Quàm vellem Bruto ſtudium tuum nauare potuiſſes.

At petitionis quidem tuæ ratio mihi ſemper explorata, ſed tamen operam nauare volebam. Ep.

Etſi minus in curia atque in foro, at in litteris & libris, vt doctiſſimi veteres fecerunt, nauare Reip. & de moribus ac legibus ſcribere. Ep.

Sed ſi me audiant, nauent aliam operam, aliam ineāt gratiam. pro Cæl. (D.

Nauare operam alicui, atque ei ſeſe venditare. pro Nauare operam Reip.

Qui nauarat miles operam imperatori. de Cla.

Ne, varij vſus eſt, de quo copioſè & planè in lib. de Particulis. Sed genus hoc loquendi, Ne plura, Ne multis, Ne longum faciam, non ita vſitatum eſt noſtris hominibus, vt olim fuit Romanis, qui potius omiſſo verbo, dicebant, Ne multis, Ne plura, quam Ne plura dicam, Ne multis agam.

Ne multa, perquiritur à coactoribus, inuenitur ea ferrula, &c. pro Clu.

Si peccat, magis ineptijs, quàm improbitate peccat, ſed ne plura. Ep.

Ne multa, nihil me in illo itinere præter conſcientiam meam delectauit. Att.

Et ne longum ſit, omnium vicinorum ſummam eſſe in hunc beneuolentiam confirmamus. pro Clu.

Sic *Ne dicam* dicebant Latini, cum id maximè efferebant, quod his verbis, tacere velle ſimulabant: vt, Doleo te in tam leues: ne dicam, in tam ineptas ſententias incidiſſe. de N.

Plerique peruersè, ne dicam impudenter, volunt. A.

Gallia Bruti nutum ipſum, ne dicam imperium, ſequitur. in A.

Abfui ſimul cum repub. ne dicam maxima cum dignitate. pro Dom.

Nedum: non modo, quo minus.

Epiſtolæ noſtræ tantum habent myſteriorum, vt eas ne librarijs quidem ferè committamus, nedum cuilibet. At.

Tamen in ſcelere religio non valeret, nedum valeat id quod, &c. pro Dom.

Homo priuatus vix facilè ſeſe continet, &c. nedum iſti non conquiſituri ſint aliquid ſceleris, cont. Rul.

Item

Item, imo verò etiam hoc magis : vt, Me verò nihil iſtorum ne iuuenem quidem mouit vnquam, nedum ſenem. Ep.
Vix in ipſis tectis frigus vitatur, nedum in mari & via ſit facile abeſſe ab iniuria temporis. E.
Ei non permitterem, vt illud faceret, &c. de In.
Optimis temporibus non potuerunt, &c. nedum his temporibus. pro Clu. (citur.
Necto, ctis, de ijs quæ copulantur, & coniunguntur di-
Videtis ne, quanta ſeries rerum ſit, atque vt ex alio alia nectantur? de Leg.
Quid non ſic ex alio nectitur, vt non ſi vnam litteram moueris, labent omnia? Aca. de Fin.
Cum cauſa cauſæ rem ex ſe gignit. de D.
Ex hoc genere cauſarum factum à Stoicis nectitur. Top. (crebuit.
Nefas eſſe, habere aliquid, pro non licere, non ſatis in-
Tibi licet, mihi nefas eſt obliuiſci? Ep.
Illi verò dicebant, id ſibi nefas eſſe. in V.
Mercurius, quem Ægyptij nefas habent nominare. de N. (tra publicanum. pro Flac.
Cælius putabat nefas eſſe publicanum iudicare con-
Si ſceleratos interfici nefas eſſet. pro Mil.
Idque ab ijs nefas eſt decretum. At.
Nefas dictu eſt miſeram fuiſſe talem ſenectutem. de
Nefas eſt, legi non obtemperare. de In. (Sen.
Is cui nihil vnquam nefas fuit, nec in facinore, nec in libidine. pro Mil.
Negantia & aientia, Cic. appellat, quæ recentiores Dialectici affirmatiua & negatiua : vt,
Deinde addunt coniunctionum negantiam, ſic, Non ſi hoc eſt, & illud : hoc autem non, igitur illud. Top.
Nemo homo, non nemo, vnus nemo, dixerunt Latini, quod noſtri homines ignorare videntur, cùm nunquam ſic loquantur.
Per biduum nemo hominem homo cognouit. de D.
Non nemo etiam in illo ſacrario Reip. in ipſa nunquam Curia non nemo hoſtis fuit. pro Mur.

Cùm eſſet, non nemo in ſenatu, qui diceret, non oportere. pro Pomp.
Vt non nemo putaret. pro Cor.
Nam quod fortaſſe nō nemo veſtrum audierit, iſtum à Syracuſanis publicè laudari. in Ver. (Her.
Vnus omnes partes artis conſequi nemo potuerit. ad
Nepos, Latinè non cognatum aut conſanguineum ſignificat, quemadmodum vulgus putat: ſed ſolum eum qui ex filio, aut filia natus eſt.
Metellum multi filij, filiæ, nepotes, neptes in rogum impoſuerunt. Tuſ. (Deiot.
Qui nepos auum in diſcrimen capitis adduxerit. pro
Ex filia nepos. de Cla.
Sumitur tamen & pro diſſoluto & perdito, vt aliquot in locis apud Ciceronem videre eſt.
Non ſum neſcius, modus loquendi Latinis fuit, qui nunc tritus parum eſt. (De.
Iratum te regi Deiotaro fuiſſe, non erant neſcij. pro
Non ſum neſcius, Craſſe, iſta inter Græcos dici ſole-
Non ſum ignarus, quibus rebus. (re. de Or.
Neque tamen hæc cùm ſcribebā, eram neſcius quantum oneribus premerere. Ep.
Non eram neſcius Brute. de Fin.
Non ſum neſcius; quantum, &c. ad Her.
Heus tu, ne fortè ſis neſcius, Dolabella me ſibi legauit ad IV. Non. April. Att.
Nihildum, pro Nondum, aut nihil tum, Latina conſuetudine vſurpatum olim, nunc verò ab vſu prorſus intermiſſum.
Brunduſio nihildum erat allatum. At.
A te nihildum certi exquiro. At.
Eum nihildum ſuſpicantem ad me vocaui. in C.
Summatim adhuc ad te, nihildum enim ab Albo. At.
Nomen, quid propriè ſit, notum eſt ſatis: ſed ſignificabant quoque Latini hac voce id, cuius cauſa alicui pecuniam credebant, aut cauſas, ob quas, & perſonas quibus dediſſent, nominibus notabant: quos Articulos vulgò vocant, appellant enim Articulum, quo in expēſarum libro tanquam in capite
aliquo

aliquo certo creditæ pecuniæ continentur.

Homo ſtultiſſime & amentiſſime,tabulas cum conficeres, & cum extraordinaria pecunia crimen ſubterfugere velles, ſatis te elapſurũ omni ſuſpicione arbitrabare, ſi quibus pecuniam credebas, ijs expenſum non ferres; neque in tuas tabulas vllũm nomen referres,cum tot tibi nominibus acceptum Curtij referrent? quid proderat tibi te expenſum illis non tuliſſe? in Ver.

Cum æris alieni aliquantum eſſet relictũ, quibus nominibus Romæ curari oporteret.pro Q.

Moritur C.Quintius,qui tibi, vt ais, certis nominibus grandem pecuniam debuit.

Nam aut bono nomine centeſimis contentus erat, aut non bono quaternos ſperabat.

Non refert parua nomina in codicem, imò omnes ſummas. pro Qu. R.

Leue hoc nomen H. S. CCCLIII. ſunt.ibid.

Ego ſum hoc aſſecutus, vt bonum nomen exiſtimer.

Nomen erat ſeſtertij XXX. (Ep.

Et ſi nomina iam facta ſunt, vel induci, vel mutari poſſunt. At.

Caninius nomina facit,negotium conficit. Off.

Vtrum igitur me conturbare oportet, an cæteris,cum cuiuſque dies venerit,hoc nomen,quod vrget,nunc cum petitur, diſſoluere? pro Plan.

In nominibus eſſe, & in tabulis deberi. Top.

Pecuniam alicui eſſe in nominibus, & numeratam non habere. in V.

Exigere nomina ſua. in V.

Nominatim, idem quod ſingulariter, cui Generatim opponitur: vt, (formata. At.

Non nominatim, ſed generatim proſcriptio eſt in-

Nubo. Sunt quędam loquendi formæ huius verbi neque noſtris notæ, neque à vulgo Grammaticorum notatæ: nam non ſolum dixerunt Nubere alicui, ſed cum aliquo, & in domum alicuius.

Parthorum filius, quo cum eſſet nupta regis Armeniorum ſoror. Ep.

Viri, cum quibus nuptæ erant. in V.
Cum mulier fuiſſet nupta cum eo, cui connubij ius non eſſet. Top.
Cui cum ex ampliſſimo genere in ampliſſimam familiam nupſiſſes. pro Cœl.
Mulier in familię luctum, atque in priuignorum funus nupſit. pro Cl.
Numero, pro Soluo, & vt vulgus loquitur, Satisfacio pecuniā quam debeo, veteres vſurparunt: nos Dare pecuniam magis, quam numerare, triuimus.
Numerare ſtipendium militibus. in P.
Exponere & numerare pecuniam alicui. Att.
Nam numeratum ſi cuperem, non erat.
Si prætor dedit, à quæſtore numerauit. pro Flac.
Poſtridie rogarunt eum, cui numerare iuberet. Tuſ.
Atticus pecuniam numerauit de ſuo. At.
Numerus, Æſtimationem aut locum ſepe Latini hoc nomine ſignificarūt: vt, Eſſe in numero aliquo, Venire in numerū: quibus modis noſtri rarò vtūtur.
Quos aliquo video in numero oratorum eſſe. de Cla.
Eſſe in aliquo numero. Or.
Eſſe aliquo nnmero. Ep.
Eſſe in nullo numero. Or. Qui nullo in numero oratorum fuit. de Clar.
Cum is tibi parentis numero fuiſſet. in V.
Eo numero & loco. in V.
Quidam in oratorum numerū venire poſſunt. de Or.
Is in aliquem patronorum numerum peruenerat. de Cla.
Is aliquem numerum obtinebat. de Cla.
Errantes ſtellę numerum deorum obtinent. de N.
Magnus numerus frumenti, vini, peruulgata non ſunt.
Magnus numerus frumenti. pro Planc.
Mellis vis maxima. in V.
Tantus frumenti pecuniæque numerus. in V.
Maximus vini numerus fuit. in A.
Numerus, Menſuram, qua metimur, aut modos in cantu, aut voces in oratione, Latini hoc nomine notarunt; Barbari in cantu Tactum, & concordantiam & conuenientiam vocant.

Quic-

Quicquid ſub aurium menſuram aliquam cadit, etiam ſi abeſt à verſu, numerus, qui Græcè ῥυθμὸς, dicitur. Or.

Vt in muſicis numeri & voces & modi. de Or.

Numerus in cantu. de Leg.

Vt in fidibus, ſi nullæ earum ita contentæ numeris ſint, vt concentum ſeruare poſſint; omnes æquè incontentæ ſunt. de Fin.

Explere numeros & conficere verſus, eius eſt qui fidibus vtitur. Acad.

Aures hominum vocem natura modulātur ipſa: quod fieri non poteſt, niſi ineſt numerus in voce: numerus autem in continuatione nullus eſt, diſtinctio & ęqualium & ſæpe variorum interuallorum percuſſio numerum conficit. de Or.

Numerum in cadentibus guttis, quòd interuallis diſtinguuntur, notare poſſumus. ibid.

Iſocrates verbis ſolutis numeros primus adiūxit. Or.

Modus & numerus in pede. Or.

Hiſtrio aſtrictus certa quadam numerorum moderatione & pedum.

Nuncius. Si ab optimis Latinæ linguæ auctoribus loqui diſcere velis, quod recentiores quidam, & omnes illiterati Nuncium neutro genere vocant, hoc eſt, rem quę nunciatur, id tu maſculino genere proferes: nam ſic non Cicero ſolùm, ſed & ante eum, & ſua ætate omnes ſunt locuti: vt,

De Qu. Fratre nuncij nobis triſtes, nec varij venerant. At.

Cum graues de Parthis nuncij venirent, perrexit in Ciliciam. At.

Nolite per deos immortales hunc illi acerbum nuncium velle differri vt audiat, &c. pro Cor.

Quidam boni nuncij, non optimis tamen auctoribus. At.

Quidam boni nuncij me Theſſalonicæ tenebant.

Triſtes de Bruto nuncij afferebantur. ad Brut.

At ex hoc vectigali nunquam malus nuncius auditus eſt. contra Rul.

Item obſeruandum eſt, Nuncios eos non eſſe vocandos,

dos, quorum munus eſt litteras ferre, ſed Tabella-
rios, Nuncij mandata tantum perferebant.

Philotimus non modo nullus venit, ſed ne per litte-
ras quidem, aut per nuncium certiorem facit me
quid egerit. At.

Domeſticarum rerum tuarum habes & ſcriptores
& nuncios. Ep. Item:

Cæſarem quidem improbiſſimis litteris ac fallacibus
interpretibus nuncijſque corruperunt.

Optatiſſimi nuncij & litteræ venerunt. in A.

Etſi non dubitabam, quin hanc epiſtolam multi nun-
cij, fama denique ipſa eſſet ſua celeritate ſuperatu-
ra: tamen exiſtimaui. &c. Qu. Fr.

A Cęſare, hoc ipſo C. Panſa mihi nuncium perferen-
te, conceſſos faſces laureatos tenui. pro Liga.

Is qui vna die, vno nuncio, atque vna litterarum ſi-
gnificatione ciues Romanos necandos trucidan-
dóſque denotauit. pro Pom.

Meis litteris, meis nuncijs, meiſque cohortationibus
omnes ad patriæ præſidium excitaui. I. A.

O.

O*Bdureſcere ad, aut contra aliquid*, modus loquen-
di Latinis vſitatus, noſtris non item.

Sed iam ad iſta obduruimus, & humanitatem o-
mnem exuimus. At.

Niſi diuturna deſperatione rerum obduruiſſet ani-
mus ad dolorem nouum. Ep.

Obdureſcunt enim quotidie magis ad vocem tri-
buti. ad Brut.

Obduruiſſéque ſe contra fortunam arbitrantur. Tuſ.

Obeo. Sublatum omnino hoc verbum de lingua Lati-
na videtur; ita pauci ſunt qui vtuntur: putant enim
vſitatum non fuiſſe, niſi coniũctum morti, aut diei,
pro mori, ſed alijs rebus præterea multis tribuitur,
quæ omnes duabus pene ſignificationibus conti-
nentur. Propria eſt, cùm idem valet quod Circumi-
re inſpiciendę aut efficiendæ alicuius rei cauſa, lo-
ciſque potiſſimum tribuitur.

Cui

Cur ipſe Pythagoras & Ægyptum luſtrauit, & Perſarum magos adijt? cur tantas regiones Barbarorum pedibus obijt? de Fin.
• Cum obierit Legatus Ægyptum & Syriam. de Som.
Vt noſtras villas obire, & mecum lecticula concurſare poſſis. Ep.
Cui noſtrum non licet fundos ſuos obire, aut res ruſticas inuiſere? de Or.
Obire omnes prouincias. contra Rul.
Quo faciliùs & noſtras obire domos, & ipſe à ſuis coli poſſet. pro Cæl.
Ego Siciliam totam 50. diebus obij. V.
• Altera nota eſt, cùm tribuitur rebus, aut negotijs quę exequimur aut peragimus.
Quantum cæteris ad res ſuas obeundas conceditur temporis. pro Arch.
Cùm neque priuatam rem maritimam, neque publicam iam obire poſſemus. pro Pom.
Obire negotia. pro Pom.
Qui tantum modo reciperet, quantum videret ſe obire poſſe. Qu. de Pet.
Id enim, etſi erat deliberationis, tamen obire non potui, id eſt, mare tranſire. At.
Tantum reſtitiſſet vrbis, quantum flamma obire non potuiſſet. in C.
Sic, *Tempus, iudicium, comitia obire*, pro Adeſſe, vt aut præſtemus, aut peragamus quod debemus.
Iudicia priuata magnarum rerum obire. de Or.
Obieris Qu. fratris comitia. At.
Obire auctionis diem facilè poteris.
Eóque magis quòd his proximis Nonis, cum in hortos D. Bruti Aug. commentandi cauſa, vt aſſolet, veniſſemus, tu non affuiſti, qui diligentiſſimè ſemper illum diē, & illud munus ſolitus eſſes obire. de Am.
Annum petitionis ſuæ non obierunt. Ep.
Multa mihi ipſi ad mortem tam tempeſtiua fuerunt, quæ vtinam potuiſſem obire. Tuſ.
Antonius diem edicti obire neglexit. in A.
Nec vlla officiorum ſacra ſolemnia obeunto. de Leg.

Quam

Quam concionem Clodius, niſi obire facinoris locũ tempúſq; voluiſſet, vnquam reliquiſſet? pro Milo.
Sic *obire*, pro occidere, vnde *Obitus*.
In orientis aut obeuntis ſolis partibus. de Som.
Qui ſiderum ortus, obitus, motúſque cognouerunt. de D. (ficit.
Natura omnium rerum interitus atque obitus con-
Qui dies poſt obitum occaſúmque noſtrum Reipub. primus illuxit. in P.
Obitus filiæ tuæ. Ep.
Obitus conſulum.
Obligare, propria vis & nota eſt Circumligare, ſi ſic loqui liceret, aut Ligare, vt vulgus, & eius generis alia, ſic enim Cicero ait, Æſculapius, qui primus vulnus obligauiſſe dicitur. de Nat. Tuſc.
Sed crebrò vſi ſunt pro Obſtringere, quod nunc non adeò apud omnes increbuiſſe videtur.
Obligentur non ſolum iuriſiurandi atque æſtimationis periculo, ſed etiam communi ſententia. in V.
Magis illum pro quo ſpopondi, quam me obligaui. ad Brut.
Obligare aliquem ſecundo militiæ ſacramento. Off.
Multi, quorum pro ſalute ſe hic Syllæ obligauit. pro Syl. (obligauit? Top.
Num is, qui mancipio dedit, ob eam rem ſe vlla re
Obligatus, in eadem ſignificatione. (Off.
Patria & parentes, cuius beneficijs obligati ſumus.
Te ita exiſtimare volo, quibuſcumque rebus Atticum obſtrinxeris, iiſdem me tibi obligatum fore. Ep.
Magno beneficio eius, magnóque merito ſum obligatus. Ep.
Obſequium. Reconditus ſenſus eſt in hoc nomine, neque ſignificat, quod vulgò putatur miniſterium, aut cultum, aut reuerentiam, quam alicui exhibemus: ſed, vt obſequor, id exprimit, quod vulgò dicitur, Facere quod alicui placet, & Accommodare ſe ad alicuius nutum & voluntatem: ſic Obſequium, eam facultatem, qua alicuius voluntati ſeruimus.
Omne

Omne meum obſequium in illum fuit cum multa ſeueritate. At.
Obſequia in homines. de Leg. (Cæl.
Comprehēdere multos amicitia, tueri obſequio. pro
Abuti obſequio alicuius ad omnes res.
Itaque effeci omni obſequio, vt neutri illorum quiſquam eſſet me carior. At.

Obſeruans, Obſeruantia, Obſeruo. Si hæc ſatis peruulgata eſſent, indoctiores non dicerent, In honore habere, & tenere aliquem, neque Obſeruās & Obſeruantia id ſignificat, quod indoctum vulgus ſtudioſorum, fratres videlicet quos Obſeruantes, aut de Obſeruantia vocat, ſed obſeruans alicuius hominis dicitur is, qui colit & amat aliquem. Obſeruantia, honoris exhibitio. Sic obſeruare, honorem exhibere.

Obſeruandiſſimus verò pro eo, quem maximè obſeruare, aut cui obſeruantiam debemus, non extat apud Ciceronem, ſic enim nunquam ſcripſit, vt nunc vulgus, Domino meo obſeruandiſſimo, colendiſſimo, reuerendiſſimo: quæ barbara omnia ſunt: ſed, Quem obſeruare, colere, reuereri maximè, & in primis debeo.

Colere & obſeruare aliquem. Ep.
Qui me ſicut alterum parentem & obſeruat, & diligit. Ep.
Neque hoc liberis noſtris interdicendum eſt, ne obſeruent tribules ſuos, ne diligant. pro Planc.
Aulus Fuſius obſeruantiſſimus noſtri. Ep.
Cognoui te mei ita cupidum, vt paucos æquè amātes atque obſeruantes me habere exiſtimem. At.
Sext. Aufidius obſeruantia, qua me colit, accedit ad proximos, Ep.
Amicos obſeruantia, rem parſimonia retinere. pro Q.
Mea tibi obſeruantia nunquam defuit. Ep.

Obſigno. Quanta in obſcuritate verſetur hoc verbum, loquuntur, vel me tacente, ea, quæ vulgus vſu triuit, vt rem quam obſigno notat, exprimerer. Hinc ſubſcribere, hinc Sigillum ſuum appendere, Chirographum

Chirographum ſuum ſubſcribere, ſuũ ſigillum addere, & ſimilia multa. Latini verò hoc verbo ſignificabant, Impreſſione ſigni aut teſtari & confirmare aliquid, aut occludere.
Lex tabulas iudicum ſignis obſignari iubet. prò Fl.
Cum obſignes tabulas clientis tui, quibus id ſit ſcriptum, quo ille capiatur. de Or.
Decretum, quod obſignatum eſt ab ampliſſimis viris. At.
Decretum, quod ego obſignaui cum multis ampliſſimis viris.
Eius rei conditioniſque tabellas obſignauerunt viri boni plures. pro Q.
Obſignare tabellas ſignis amicorum. in Ver.
Quòd tum codicem obſignaſſem.
Quæ cognoui egomet apud iſtum in ædibus, cum obſignandi cauſa veniſſem. in V.
Hæc eſt quæ à nobis prolata laudatio, obſignata erat creta illa Aſiatica, qua vtuntur omnes in publicis & priuatis litteris. pro Flac.
Noſtra igitur laudatio conſignata creta eſt. Ibid.
Curij teſtamentum, Ciceronum ſignis obſignatũ. At.
Occludere, & ſigno cauere ne effringatur: vt Epiſtolam obſignare, quod vulgò Claudere dicitur.
Furacem ſeruum ſolum eſſe, cui domi nihil nec obſignatum ſit, nec occluſum. de Or.
Litteras obſignandas publico ſigno curaui. in V.
Obſignata iam epiſtola ſuperiore, quam, &c. At.
Obſignatam iam epiſtolam meam, quam te puto perlegiſſe.
Admiratus ſum, vt vidi epiſtolam obſignatam, breuitatem eius.
Quædam matrona viſa eſt in quiete obſignatam habere naturam, &c. nam inane obſignari nihil ſolere. de D.
Obſignare lagenas inanes. Ep.

Obſtruo. Quod magis in obſeruatione quàm præceptione linguæ Latinę ſtudium poſitum ſit, hoc verbum ſatis declarat. quis enim ex vulgaribus pręceptoribus, niſi multum ſtudioſéque in bonis auctoribus verſatus, diceret, Obſtruere luminibus? ſic enim conſuetudine potius, quàm ratione

Latini ſunt locuti, quod Germanico latinè nunc vulgò dicitur, Capere alicui lumen aut lucem, Proſpectum alicui capere, Latini verò hoc modo.

Primò ſe luminibus eius obſtructurum eſſe minabatur. pro Dom.

Sic Catonis luminibus obſtruxit hęc poſteriorum quaſi exaggerata altius oratio. pro Clu.

Obteſtor. Hoc verbo veteres quaſi ſupplices obſecrabant & implorabāt alicuius auxilium, quo cum rarius nunc vulgus vtitur, peruulgandum eſſe cenſui.

Veſtram fidem obteſtor, miſericordiam imploro. pro Mur.

Quem enim alium appellem? quem obteſter? quē implorem? pro Flac.

Iure igitur vos obteſtor, quos mihi & debere, & poſſe intelligo opitulari. Antequam.

Idque vt facias te obteſtor, atque obſecro. pro Seſt.

Obtineo, pro teneo & habeo, vt prouinciam, inſulam, academiam, principatum, aut aliquam rem.

Verres totam inſulam obtinebat: Cyclops Ætnam ſolam tenuiſſe dicitur. in V.

Obtinere prouinciam cum imperio. At.

Suam quiſque domum obtinebat tum. in A.

Saluſtio Africam interiorem obtinente. in Sal.

Academiam Carneades & Clitomachus obtinebant. de Or.

Qu. Hortēſius, qui hoc iudicio partes accuſatoris obtinet. pro. Qu.

Sol, qui aſtrorum obtinet principatum de N.

Obtinemus ipſius Cæſaris ſummam erga nos humanitatem. Ep.

Quorum alter apud me parentis grauitatem, alter filij ſuauitatem obtinebat. pro Syl.

Calamitas mihi maledicti locum, aut criminis obtinebit. pro Dom.

Neceſſitudinem, quæ eſt nobis cum publicanis, obtinere & conſeruare poſſumus. Qu. Fr.

Obtingit, quod ſortibus cōtingit alicui: Vulgus dicit, Hoc mihi cecidit. Obuenit idem ſignificat.

Cum tibi Aquaria prouincia ſorte obtigiſſet. in Vat.

Quod cuique obtigit, id quiſque teneat. Off.

Quam

Quam mihi obtigiſſe dicis *ἀναρτὰν*, nunquam deſeram. At. (ſtorem obtigiſſe. Ep.
Cum optatiſſimū nuncium accepiſſem, te mihi quæ-
Deinde ſi quid obtigerit, ęquo animo paratóque moriar. in C. (ſe. de D.
Cum ei obtigiſſet, vt bellum gereret cum rege Per-
Talia cuique exta eſſe, qualis cuiq; obtigerit, hoſtia.

Obtutus, vidēdi vis & aciei oculorum actio, quam recētiores Viſum appellârunt; ſed Cicero Viſum ſenſum videndi aut cernendi, vel obtutum vocauit.
Quodam obtutu oculorum duo lucernæ lumina pro vno videri. de D.
Cum idem obtutus eſſet amborum oculorum. de N.
Qui vultum eius obtutúmque oculorum in cogitando probè noſſet. de Or.
Animus oculorum effugit obtutum. de V.
Oculorum obtutus. Off.
Oculorum coniectus. pro Planc.
Figere obtutum aliquo. de N.
Fortibus oculis ſpectare aliquem. At.
Obtutum in cauda maioris figere dicas. de N.

Obuerſari aliquid ante oculos, aut alicui, vſitatum nūc non eſt, itaque vſum ab optimis diſcamus.
Sed mihi obuerſatur ante oculos Reipu. dignitas. pro Seſt. (D.
Reſp. obuerſatur ante oculos exterminatoris ſui. pro
Obuerſentur ſpecies honeſtæ animo. Tul.
Nónne ipſa veritas, & grauis & recta ratio mihi obuerſetur? Aca.

Occurro. Cum obuiam eo alicui, aut venio ad aliquem, aut aliquid, ſignificat, notum & peruulgatum non eſt: vt,
Scripſi ad eum, vt mihi Heracleam occurreret. A.
Cur non ante occurrit, ne in villa reſideret? pro Mil.
Non quò me ad tempus occurſurum putarē, ſed &c.
Occurrens ad Lentulum. A. (in A.
Hinc, *Occurrere aliquem, aut aliquid alicui rei*, pro quo vulgus Anteuertere, Pręuenire, ſed vſu multum differunt, vt in differentijs oſtendemus.

Sed ego occurram exſpectationi veſtræ iudices etiam, &c. pro Clu.

Bruti erit officium occurrere ei. Ep.

Futura quoque, niſi antè ſit occurſum, explores, ne ſe inſinuent. At.

Chryſippus illi rationi ſic occurrit. de Fa.

Varietas occurrit ſatietati. Or.

Conſilijs Catilinæ occurri atque obſtiti. in C.

Huic loco ſic ſoletis occurrere. de N.

• *Offendo.* Propria vis huius verbi vulgò non nota eſt, pro eo enim introduxerunt, Trudere ſe ad aliquid, Impingere ad aliquid. Latini verò ſic loqui ſunt ſoliti. (dat? nuſquam incurrat? Ep.

Quis eſt tã Lynceus, qui in tantis tenebris nihil offẽ-

Is ex equo cecidit, & latus offendit vehementer. pro Cl. (poſſunt, animorum non item. Tuſ.

• *Offenſio.* Corporum offenſiones ſine culpa accipere

Quę ſi ſuſcipiamus, pedis offenſio nobis, & ſternutamenta erunt obſeruanda. de D.

In fragili corpore odioſa eſt omnis offenſio. de Sen.

• *Offerre ſe alicui rei, aut ad aliquid*: quod Barbari proferunt per, Præſentare alicui ſuũ officium, ſuam vitam, aut quod ſuum eſt ad aliquid.

Cur mihi te offers? At.

Qui obtulerunt hanc prædam Chryſogono. pro S. R.

Vltrò ſe offerre alicui, & proijcere ſe. pro Cœl.

Qui ſe pro ſalute veſtra obtulerint inuidiæ periculiſque omnibus. in C.

Offerre alicui, quod ipſe ſibi optare deberet.

Vir fortis acriter morti ſe offerens. pro S. R.

Sed tamẽ obtulit ſe ad ferramẽta proſpiciẽda. pro Syl.

• *Officere luminibus*, ferè idem eſt, quod obſtruere luminibus, hoc eſt, Obſcurare lumen, quo minus illuſtret ędificia: idem enim vulgus quoque per capere lumen dicit.

Demoliri ædes, quarum altitudo officeret auſpicijs. Off. (tunæ. pro R.

Nec mentis aciei quaſi luminibus efficit altitudo for-

Cuicunque particul[illegible] officeretur, quamuis eſſet

procul,

procul,murata lumina putabat. de Or.
Sic *apricanti*, aut *alicui Officere*, ſignificat id, quod vulgò dicitur,Stare aliquem in ſole,in lumine.
Offecerat videlicet apricanti. Tuſ.
Vmbra terræ ſoli officiens, noctem efficit. de N.
Offundere tenebras pro obſcurare aliquid ſæpe Cicero, qui Latinè optimè locutus eſt, vſurpauit, nunc maximas tenebras barbaries ei offundit.
Si quid tenebrarum offudit exilium. Tuſ.
Quod in naufragio Reip. tenebris offuſis, demerſo populo. pro Dom.
Tu tuis maioribus vita,quam turpiter egiſti, magnas offudiſti tenebras. in Saluſt. (eſt.Tuſ.
Hic error & hæc indoctorum animis offuſa caligo
Philoſophia, quę lucem eriperet, & quaſi noctem quandam rebus offunderet. de N.
Ergo vt illis aqua, ſic illis aër craſſus offunditur. Ac.
Omnis. Sæpe ſignificarunt Latini hoc nomine idem quod voce Totus: quod nunc longa conſuetudine intermiſſum eſt.
Omne cœlum, totámque cum vniuerſo mari terram mente complecti. de Fin.
Si tibi perſuaſeris, non hæc eſſe tui muneris, ſi quid rogatus fueris,vt facias,ſed totum tuum eſſe, omne onus perficies. Ep.
Totum palatium erat ciuitate omni, cuncta Italia refertum. in P.
Tota mente atque omni animo intueri aliquem.Or.
In profundenda voce omne corpus intenditur.Tuſc.
Sanguis per venas in omne corpus diffunditur. de N.
Opaco.Vmbra tego, Vmbrā facio,tritum ſatis nō eſt.
Sol ita mouetur, vt terras modo his, modo illis partibus opacet. de N.
Cum terras nox opacaſſet.
Platanus ad opacandum aliquem locum patulis diffuſa ramis. de Or.
Opacus.Vmbra rectus,coopertus,cui opponitur Apri-
Locus opacus) (Locus apricus. Par. (cus.
Locus opacus & frigidus in ſylua. de Or.

In viridi & opaca ripa inambulare. de Leg.
Opaca nubes. in Aca.
Opera,arum. Hoc nomine conductam multitudinem Latini appellabant,qua aut efficiebant aliquid operis,aut vim alicui afferre volebant,quod nunc paucis notum eſſe videtur.
Quantum paucæ operæ & mercedes fabrorum tulerunt. in V.
Operæ mercenariæ,multitudo conducta. in A.
Publicis operis diſturbare domum aliquam.
Nauem tibi operis publicis eſſe ædificatam. in V.
Operas ſuas Clodius confirmat, manus ad Quirinalia paratur. Q. Fr.
Plancius in operas plurimos miſit. pro Plan.
Erat mihi contentio cum operis conductis. pro Seſt.
Is venditabat ſe operis, à quibus.
Operæ Clodianæ pontes occupauerunt. At.
Qui erant mecum, facilè operas aditu prohibuerunt.
Oportunitas. Multos iam fugit,Oportunitatis vocabulo idem veteres ſæpe ſignificaſſe, quod commoditatis, aut vtilitatis.
Amicitia plurimas oportunitates habet. de A.
Cum ad cæteras ſummas vtilitates hęc quoque oportunitas adiungatur. pro Pom.
Conſidera,quę ſit vtilitas,quæque oportunitas in homine membrorum. de N.
Natura prouida vtilitatum oportunitatúmque omnium. At.
Enumerari non poſſunt fluminũ oportunitates.de N.
Omitto oportunitates habilitatéſque reliqui corporis. de Leg. (tulit.Off.
Ita hac oportunitate annuli vſus, reginæ ſtuprum in-
Sic *Oportunum,* pro Commodo.
Cæteræ res quæ expetuntur, oportunæ ſunt ſingulæ rebus fere ſingulis, diuitiæ vt vtare, opes vt colare, de Am.
Optimè. Cic.ſæpè eo verbo ſolo,ſine adiũctione aliorum ſignificat, quod pluribus explicaremus.
Benè ſe habet,Optimè,aut Benè dicis,Optimè facis.
Non

Non me quidem, inquit, ſed ſapientem dico ſcire, optimè nempè iſta ſcire, &c. Qu. Fr.
Homo ingenioſus & peracutus: optimè, inquit, nempè ſcriptum ita eſt. Acad.
Optimè verò, inquam: etenim & ipſe Cotta ſic diſputat. in Ver. de D.
Tribuni nobis ſunt amici, conſules ſe optimè oſtendunt, prætores habemus amiciſſimos. Ep. Qu. Fr.
Opus, eris. Peruulgatũ nunc minimè eſt, ſignificari hoc nomine id quod arte aliqua inſigni effectum eſt.
Hæc omni antiquo opere & ſummo artificio facta. in Ver.
Quare iſte nõ opere delectatur, ſed pondere. in Ver.
Hydria præclaro opere, grandi pondere.
Galeæ cælatę opere Corinthio. in Ver.
Exornare ſepulchrum opere tectorio. de Leg.
Stragulum magnificis operibus pictum. Tuſ.
Erit igitur extructa moles opere magnifico, inciſæque litteræ. in A.
Orbis. Orbem ſaltatorium Cicero appellat, quem Barbari Rotundam choream.
Cum illum ſuum ſaltatorium verſaret orbem. in P.
Ordine, aut ex ordine aliquid facere, idem valet: quod facere id, quod & quomodo aliquid debet. Extra ordinem aliquid fieri, quod aut quemadmodum nõ decet fieri aliquid.
Domeſtica ordine adminiſtrantur. At.
Rectè, ordine, è Rep. facere aliquid. in Ver.
Rectè atque ordine aliquid factum eſſe. pro Qu.
Vt quiſque ętate antecedebat, ita ſententiam dicebat ex ordine. in V.
Quam tu mihi ex ordine de legis ſcripto recita populi Rom. actionem. contra Rul.
Collocare aliquid ex ordine. ad Her.
Item putamus oportere ex ordine hos locos habere.
Aliquem rectè atque ordine, exque Republ. feciſſe, & facere. in A.
Litteras Bruti rectè & ordine ſcriptas videri. in A.
Plurima bella Cn. Pompeio extra ordinem ſunt commiſſa.

miſſa. pro Dom. (ni. Ibid.

Negat oportere quicquam vni extra ordinem decer-

Cùm prouinciam extra ordinem decernebant. de Pr.

Iudicem pecuniam ab eo clàm atque extra ordinem accepiſſe. pro Clu.

Ortus. Nomen hoc, quo Latini ſignabant originem & initium alicuius, ita nũc temporibus obſcuratũ eſt, vt ſublatum de eorum lingua putetur, vt itaque è tenebris reuocetur, à Cicerone vſum diſcamus.

Non ſolum nobis nati ſumus: ſed ortus noſtri partem patria, partem parentes vendicant. Off.

Cato ortu Tuſculanus fuit, ciuitate Romanus. de L.

Simulacrum ſolis ortum, curiámq; conſpiciens. in C.

Quæ ortum habere gigniq́ue diximus. de Vn.

Quod ſemper eſt, neque vllum habet ortum. ibid.

Mundum nullo ortu fuiſſe generatum. ibid.

Sol ab ortu ad occaſum commeans. de N.

Signorum ortus & obitus ſeruant. de In.

Syderum ortus obitúſque cognoſcere. de D.

Ortus occaſúſque ſyderum non fieri eodem tempore apud omnes. de D.

Os, pro impudentia aut temeritate, in ore nunc paucis eſt, pro eo vulgus nunc Faciem dicit, aut Oculos.

Video P. C. in me omnium veſtrum ora atque oculos eſſe conuerſos. in C.

Mihi videtur ore duriſſimo eſſe, qui præſente Roſcio geſtum agere conetur. pro Q.

Os ſuum alicui tradere. pro S. R.

Præbere os alicui ad malè audiendum. At.

Tu, cuius mihi os ante oculos ſolet verſari.

Sic etiam conſpectum ſignificat, Ora iudicum aſpicere, & os ſuum populo oſtendere. in V.

Otium. Latini ſæpe ſignificabant hoc nomine tẽpus, quo aut bellum non erat, aut etiam quo externarũ rerum curis vacabant, litteriſque operam dabant.

Ergo tunc cùm bello fugitiuorum tota Italia arderet, Cn. Norbanus ſummo in otio fuit. in V.

Si antea auditum erit otium eſſe in Syria. Ep.

Tempus ſtudiorum vacuum alijs curis.

Hone-

Honeſta ſtudia per otium concelebrata ab optimis viris. de In.
Philoſophi in angulis otium conſumunt. Or.
Grȩci non ſolùm ingenio & doctrina, ſed etiam otio ſtudióque abundantes. de Or.
Iſtam oſcitantem & dormitantem ſapientiã Scȩuolarum, & cæterorũ beatorũ otio concedamus. de Or.
Nam quid ego dicam de ſtudijs cognoſcendi ſemper aliquid atque diſcendi? in quibus remoti ab oculis populi, omne otium tẽpúſque cõtriuimus. de Am.
Otioſus in vtraque ſignificatione.
Quidam enim non modò armatis: ſed interdum etiam otioſis minabantur. in A.
Quo in ſtudio hominum ingenioſiſſimorũ & otioſiſſimorum totas ætates videmus eſſe contritas. Or.
Otioſi dies dicuntur ij, quibus populus otiatur, quos Feſtos vocamus. (Q. Fr.
Idque perficiam his ſupplicationum otioſis diebus.

P.

PAr. Similitudo propriè hoc nomine notatur, ſed quidam modi ſunt loquendi non ita vſitati noſtris, vt veteribus, præſertim cum conſequuntur voces Ac, Atque & Cum: quos vt diſcamus, exempla ſubijciam. (de N.
Neque mihi par ratio cum Lucilio eſt ac tecum fuit.
Si par in nobis atque in illo ſcientia fuiſſet. de In.
Omnia fuiſſe in Themiſtocle paria & Coriolano. de Cla. (ra. de Cla.
Quædam ſunt mihi paria cum illo, quædam ſuperio-
Libertate eſſe parẽ cũ cȩteris, principẽ dignitate. in
Mihi omnia paria cum illo ſunt. pro Lig. (A.
Sic, *Pariter atque*, pro Æquè, *atque & pariter*, pro ȩquè aut pari modo.
Qui domi tuæ videt pariter accuſatorum atque iudicum conſociatos greges. Parad.
Nam & lætamur amicorum lætitia æquè ac noſtra, & pariter dolemus angoribus. de Fin.
Sed ea non pariter omnes egemus. Off.

Vt noſtra in amicos beneuolentia, illorum erga nos beneuolētię pariter æquabiliterq; reſpondeat. Am.
Pariter cum, pro Vnà cum. Vt ille qui hæc non vidit, & vixiſſe cum repub. pariter, & cum illa, ſimul extinctus eſſe videatur. de Or.
Pariter cum vita ſenſus amittitur. Tuſ.
Tua laus pariter cum Repub. cecidit. Off.
Animus voluptatem pariter cum corpore percipit. Tuſ. (Sen.
Studia doctrinæ, quæ pariter cum ætate creſcunt. de
Reſp. me ſecum pariter reportauit. Poſtquam.
Pars. Varium vſum habet hoc nomen in lingua Latina: modi verò qui ignorantur, plurimi ſunt: vt, Magna ex parte, maiore, maxima ex parte: & magna parte. (per poterit vti. de In.
His locis plerumque omnibus, aut maiore parte ſem-
Aut omninò, aut magna ex parte liberatus. Tuſ.
Tibi nos, vt antea magna ex parte, ſic nunc penitus totóſque tradidimus,
Si magna parte quidem ad verum ipſum accedāt. Aca.
Si ex omni parte eiuſdem modi ſint.
Ex maxima parte. Ep.
Ex maiore parte plerá ſque res nominari. Tuſ.
Si multo maiore, & grauiore ex parte bona propendent. Tuſ.
Cuius mors te reliqua ex parte releuauit. pro Fla.
Quod ab ijs verè quadam ex parte, non totum dicitur. Or.
Sic *Magnam partem*, crebrum eſt apud bonos auctores, pro Magna parte, aut magna ex parte.
Magnam partem ex iambis noſtra conſtat oratio. Or.
Stoici magnam partem in his partiendis occupati ſunt. Tuſ.
Nam mulieres filijque parui &c. itineribus neceſſarijs, aut magnam partem tectis ac tenebris continebantur. Poſt.
Etſi abfuit magnam partem conſulatus tui. Ep.
Amabo te, cura hoc: ſoles libenter, vt ego, maiorem partem nihil curare. Ep.
Cùm

Cùm magnam partem noctis vigilaſſes. de D.
Maiorem partem diei ſedere alicubi. in V.
Remis magnam partem, id eſt, nauigaui. At.
Nullam partem noctis requieſcere. pro S. R.
In partem aliquam, Latè quoque patet: ſed exempla vſum oſtendent.
Hoc tua nullam in partem multum intereſt.
Moueor his rebus omnibus, ſed in eam partem, vt ſalui ſint nobiſcum omnes. in C.
Magna vis eſt in fortuna in vtramque partem, vel ad ſecundas res, vel aduerſas. Off.
Durum hoc fortaſſe videatur, neque ego vllam in partem diſputo. in V.
In eam partem potius peccant, quę cautior eſt. pro S.
In hanc partem errare malo, vt faciam, &c. E. (R.
In hanc partem tutũ erit tibi gratificari, in Appium.
Accipere aliquid in optimam partem. At. (Ep.
Quæ profectò in optimam partem accipies. E.
Id ego in eam partem accepi, hęc oppida, &c. At.
Mitiorem in partem interpretare. pro Mur.
Alter multos planè in omnes partes fefellit. pro Sect.
Præcepta, quibus in omnes partes vſus vitæ confirmari poſſit. Offic.
Cum ſuſpicarer multum intereſſe rei familiaris tuę, te quàm primum, idque in omnes partes valere. E.
Partes alicuius, dicũtur quoque diſtributa officia, hoc eſt, quod vulgus vices appellat.
Suſcipere officia & partes pro dignitate alicuius. Ep.
Si erit bellum, vt video fore, partes meæ non deſiderabuntur. At. (de Or.
Ac maximę partes iſtius officij ſunt pueri Ciceronis.
De mea beneuolentia erga te, etſi potes ex eodem Phania cognoſcere, tamen videntur etiam aliquæ partes meæ. Ep.
Sed certæ hæ partes fuerunt tuæ de illuſtrãda oratione vt diceres. de Or. (&c. de Or.
Sed cur impedimus Antoniũ? cuius audio eſſe partes,
Sed tranſactis iam meis partibus, ad Antonium audiendum veniſtis. de Or.

Iudicabam duriores partes mihi impoſitas eſſe ab offenſione noſtra. At.

Nę multò veſtrę maiores grauioréſque partes ſunt ad cogitandum, quàm ad dicendum meæ. pro Fon.

Qu. Hortenſius, qui hoc iudicio partes accuſatoris obtinet. pro Qu.

Sic *Partes*, in actionibus aut Sermonibus perſonæ dicuntur, quæ loquuntur.

Cùm te ex fratre meo, ne tum quidem, cùm tibi propè neceſſe eſſet eas agere partes, inimicum mihi fuiſſe cognouiſſem. Ep.

Nobis à natura conſtantiæ, moderationis, temperantiæ partes datæ ſunt. Off.

Tibi dedi partes Antiochianas, mihi ſumpſi Philonis. Ep.

Ego has partes lenitatis & miſericordię, quas me natura ipſa docuit, ſemper egi libenter: illam verò grauitatis ſeueritatiſque perſonam non appetiui, ſed à rep. mihi impoſitam ſuſtinui. pro Mur.

Niſi hanc perſonam & has partes poſſem ſuſtinere. de Ar.

De me autem ſuſcipe pauliſper partes meas, & eum te eſſe finge, qui ego ſum. E.

Quis vnquam Gręcus comœdiam ſcripſit, in qua ſeruus primarum partium non Lydus eſſet? pro Flac.

An meæ partes in ea cauſa non præcipuæ fuerunt? pro Dom.

Munus hoc meum non eſt: cum meę partes ſunt hoſpitum recipiendorum, id libenter facio. in V.

Et ſuſcipere partes ſuas. At.

Quid de auguribus loquar? tuæ partes ſunt, tuum inquam, auſpiciorum patrocinium debet eſſe. de D.

Cum tuas partes ſuſcipio, cur tuũ onus ſuſtineo? in V.

Suſcipere officia, & partes pro aliquo. Ep.

Vt in actoribus Græcis fieri videmus, ſæpe illum, qui eſt ſecundarum aut tertiarum partium, cùm poſſit aliquantò clariùs dicere, quàm ipſe primarum, multũ ſummittere, vt ille princeps quàm maximè excellat. in V.

Pars, eleganter omittitur, cum primas, ſecundas, aut numerus additur.

Huic

Huic primas dediſſe Demoſthenes dicitur, huic ſecundas, huic tertias. de Or.

Demoſthenes tribuit & primas & ſecundas actioni. Or.

Pericles, cui primæ ſine controuerſia deferebantur.

Etſi vtrique primas, priores tamen deferunt Lælio. de Cl. (Item.

Velleius, ad quem tum Epicurei primas deferebant.

Primas in cauſis agebat Hortenſius. de Cl.

Hortenſius facilè primas tenebat.

Ex his illi duo facilè primas tulerunt. de Cl.

Pro mea parte, aut pro aliqua parte aliquid facere, ſignificat, Quantum meę partes, aut res aliqua permittit, efficere. Quantum alicui videatur, Quantum poteſt.

Omnia iſta, perinde, vt cuique data ſunt, pro rata parte, à vita longa aut breuia dicuntur. Tuſ.

In his artibus pro mea parte verſor, quarum ille princeps fuit. in V.

Ego pro mea, tu pro tua, pro ſua quiſque parte ferre potuiſſet. Ep.

Ac debeo pro ciuili parte remp. velle ſaluam. Ep.

Pro illa tenui infirmáque parte nobilitatem defendi. pro S. R.

Omnes qui adſunt, pro ſua parte atque auctoritate defendunt. pro Syl.

Pax. Pace alicuius aliquid dicere, Latinis proprius modus loquendi, pro quo multi nunc dicunt: Non ęgrè feres quod dicam. Quod etiam alio modo protulerunt: vt, Accipies in bonam partem.

Pace mihi liceat cœleſtes dicere veſtra, &c. de N.

Cuius ego iudicium (pace tua dixerim) longè antepono tuo. Tuſ. & de Leg.

Tu vix vllam cæteris oratoribus (pace magiſtri dixerim) laudem reliquiſti. de Or.

Pace noſtri dixerim. de Fat.

Peccauit igitur (pace vel Quirini vel Romuli dixerim.) Off. Sic:

Bona tua venia dixerim. de Leg.

Pace tua patria dixerim (metuo enim ne ſceleratè dicam in te, quod pro Milone dicam piè) pro Mil.

Pecco. Peccare aliquid, non vſitatum eſt nunc multis: ſed cum his tantum vocibus, aut ſimilibus iungas oportet, aliquid, quid, multum, nihil.

Si quid in te peccaui, ac potiùs quoniã peccaui, ignoſce: in me enim ipſum peccaui vehementius. At.

Ac ego te veriſſimè dixerim peccare nihil. Item Xenophon eadem fere peccat. de Nat.

Non multum peccas, inquit ille. pro Mur.

Peius odiſſe. Locutio Latinis propria, quam multi proferunt per Magis, aut Plus.

Quo neminem peius odi. in A.

Oderam multo peius hunc, quàm illum ipſum Clodium. Ep. Fam.

Pendère. Propria vis nota: ſed coniungi etiam ablatiuo, tam ſine, quàm cum præpoſitione, vulgatum non eſt, non ſolum dicitur pendere ex aliqua re, ſed etiam aliqua re: vt,

Promiſſis ijs quæ oſtendis, non valde pendeo. Qu. Fr.

Salus noſtra, quæ ſpe exigua extremáque pendet. pro Mur.

Suſpenſus & incertus obſcura ſpe & cæca exſpectatione pendeo. contra Rul.

Cætera vectigalia perleui ſępe momento fortunę, inclinatione temporis pendere. contra Rul.

Ego quidem vehementer animi pendeo. Ep.

Pendeo animi exſpectatione Corſinienſi. At. & Tuſ.

Animi pendeo de te, & de me. At.

Si exſpectando & deſiderando pendemus animis, cruciamur, angimur. Tuſ.

Ne diutius pendeas, palmam tulit. At.

Ex quo verbo lege Apuleia, tota illa cauſa pendebat. de Or.

Non in tabellis paucorum iudicum, ſed in tabellis omnium iudicum, famam noſtram, fortunamq́ue pẽdere. L. P.

Cui omnis ſpes & ratio & cogitatio pendet ex fortuna. Parad.

Per, Latè patet vſus huius prępoſitionis. Sed modos tantum eos notabimus, quos peruulgatos ſatis non putamus. Et primum cum permiſſionem ſignificat: vt, Per

vt, Per valetudinem non poſſe: id eſt, valetudine non permittente: aut propter valetudinem.
Hoc neque per naturam fas eſt, neque per leges licet. pro Mil.
Si mihi non licet per aliquos ita gloriari. de Pro.
Omnes conſulares, qui per valetudinem exequi fugam illam non poſſunt. in A.
Nunc per auſpicia longam moram video. At. E. Tuſc. pro Dom.
Factus es eius filius contra fas, cuius per ætatem pater eſſe potuiſti. pro Dom.
Ille tibi loco filij per ætatem eſſe poteſt. ibid.
Per, cum medium aut inſtrumentum notat, latè patet.
Cum hæc per riſum ac per iocum contemnent. contra Rul. (ſtis. in V.
Honores, ad quos per ludos & negligentiam perueni-
Tranquilla repu. ſine me ipſo, ſed per me tamen perfruantur. pro Mil.
Pax denique per eum, per liberos cum ciuibus confirmata eſt. in A.
Exturbare aliquem, qui & per ſe, & per ſuos, & verò etiam per alienos defendatur. pro Mur.
Cùm meam domum refertam viris bonis per amicos ſuos complerent. pro Dom.
Nihil intereſt, vtrum per procuratorem agas, an per teipſum. At.
Recede de medio, per alium tranſigam. pro S. R.
Per binos tabellarios miſi Romam litteras. A.
Tu autem ſæpè dare potes tabellarijs publicanorum, per magiſtros ſcripturę. At.
Homo per ſe cognitus, nulla commendatione maiorum. in C.
Hoc quid ſit, per ſeipſum non facilè interpretor, ſed ex eo quod ſequitur ſuſpicor. de Ar.
Virtus ſplendet ipſa per ſeſe ſemper, nec alienis vnquam ſordibus obſoleſcit. pro Seſt.
Tu qui rationem dicendi per teipſum, vſum autem per nos percipere voluiſti. de Or.
Per, tempus quoque ſignat: vt,

Duo

Duo fratres per idem tempus diſſimiles inter ſe. de C.
Tenuiſti prouinciam per decem annos, non tibi à Senatu, ſed à teipſo per vim & factionem datos. An.
Hunc per annos decem aluimus contra nos.
Per tot annos repub. diuexata. Ep.
Conſecuti ſunt dies comitiales, per quos Senatus haberi non poterat. Qu. Fr.
Per iſta tempora ijdem fuerunt. pro S. R.
Per illam vim atque victoriam L. Syllæ, id eſt, eo tempore. pro Clu.
Ludi decem per dies facti. in C.
Vtique eius rei cauſa per dies comitiales Senatum habuerunt. Ep.
Tamen te penitus rogo, ne te viæ per hyemem niſi bene firmum committas. Ep.
Neque tamen dubitò, quin per eos dies matutina tēpora lectiunculis conſumpſeris. Ep.
Binæ venationes per dies quinque magnificæ. Ep.
Peragro. Neque propria vis, neque tranſlata huius verbi in vulgus nota eſt, ſignificat enim iter faciendo omnia loca luſtrare.
Plato Ægyptum peragrauit. de Fin.
Agros & nemora peregrare. de Ar.
Cùm quidam omnes prouincias ſe peregraſſe gloriaretur. de Or.
Cilices, qui campos & montes hyeme & ęſtate peragrant. de D.
Peragrare, luſtrare, pedibus obire. de Fin.
Et ob eam cauſam vrbe relicta rura peragrantes ſæpe ſoliciti ſumus. Off.
Eloquentia omnes peragrauit inſulas, & peregrinata tota Aſia eſt. de Cla.
Paſſim omnes latebras ſuſpicionum peragrare dicendo. pro Cæl.
Oratorem dicendo peragrare per animos hominum, ſenſus, mentéſque petractare. de Or.
Maria claſſibus peragrare, pedibus montes. Or.
Fama de interitu Clodij fines imperij Rom, iam peragrauit. pro Mil.
Cn. Pompei res geſtæ omnes gentes cum clariſſima victoria terra maríque peragrarunt. pro Cor.
Percello.

Percello. Huius verbi niſi præteritum perculi & perculſus apud Cic. eſt: ſignificat autem perturbare, affligere, deijcere.

Hæc te vox non perculit? non perturbauit? I. V.

Quæ quamuis etiam mediocrium delictorum conſcientiam perculiſſent. pro Mil.

Ne adoleſcentiam plenam ſpei maximæ perculiſſe atque afflixiſſe videamini. pro Cæl.

Iijſdem machinis ſperant me reſtitutum poſſe labefactari, quibus antea ſtantem perculerunt. pro Do.

Mars communis, qui ſępe ſpoliantem iam & exultantem euertit & perculit ab abiecto. pro Mil.

Quos amiſimus ciues, eos Martis vis perculit, non ira victoriæ. pro Mar.

• *Percrebreſco.* Verbum hoc nondum ſatis percrebuit: paucis enim in ore eſt. (pit eſſe. I V.

• Res percrebuit, in ore atque ſermone omnium cœ-

Cum hoc percrebreſcit, plurimos noſtros amicos inueniri. At.

Cùm voces nefariæ percrebuiſſent, quæ &c. pro M.

Quod cùm percrebuiſſet, Pythias quidam. Of.

• Fama ipſa, quæ de tua voluntate percrebuit, magnam es laudem conſecutus. Ep.

Cùm hęc fama de cupiditate noſtrorum hominum percrebuit. in V.

Opinio apud exteras nationes omnium ſermone percrebuit. in V.

• *Percutio.* Neque hoc verbo vulgus vtitur, vt Latini ſunt vſi, putant enim plerique idem valere quod Verbero: ſed vſu differt, non enim dicimus, gladio, ſecuri, lapidibus aliquem verberare, ſed percutere. Verbero enim virgis, aut fuſtibus. Percuſſio inſtrumentis fit, quibus vulnera grauiora infliguntur, aut occiduntur homines.

Rabocentum Beſſicæ gentis principem ſecuri percuſſiſti. in P.

Deinde gladio percuſſus eſt ab vno de illis. pro Mil.

A quibus ille ſe lapidibus appetitum & percuſſum eſſe dixit. pro Dom.

M. Æmi-

M. Æmilium lapide percuſſum eſſe conſtat. Or.
Non quæro quis percuſſerit, cuius manu ſit percuſſus non laboro. pro S. R.
Hunc igitur Iupiter fulmine non percuſſit. de N.
Turres de cœlo eſſe percuſſas. in C.
Tranſlatè. Is cùm ad me Laodiceam veniſſet, repentè percuſſus eſt atrociſſimis litteris. E.
Qui vos mortuos inani cogitatione percuſſit. pro M.
Quodcunque noſtros animos probabilitate percuſſit. Tuſ. (eſt.
Perduco, pro Adduco aliquem ad aliquid, tritum non
Aiacem quidem ira ad furorem mortémque perduxit. Tuſc.
Octauius veteranos perduxit ad ſuam ſentẽtiam. At.
Perducere aliquem ad ſuas conditiones iniquis rationibus. pro Q.
Expoſitis ſuis difficultatib. hominẽ ad H. S. LXXX. perducit, eámque ei pecuniam numerat. I. V.
Scaptius rogat, vt eos ad talenta ducẽta perducam. A.
Perducere ad, aut *vſque ad*, quod vulgus nunc dicit per Extendere.
Is ad centeſimum annum vitam perduxit. de S.
Ita vſque ad aſſum vitulinum opera perducitur. E.
Perfugium. Vſitatius eſt Ciceroni hoc nomen quàm Refugium: noſtris contra, ita ſic ab eo eius vſum licet diſcamus.
Spero hunc locum eius fortunæ miſeræ atque iactatę portum ac perfugium futurum. pro Clu.
Tota domus, quæ ſpectat in nos ſolos, neque aliud poteſt habere perfugium. Off.
Perfugium & prę ſidium ſalutis reip. pro R.
Munite communem arcem bonorum, obſtruite perfugia improborum. pro Syl.
Hęc ſtudia rebus aduerſis perfugium ac ſolatium prębent. pro Ar.
Domus commune perfugium. in C.
Somnus eſt perfugium omnium laborum ac ſolicitudinum. de D.
A portu & perfugio excludere aliquem. Ep.
Poſtre-

Poſtremo illo deſperatiſſimo perfugio vti poſſet.in V.
Senectuti verò celebrandæ quod honeſtius poteſt eſſe perfugium? item, Vnum perfugium, vna ſpes reliqua eſt. S. R. (Tuſ.
Portum potius paratū nobis & perfugium putemus.
Perfundo. Quoniam nos rarius transferimus hoc verbum ad ea,quę rebus quaſi aqua perfunduntur,Cicer. auctore, quemadmodum fieri debet,diſcamus.
Multitudo audiens ducitur oratione, & quaſi voluptate quadam perfunditur. de Clar.Or.
Perfundere animum voluptate. Tuſc.
Perfundere aliquem voluptate. de Nat.
Phalerę us ſuauis fuit,ſed ſuauitate ea, qua perfunderet animos,non qua perfringeret. de Cl.
Dij immortales qui me horror perfudit! At.
Mihi videris veluti vna mercede duas res aſſequi velle:nos iudicio perfūdere,accuſare autem eos,à quibus mercedem accepiſti. pro S. R.
Perfungor. Fero aut perfero aliquid, idem quod defungor, tritum nunc non eſt.
Nam dum ſumus in his incluſi compagibus corporis, munere quodam neceſſitatis & graui opere perfungimur. de Sen.
Mihi iam optanda mors eſt perfuncto rebus ijs, quas adeptus ſum, quaſque geſſi. in A.
Ætas noſtra perfuncta rebus ampliſſimis. de C.
Senex perfunctus honoribus & reipubl. muneribus, de Or.
Qui eadem pericula, quibus nos perfuncti ſumus, ingrediuntur. pro Mar.
Cum & honoribus ampliſſimis, & laboribus maximis perfuncti eſſemus. Ep.
Reminiſcere illam omnibus bonis perfunctā eſſe. E.
Reſpub.perfuncta eſt hoc miſero fatalique bello. pro Mur. (pro Dom.
Ab Hercule iam perfuncto laboribus ſacra didiciſſe.
Cæteris verò nulla perfunctis propria moleſtia. Ep.
Aut quod ſe perfunctos iam eſſe arbitrantur, cum de reo iudicârunt. pro Clu.
Equi-

Equidem iam perfunctus ſum, expleui animos inuidorum. pro Dom.

Vt mihi tam multa pro ſe perpeſſo atque profuncto concederet. Ep.

Et dignitatem perfuncturus es. At.

• *Perhorreſco*. Quid ſignificet hoc verbum, & exprimat, facilè exempla declarabunt, ſed non vulgatum eſt.

Nemo ciuis eſt, qui hos non oculis fugiat, auribus reſpuat, animo aſpernetur, recordatione denique cōſulatus veſtri perhorreſcat. pro Seſt. in P.

Tu illius diei memoriam non perhorreſcis? in A.

• Tu imagines ipſas non perhorreſcis. de Or.

Tum lamētationem matrumfamilias, tum fugam virginum ac puerorum perhorreſco. in C.

Quorum frequentiā & conceſſum non modò Quintius, qui de capite decernit: ſed quiuis qui extra periculum ſit, perhorreſcat. pro Qu.

Etſi quidem eſt in vitio, diſſolutionem naturæ tam valde perhorreſcere. de Fin.

Non ſolum commoueor animo, ſed etiam toto corpore perhorreſco. in V.

Sed quid eſt tandem quod perhorreſcas? At.

• *Periclitor*. Periculum facere aut ſubire rei alicuius: ſed vulgus ſæpius idem per Experior ſignificat, quàm Periclitor.

Homines in prælijs belli fortunam tentare, ac periclitari ſolent. in V.

Non eſt ſæpius in vno homine ſalus periclitanda reipub. in C. • (eſt. pro Q.

Omnia circumſpexit Quintius, omnia periclitatus

Periclitari omnium iura, ſi ſimilitudines accipiantur, id eſt, periculum ſubire. de In.

Subeundus vſus omnium, periclitandę vires ingenij, & illa commentatio incluſa in veritatis lucem proferenda. de Or.

Mihi non eſt difficile periclitari, &c.

Babylonij CCCCLXX. millia annorum in periclitandis experiundíſque pueris, quicunque nati eſſent, poſuerunt. de D.

Itaque

Itaque potius periclitari volui, ſi poſſem mea præſentia exercitum facere meliorem, quàm nimis cautus videri. E.

Vt vtamur quaſi aquis tentatis, ſic amicitijs aliqua ex parte periclitatis amicorum. de Am.

Periclitemur (ſi placet) in ijs quidem exemplis, in quibus, &c. Off.

• *Periculum.* Quidam modi loquendi proprij Latinorum ſunt, quos vulgus rarius vſurpat, vt periculum eſſe ne, &c. pro quo magis in ore habent, Metuendum eſt, Timendum eſt ne.

Quæ qui recordetur, aut ſanè periculum eſt, ne &c. Tuſc.

Ne mouear, &c. periculum non eſt.

Nullum periculum non eſt, ne quid tu, &c. de Or.

Summum erat periculum, ne, ſi nihil impetrarent, à ſenatu alienarentur. Att.

● *Suo, aut alicuius periculo aliquid facere*, dixerunt ij, qui puriſſimè ſunt loquuti: qui verò ab ijs diſcedunt, aliter loquuntur: vt, Suo damno, Suo, ſumptu, Alicuius damno aliquid facere. Latini verò ſic ſunt loquuti.

Sumptu periculóque ſuo armatam nauem aliquò mittere. in V.

Periculo ſuo verſari in aliqua re. in V.

Quid tu meo periculo gurges patrimonij helluabare? pro Seſt.

Brutus ſcripſit rem illam ſuo periculo eſſe. At.

Iniuſtè facis, ſi putas periculo noſtro viuere tuos contubernales. pro Flac.

Ego, qui periculo reipub. viuebam. pro Seſt.

Quòd equidem tibi nummi meo periculo ſint. At.

Sed etiam atque etiam dico, tuo periculo fiet. At.

Dux enim ſuo periculo progredi cogitat. de L.

• *Periculum facere*, Experiri tritum non admodum eſt.

Facere periculum innocentię alicuius. I. V.

Tu verò qua in re ſpecimen cæteris aliquod dediſtis, quando tutè tui periculum feciſti? in V.

Si quis fortunæ muneribus ampliſſimis ornatus, ſæpius

ſæpius eius deæ periculum facere nollet. de Pro.
Fac huius odij tanti ac vniuerſi periculum, ſi audes. in P.
Qui quotidie periculum fortunæ facit. I. A.
Dij diſcriminum periculorúmque comites. de N.
Maximo in periculo res eſt. At.
Domitium periculo obſidionis liberari cupio. At.
Adire periculum capitis. pro S. R.
Qui niſi à gubernaculis receſſerint, maximum ab vniuerſo naufragio periculum eſt. Ep.
Si ei ſubitò ſit allatum periculum, diſcriménque patriæ. Offic.
Atque id erat periculum, de cuius, &c. in A.
Adducta eſt enim res in maximum periculum, & etiamnum penè diſcrimen. in A.
Ita fiet, vt meo periculo ſemper peccet Antonius. in (A.
Perimo, pro occido, ſupprimo, tollo, diuulgatum non eſt, prǽſertim cûm etiam inanimis tribuitur.
Nec poteſt eſſe miſer quiſquam ſenſu perempto. Tuſ.
Sin autem perimit ac delet omnino; quid melius?
Si ludi non intermiſſi, ſed perempti atque ſublati ſunt? de Ar.
Si mihi vis aliqua maior reditum peremiſſet. pro Pl.
Si cauſam publicam mea mors peremiſſet. pro S.
Vbi tam teneras volucres matrémque peremit. de D.
Luna, &c. ſtellanti nocte perempta eſt. de D.
Nec vos vlla mortis vnquam fata periment. de V.
Perinde, idem penè valet quod ęquè, & conſequuntur vtrumque eædem voces, vt, Quaſi, ac, atque: vulgò verò non perinde notum eſt, vt æquè.
Non poſſum dicere, me hęc perinde vt dicam diſcenda eſſe, dicidiſſe. de Or.
Sed hæc omnia perinde ſunt, vt aguntur.
Habes à patre munus magnum, ſed perinde erit vt acceperis. Off.
Benefacis cum id efficis, mihi crede, perinde vt tu exiſtimare non poſſes. At.
A te peto, vt meas iniurias perinde doleas, vt me exiſtimas dolore tuas ſolere. E.

Perinde,

Perinde, quaſi. Atque hæc perinde loquor quaſi debueris. pro Q.

Perinde ſtultiſſimum regem in luctu capillũ ſibi euellere, quaſi caluitio mœror leuaretur. Tuſ.

Quod nunquam factum eſt, perinde quaſi factum ſit confirmare. pro Q.

Metelli ſperat ſibi quiſque fortunam, perinde quaſi certi quicquam ſit in rebus humanis, aliter proinde quaſi. Tuſ. & in V. (At.

Perinde ac. Quod ego perinde tuebar, ac ſi vſus eſſem.

Perinde habeo, ac ſi ſcripſiſſes nihil eſſe. At.

Perinde habere aliquid, ac ſi non eſſet. Par.

Perinde ac ſi, &c. perinde dicemus. pro S. R.

Perinde ac ſi iam vicerint. E.

Philoſophia non perinde, ac de hominum eſt vita merita, laudatur. Tuſ.

Perinde atque. Vereor, vt hoc quod dicam, non perinde intelligi auditu poſſit, atque ego ipſe cogitans ſentio. pro Mar.

Permiſceo, idem quod Admiſceo, Miſceo: ſed non æquè notum, atque vſitatum.

Ne tuas ſordes cum clariſſimorum virorum ſplendore permiſceas. in Vat.

Et illa excellens opinione fortuna cum laboribus & miſerijs permiſta eſſe videatur. de Or.

Interualla longa & breuia, quibus implicata & permiſta oratio eſt. Or.

Ego fructus magna acerbitate permiſtos tuli. pro P.

Oratio permiſta & temperata numeris.

Non modò illa permiſcuit, ſed etiam in his turbauit. in V. (nique parerent. pro Pl.

Omnia potius permiſcuerunt, quàm ei legi conditio-

Cuius immanitas naturę, ne vino quidem permiſta temperari ſolet. in Ac.

In qua temperatione animum vniuerſę naturæ temperans permiſcebat. de Vn.

Permulceo. Demulceo ſignificat: ſed vulgatum non eſt.

Duæ ſunt res quæ permulcent aures, ſonus & numerus. O.

Rum

Eum, qui audit permulcere atque allicere. de Or.
Auram, quam flatu permulcet ſpiritus auſtri. de N.
At ille pellit, qui permulcet ſenſum voluptate. de F.
Nam lædũtur arteriæ, ſi antequam leni voce permulſæ ſint, acri clamore compleantur. ad Her.
Præterita enim ætas, quamuis longa, nulla conſolatione permulcere poſſet ſtultam ſenectutem. de Se.
Permutare pecuniam, *& permutatio*. Modi loquendi valde ignoti noſtris hominibus, idem enim valent, quod vulgus ſuo more dicit. Pecuniam accipere de menſa: pecuniam hic aut alibi accipere, quę alio loco reddatur: Flandrorum lingua, Gelt nemen op wiſſel. *brief*. ter banck.
Quare velim permutetur Athenis, quod ſit in annuũ ſumptum ſatis. M. At. (poſſit. At.
Sed quæro quod illi opus erit Athenis permutari, vt
Ipſi permittam de tempore nummorum, quantum opus erit, vt permutetur, tu videbis. At.
Scripſerat vt XII. H. S. permutaret, tantum eſſe reliquum de Argento. At.
Quæ quò plus permutaſti ad fructum inſularum. A.
Significat quoque id, quod imperiti nunc dicunt: Dare pecuniam ad menſam: dare pecuniam, vt alibi reddatur. (&c. Item.
At permutata aliquando pecunia eſt, ductæ merces.
Ait ſe curaſſe, vt cum quæſtu populi pecunia permutaretur. Ep.
Permutatio. Ego rationem Philogeni permutationis eam, quam tecum feci, edidi. At.
Ibi per paucos dies, dum pecunia accipitur, quę mihi ex publica permutatione debetur, commorabor. F.
Quadrantaria permutatio. pro Cœl.
Partim emptiones, &c. partim permutationes ad hũc Tuſculanum montem extruendum. Or.
Pernocto, pro hoc verbo multis in ore: Tota nocte dormire alicubi, nocte alicubi eſſe. Cicero verò ſic eſt locutus. (noctauit in publico. in V.
Senator pop. Rom. in veſtro oppido iacuit, & pernoctabant ad oſtium carceris.
Matres miſeræ pernoctabant ad oſtium carceris.

Sedulius

Sedulius propter inopiam tecti, in foro pernoctans, pro Dom. (cantur. pro Arch.
Hęc ſtudia pernoctant nobiſcum, peregrinátur, ruſti-
Cùm hic apud mulierculam quandam pernoctaret, & ibi diem poſterum commoraretur. pro Clu.
Pernoctant venatores in niue. Tuſ.
Animum cum his habitantem pernoctantémque curis, &c. Tuſ. (lum. Tuſ.
Bis in die ſaturum fieri, nec vnquam pernoctare ſo-
Perpetuitas, pro ea re, quæ continua, & immutabilis eſt, ab vſu nunc prorſus intermiſſum.
Maluscuſtos diuturnitatis, metus; contráque beneuolentia fidelis eſt, vel ad perpetuitatem. Off.
Magis voluntatis perpetuitatem, quàm promiſſorum exitum expecto. Qu. Fr.
Vt conſtare in vitæ perpetuitate poſſimus nobiſmetipſis. Off. (N.
Quod perpetuitatis cauſa machinata natura eſt. de
Non ex ſingulis vocibus Philoſophi ſunt ſpectandi, ſed ex perpetuitate atque conſtantia. Tuſ.
Qui autem diffidit perpetuitati bonorum, timeat neceſſe eſt. de Fin.
Perpetuitas & conſtantia dictorum. Tuſc.
Perpetuitas conſequentis temporis. Tuſc.
Perpetuitas & quaſi conuerſio orationis) (Oratio membris interciſa. de Or.
In perpetuitate dicendi. de Or.
Genus facetiarum, quod in perpetuitate ſermonis eſt. de Or.
Perpetuitas pro immortalitate. de Vn.
Perpetua oratio, diſputatio, ſcriptum, hiſtoria continens eſt, & non interrupta ſermone perſonarum.
Qui omnes à perpetuis ſuis hiſtorijs, ea quæ dixi bella ſeparauerunt. Ep.
Valde ſum cupidus te in illa longiore & perpetua diſputatione audiendi. de Or.
Cato Pompeium oratione perpetua tanquam reum accuſauit. Qu. Fr.
In illo genere perpetuæ feſtiuitates. de Or.

Hortenſius autem vehementer admirans, quod quidem perpetuo Lucullo loquente fecerat. Ac. (de Or.

Perquàm, pro valde, admodum vſitatum nunc non eſt.

Quod mihi quidem perquàm puerile videri ſolet.

Hoc perquàm optandum nobis.

Sic illud perquàm breuiter perſtrinxi.

Perquàm flebiliter Vlyſſ.lamẽtatur in vulnere. Tuſ.

Hic quàm ille dignior perquã graue eſt dictu. pro P.

Illud verò perquàm inane. Tuſ.

Perſcribo. Paucis cõſtat hoc verbo ſignificari ea, quæ in tabulas referuntur, aut priuatas, aut publicas: vt,

Pecuniam in ædem ſacram reficiendam ſe perſcripſiſſe dicunt. pro Flac.

Æquè enim tabulæ condemnantur eius, qui verum non retulit, & eius, qui falſum perſcribit. pro Q. R.

Egóne hanc manum impellere potui, vt falſum perſcriberet nomen? Ibid.

Rationes enim perſcriptæ erant ita ſcitè, & litteratè, vt ſcriba, &c. in P.

Conſtitui ſenatores, qui omnium iudicum dicta perſcriberent. pro Syl.

Et quoniam nondum eſt perſcriptum ſenatus conſultum, ex memoria vobis, Quirites, quid Senatus cenſuerit, exponam. in C.

Senatus auctoritas eſt perſcripta. Ep.

Ijs verbis ea ad me Senatus auctoritas declarata eſt, vt nemini ſit triũphus honorificentiùs quàm mihi ſalus, reſtitutióque perſcripta. in P.

Et eundẽ id, quod in auctoritatibus perſcriptis extat, ſcribendo affuiſſe. de Or.

Perſequor. Latè ſatis hoc verbum patet: Modos verò, qui obruti ignoratione iam ſunt, ſolum perſequemur, primùm pro vindicare vſurpatur.

Iniurias ſuas per nos vlciſci ac perſequi ſtatuerunt. in V.

Qui iniurias ſuas perſequi volunt.

Is mortem eius ſe perſequi velle dixit. pro D.

Perſequi mortem alicuius. in A.

Vt tuas iniurias perſequar, id eſt, à te factas. pro C.
Cùm pœnas à ſeditioſo ciue per bonos viros iudicio perſequi vellet. Ep.
Perſequi, ij dicuntur quoque qui oratione aliquid cō-ſectantur ſiue ſcribendo, ſiue dicendo.
Brutus ſic Philoſophiam Latinis litteris perſequitur, nihil vt: &c. Aca.
Perſequi omnia litteris. E.
Has res Xenophon commodiſſimè perſecutus eſt in eo libro, qui &c. Off.
Perſequi tenuiſſima quæque. pro Cœl.
Nunc reliquorum Oratorum ætates & gradus perſequemur. de Cla. (de N.
Epicurus voluptates perſequitur omnes nominatim.
Nec ſum copiam quam potui, &c. perſecutus. de F.
Longum eſt perſequi cęteros &c. in A.
Is diligentiſſimè res Annibalis perſecutus eſt. de D.
Qui conſuetudine & celeritate ſcribendi facillimè, quæ dicerentur, perſequi poſſent. pro Syl.
Quæ verſibus perſecutus eſt Ennius. de Sen.
Perſtringere aciem, oculos, nota hæc ſunt: ſed dicendo aliquem deſcribere, reprehendere, non percrebuit apud omnes.
Vt eos, quorum ſcelere eſſem violatus, vocis libertate perſtringerem. pro Seſt.
Ille L. Craſſi voluntatem aſperioribus verbis ſæpè perſtrinxit impunè. pro Plan.
Nemo vnquā me tenuiſſima ſuſpicione perſtrinxit, quem non præuerterem, pro Syl.
Breuiter, celeriter, leuiter, aut perſtringere ſine adiunctione, pro Breui, paucis dicere aliquid.
Rei magnitudo me breuiter perſtringere atrocitatem criminis non ſinit. in V.
Si quid eſſet illud, perquàm breuiter perſtrinxi atque attigi. de Or.
In animo eſt leuiter tranſire, aut tantummodo, perſtringere vnamquamque rem. pro S. R.
Nunc reliquum curſum videte, quem quidem celeriter perſtringam: ad ea enim, quę &c. feſtinat

animus. in A.
Conſulatus meus illum leuiter perſtrinxit. de Cla.
Itaque perſtringam ſine vlla contumelia. Ar.
Pertineo. Quę propria vis ſit huius verbi vulgò ignoratur, ea enim eſt, quam vulgus vocabulis Peruenire, Tendere, Extendere, Ire, Attingere, nūc profert, quæ locum non habent, cum ſignificandum aliquid eſt, quod diffuſum ſit in longitudinem aut latitudinem: propriam itaque vim & vſum à Cicerone diſcamus.
Viæ quæ pertinent ad iecur, eique adhærent. de N.
Venæ in omnes partes corporis pertinentes. item:
Nerui toto corpore pertinentes. ibid.
Aſpera arteria ad pulmones vſque pertinet. de N.
Quę poteſt igitur contagio ex infinito penè interuallo pertinere ad lunam, vel potius ad terram? de D.
Ratio quædam pertinens per omnium rerum naturam. de Nat.
Vis quædam ſentiens atque diuina, quæ toto confuſa mundo eſt. de D.
Vis vitalis per omnem mundum pertinens. de N.
Deus pertinens per naturam cuiuſque rei, per terras Ceres, per maria Neptunus.
Vt ſi iam concedamus aliquid vim cæleſtem ad eos, qui in terra gignuntur, pertinere. de D.
Perturbo, pro Confundo, rebus attributum, diuulgatum non ſatis eſt.
Non diſcerptis ſententijs, non præpoſteris temporibus, non confuſis perſonis, non perturbato ordine. de Or.
Ita perturbatis ſacris, contaminatis gentibus, factus es filius, &c. pro Dom.
Id ita perturbatum, itaque permutatum eſt. de Ar.
Vt perturbem ætatum ordinem. de Cla. Sic:
Perturbatio. Quicquid peccatur, perturbatione peccatur rationis atque ordinis. Parad.
Omnis perturbatio & rerum motus cernitur. Off.
Perturbatio vitæ, & magna confuſio. de N.
Peruado. Nulli hoc verbum noſtrorum hominum notum

tum eſt, niſi qui ab optimis auctoribus latinè loqui didicerunt.
Cernitis iudices quantum incendium per agros peruaſerit. in V. (ſerat. pro Dom.
Opinio, quę per animos gentium barbararum perua-
Nulla ora tam deſerta, quo nulla illius diei fama peruaſerit. pro Pom.
Quas oras maximè, quaſi morbus quidam, illius furor peruaſerat. pro Syl.
Pars eius belli in Italiam peruaſerat. in V.
Ne quid in aures, quod noceat, poſſit peruadere. de N. (dere videbatur. in V.
Quacunque iter fecit, vt quædam calamitas perua-
Peruagatus, a, um. Nihil minus peruulgatum eſt quàm huius vocis vſus, cum ea Latini nominare ſolent id, quod omnibus commune, notum & peruulgatum eſt.
Hæc cauſa apud Græcos peruagata eſt. de In.
Vulgaris & peruagata declamatio. pro Pla.
Res peruagata & vulgaris. O. (& in V.
Pars autem eſt peruagatior, id eſt, communior. de In.
Commune & peruagatum vitium. de Or.
De communibus & peruagatis rebus loqui vel audire. de Or.
Vulgare, quotidianum, peruagatum. de Or.
Peruagatus pro diuulgato. pro Plan.
Peruagata, aliter peruulgata. de Or.
Longè & latè peruagata bona)(Anguſta. To.
In re tam clara, tam teſtata, tam abs te ipſo peruagata, tabulas publicas corrumpere auderes. in V.
Illuſtris & peruagata fama alicuius rei. pro M.
Peruerto. Vulgò notum non eſt, vſurpari à Latinis ſæpe eadem ſignificatione, qua Euerto, Inuerto.
Craſſus hoſtium vim ſeſe peruerſurum putauit, peruertit autem ſuam. de D.
Tum viſam belluam immanem, quacunque incederet, arbuſta, virgulta, tecta, peruertere. de Ar.
Cecidítque, cùm eos imitari cœpit, quos ipſe peruerterat. de Cla.

Qui ſacra occulta inexpiabili ſcelere peruertit. de
Quintius Iunium peruertit. pro Clu. (Ar.
Oreſtes, niſi attulerit facti rationem, peruertit defenſionem. ad Her.
Quidam propoſitis malorum & bonorum finibus, officium omne peruerterunt. Off.
Temeritas C. Cęſaris, qui omnia iura diuina & humana peruertit. Off.
Peruulgo, pro omnibus cōmune facere, edere, & proponere aliquid, omnibus tritum non eſt.
Illas tabulas deſcribi ab omnibus ſtatim librarijs, diuidi paſſim & peruulgari, atque edi populo imperaui. pro Syl.
Præmia virtutis cum improbis communicari, & cum mediocribus hominibus peruulgari non oportet. de In. (Or.
Veteres illi peruulgari artem ſuam noluerunt. de
Tu verò peruulgaſ Hircium. At.
De re in vulgus peruulgata loquitur. de Fin.
Mulier quæ ſe omnibus peruulget. pro Cæl.
Peto, Proficiſcor, iter facio ſæpe ſignificat, quod exēplis declarandum eſt, quia ea ſignificatione vulgus rariùs vtitur.
Grues loca calidiora petentes, mare tranſmittunt. de
Crotonem petemus. At. (Nat.
Per Macedoniam Cyzium petebamus. Ep.
Naues Rhodum petentes vidi. Off.
Iter à Vibone Brunduſium petere contēdi. pro Plan.
Dyrrhachium petere contendi. ibid.
Placet. Qui huius verbi vſum ignorāt, pro placet, bonum videtur, vſurpant: Latini verò hoc modo.
Itáque poſtridie placuit, vt breuiter ſententias diceremus. Ep. (explicarem. de Or.
Poſtea mihi placuit, eóque ſum vſus adoleſcens, vt
Canutio placuit repentè iudices pronunciare. pro Clu. (nætio. Off.
Quod ſcribere non auderem, niſi idem placeret Pa-
Vt doctiſſimis ſapientiſſimíſque placuit. de D.
Nam non placet Stoicis, &c. Ibid.

Vtrum

Vtrum igitur percurri omnem Epicuri diſciplinam placet? de Fin. (&c.ad Her.
Placitum eſt. Ita nobis placitum eſt, vt ſcriberemus.
Cùm in his verſarer anguſtijs, placitum eſt mihi, vt poſtularem legationem D.Bruti. Ep.
Placitum eſt mihi, vt Brunduſium ducerem hanc copiam, &c. item. (retur. E. At.
De prouincijs placitum eſt, vt coram Pompeio age-
Plus. Vis nota ſatis videtur, ſed vſus non item. Nam vulgus rarò præponit illi ablatiuum, cum accuſatiuo iungit nunquam, deinde Plus vt Amplius, ſingulari numero pro plurali ſæpe vſurpatur: nos verò ſemper numeri rationem habemus, quaſi nunquam aduerbium eſſet.
Ego te nimio plus diligo. At.
Affuit, ſed non plus duobus aut tribus menſibus. F.
Moleſtum eſt, vno digito plus habere. de Nat.
Nunquam Romæ plus triduo fuit. pro S. Roſ.
Dimidio plus ſcripſit Clodia. At.
Addicitur medimnis M M. dimidio ferè pluris, quam anno ſuperiore. in V.
At tecum anno plus vixit. pro Quint.
Accuſatiuo iunctum. Non plus annum poſſunt aſſequi, quod volo.
Vt hoc noſtrum deſiderium, ne plus ſit annum. At.
Hoc eſt non plus annum obtinere prouinciam. At.
Ferre plus dimidiati menſis cibaria. Tuſ.
Aduerbialiter. Fieri non poteſt, vt plus vna vera ſit. de N. (Aca.
Sentio in colũba plures videri colores, eſſe plus vno.
Tribunum plebis plus viginti vulneribus acceptis iacentem vidiſtis. pro Seſt. (Acad.
Neque enim plus, quàm tres aut quatuor reliqui ſunt.
Pondus. Nota quidem eſt propria vis huius nominis: ſed quidam modi loquendi eo fiunt, quos vulgus rarò vſurpat, vt, Magnum, grande pondus auri, argenti, &c.
Magnum optimi pondus argenti. in A.
Grande pondus argenti. pro Cæcin.

Magnum auri pondus. de Sen.
Aureum amiculum grandi pondere. de N.
Audiſtis ex ęde Mineruæ grande auri pondus ablatum. in A. (pro Rab. P.
Tu tanto pondere auri diſceſſum illum ſuſtentaſti.
• *Pondus*, idem eſt quod momentum, auctoritas, quod Barbari valorem dicunt. (Top.
Perſona nō qualiſcumque teſtimonij pondus habet.
Id maximi momenti eſt & ponderis. I. Vat.
Quòd in vtránquepartem in mentē multa veniebant, magnum pondus acceſſit ad tollendam dubitationem, iudicium & conſilium tuum. Ep.
Sed idem ſcribit, meas litteras magnum pondus apud te habituras. Ep.
Sed tuæ litteræ maximi ſunt apud me ponderis.
Sin minus plures cauſę, & maiores ponderis plus habebunt. Off.
Ea non ita magni ponderis apud me eſſe debent. pro Pl. (At.
Eius filius eodem eſt apud me pondere, quo fuit ille.
Addis etiam iis qui pondus habent, factum noſtrum probari.
Σχήματα in verbis pingendis habent pondus. de C.
• *Pono*. Plurimis rebus hoc verbum tribuitur. In quibus verò vſus & vis vulgò ignoratur, hęc ſunt. Primùm, ponere, dare, concedere aut efficere in diſputationibus ſignificat, quod Barbari ſupponere dicunt.
Sed primùm poſitum ſit, noſmetipſos commendatos eſſe nobis. de Finib.
His igitur ita poſitis, ſequitur magna contentio, quæ pertractata eſt à Peripateticis molliùs. Secundo de Fin.
Poſitum ſit igitur imprimis, quod poſt magis intelligetur, ſine Philoſophia non poſſe effici, quem quærimus, eloquentem. in Orat. ad Brutum.
• Sic *Ponere quæſtionem, aut aliquid*, quo alij proponere quęſtionem, proponere de quo diſputetur.
Ponere iubebam, de quo quis audire vellet. Tuſ.

Qui mihi nunc vos, inquit Craſſus, tanquam alicui Græculo otioſo & loquaci, & fortaſſe docto atque erudito quæſtiunculam, de qua meo arbitratu loquar, ponitis. de Or.

Ponere tempus, ſtudium, curam in aliqua re.

Ponere multum operę in aliqua re. de C.

Ponere tempus in aliqua cogitatione vel negotio. de Or.

Ponere tempus in aliquo loco. At.

Ponere tempus in aliquo magno officio. Epiſt.

Nonis Maij in Ciliciam cogitabam. Ibi cum Iunium menſem conſumpſiſſem, Quintilem in reditu ponere. At.

Babylonij CCCCLXX. millia annorum in periclitandis experiundíſque quicunque nati eſſent, poſuerunt. de D.

Ponere diem cum aliquo. Ep.

In quibus multum operę ſtudijque ponēdum eſt. Off.

Ponere totum animum, aut omnem curam, operā, diligentiámque ſuam in aliquo negotio. pro Mur.

Reſpub. in qua omnis mea cura, cogitatio, opera poni ſolebat. Off.

Ponere ſe totum in contemplandis rebus. Tuſ.

Sed tantum ſtudium, tamque multam operam ponendam in eo non arbitrantur. de Fin.

In laude, in vitio, metu aliquid ponere, pro Laudare, Vituperare, metuere. In loco beneficij, criminis, pro Accipere tanquam beneficium, crimen objicere.

Ipſum latinè loqui in magna laude ponendum. de Cl.

Conſilio iuuare ciues magna in laude ponendum eſt. Top.

Neque ego hoc in tua laude pono. in Ver.

Confidens mala conſuetudine loquendi in vitio ponitur. Tuſ.

Ponere aliquid in loco beneficij, vel teſtimonij, vel iudicij. Ep.

Ponere aliquid loco ſceleris. Ep.

Obijcere aliquam rem in magnis criminibus. I. V.

Non continuò, ſi quis motus populi factus eſſet, id C. Norbano in nefario crimine atque in fraude capitali eſſe ponendum. de Or.

Hoc in aperto delicto poſitum eſt. ad Her.
• *Ponere beneficium, aut aliquid, apud aliquem* bene vel malè ponere, quod Flandrica lingua dicimus: Wel oft qualick eenige deucht iemant doen.
Ponere beneficium apud ingratos homines. E.
Bene ponere beneficium apud aliquem.
Bene ponere ſtudium ſuum, officium apud aliquem.
Apud ipſum præclariſſimè poſueris.
Quare non ἀίχεται induſtria tua, ſed præclarè ponitur. At.
Operam apud aliquem optimè poni. Q. de Pet.
• *Ponere*, pro Æſtimare, tribuere aliquid alicui.
Ponere aliquid in minimis. Ep.
Ponere mortem in malis. de Fin.
Ponere multũ in aliqua re, id eſt, magni ęſtimare. Ac.
Tantum ego in excellente oratore pono eſſe ornamenti vniuerſæ ciuitati. de Orat.
Credibile non eſt, quantum in prudentia tua & fide ponam. At.
Popularis meus, tuus, ſuus, alicuius, vt Ciuis meus, tuus, &c. ſignat id quod vulgò dicitur Conterraneus: Gẽtilis non ciuem, aut popularem, ſed qui aut eadẽ gente ortus eſt, aut eodem nomine vocatur. Populares rectè etiam poſſe ij omnes appellari videntur, qui nõ tam mœnibus, quàm legibus, aut principe, & rege, aut lingua eadem vtantur: vulgus eos Conterraneos, aut Patriotas barbarè vocat.
Seſéque non popularem alicuius loci, ſed ciuem totius mundi, quaſi vnius vrbis agnouerit. de Leg.
At hoc Thales Anaximandro populari & ſodali ſuo non perſuaſit. Acad.
Ego verò Solonis popularis ſui, & vt puto, etiam mei legem negligam. Att.
• *Portorium*, eſt vectigal quod penditur de quacunque re: ſed Portorij nomen minus notum eſt in vulgus, quàm Vectigalis.
Singulis rebus, quæcunque venirent, portorium impoſuit. in P.
Titurius Toloſæ quaternos denarios in ſingulas vini am-

ni amphoras portorij nomine exegit. pro Font.
Quę ſine portorio Syracuſis erant exportata. in Ver.
Res exportatæ ſine portorio.
Portoria Italiæ ſublata ſunt. At.
• *Portitor*, qui portorio aut vectigali exigendo præeſt.
Ciues, qui non tam de portorio, quam de nonnullis iniurijs portitorum querebantur. Qu. Fr.
Decemuiros portitores omnibus omnium pecunijs conſtitui. contra Rull.
- Quæſtus qui in odia hominum incurrunt, vt portitorum & fæneratorum. Off.
• *Poſſum.* Præcipui aliquid ſignificare hic modus loquendi videtur, Non poſſum quin, aut, vt: quem ſi ſciret vulgus, non diceret, Non poſſum omittere, Non poſſum intermittere, ego debeo ſcribere.
Non poſſum quin exclamem, vt ait ille in Trinummo, ita mihi vim oratoris exprimere ſubtiliter viſus es. At. de Or.
• *Poſt hominum memoriam, Poſt homines natos:* hos verè Romanos loquendi modos ignorat vulgus, habétque pro ijs in ore, Quàm diu ſtetit mundus, Quàm diu homines fuerunt, & ab initio mundi, & neſcio quę alia, quę non à Latinis, ſed Germanis aut Gallis prodierunt.
O poſt hominum memoriam fortiſſimi conſules! At.
Cicero magnificentiſſ. poſt hominum memoriam conſul factus. in Vat.
Inſtat poſt hominum memoriam paratior, vigilantior, copoſior. in Ver.
Ergo hunc vnũ eiuſmodi reũ poſt hominum memoriam fuiſſe arbitror, cui damnari expediret. Ibid.
Qui me duo ſceleratiſſimi poſt hominum memoriam non conſules, ſed latrones, non modò deſeruerunt, in cauſa præſertim publica, & conſulari, ſed prodiderunt. Poſt quam.
Pauci poſt genus hominum natum reperti ſunt, qui, &c. pro Cor. (Do.
Quid homini poſt homines natos turpiſſimo. pro
Sed res erat poſt homines natos pulcherrima. Ib.

• *Poſtulare*, pro Accuſare tritum non ſatis eſt.
Poſtulare aliquem de vi. Poſtquam.
Pylius de repetundis eum poſtulauit. Ep.
Ego Appium eadem lege poſtulaui. Ep.
Poſtulare ſeruos in quæſtionem. pro S. R.
Seſtius à Nerio de ambitu poſtulatus eſt. Q. F.

• *Poteſtas*. Dare, habere, facere, tradere poteſtatem: in poteſtate alicuius eſſe, poteſtatē alicui eſſe alicuius rei, nota & peruulgata ſunt: ſed exire ex poteſtate, non item: quod vulgus pro eo vſurpet, incidere in ecſtaſin, Exire poteſtate: vulgò, non eſſe apud ſe.

• Qui igitur exiſſe de poteſtate dicuntur, idcirco dicũtur, qui non ſunt in poteſtate mentis. Tuſ.

• Itaque iratos dicimus exiſſe de poteſtate, id eſt, de conſilio, de ratione, de mente, quorum poteſtas in totum animum eſſe debet. Tuſ.

• *Potio*, non ſolum ſignificat medicamẽta, vt vulgus putat, ſed potum, hoc eſt, id quod bibitur.
Demus ſcutellam dulciculæ potionis. Tuſ.
Cui cum ipſe poculum dediſſet, ſubitò illa in media potione exclamauit, ſe maximo cum dolore mori. pro Cl. (Deio.
Ita petunt fieri occultius in potione, vel in cibo. pro

• *Potior*.] Quod potiſſimum ſtudium linguæ Latinę poſitum eſſe debeat in obſeruandis ijs, quæ præcipua aliqua conſuetudine loquẽdi potius, quàm cõmuni ratione dicãtur, hoc verbum quoque declarat: nam cum Genitiuo ſemper iungitur à Cicer. cum ſignificat, habere imperium aut ſummam poteſtatem, Dominari, Dominum omnium eſſe, Principem eſſe aut potiri rerum, regni, ciuitatis alicuius.
An cunctar & tergiuerſer, & ijs me dem, qui tenent, qui potiuntur? At. (Fin.
Cleanthes ſolem dominari, & rerum potiri putat. de
Quod ij qui potiuntur rerum, pręſtaturi videtur. Ep.
Ciuitates quæ rerum potitæ ſunt.
Dum ea ciuitas rerum potita eſt. pro S. R.
Athenienſium potiti ſunt Spartiatę. ad Her.
Si exploratum tibi ſit, poſſe te illius regni potiri. Ep.

Potior. Aliquid potius eſſe aliqua re, aut quam aliqua res, pro Præponere, Præferre, Antecellere, tritum nunc non eſt vt olim, vt itaque fiat, vti rectè à Cicerone diſcamus.

Non quò mihi potior ſit officij mei, quâ huiuſce ſalutis defenſio. pro Mur. (tior. in A.

Mors, quę ciuibus Romanis ſemper fuit ſeruitute po-

Res eſt potior oratione. Ep.

Filius plus pollet, potiórque eſt patre. Tuſc.

Qui hæc legere aſſueuerit, iudicabit nulla ad legendum his eſſe potiora. de Fin.

Si quid eiuſmodi accideret, ne quid tibi ſit fama mea potius. At. (tent. de Of.

Illa ſemper potiora duxiſti: quę ad ſapientiam ſpecta-

Itaque ciues potiores ſunt quàm peregrini, propinqui quâm alieni. de Am.

Topice, quę ad vſum potior erat. Top.

Quid potius? id eſt, quid melius. in V.

Nemini concedo, qui tibi potior vetuſtate neceſſitudinis poſſit eſſe. Ep.

Cum in Africam veniſſē, nihil mihi fuit potius, quàm vt Maſiniſſam conuenirem regem. de Som.

Præ. Cùm aut comparationem ſignificat, aut cauſam, ignotum penè eſt in vulgus, animaduertendum itaque quo modo Cicero hac præpoſitione ſit vſus, & primum cum cauſam notat.

Non hercule præ lacrymis poſſum reliqua ſcribere.

Præ fletu & dolore. (At.

Præ ſolicitudine ac ſtomacho multa ſcribere nō poſ-

Præ mærore loqui non poſſum. pro Plan. (ſum.

Præ cupiditate officij ſui rationem non habet. in V.

Prę lucro prædáque nullius habere rationem.

Solem præ iaculorum multitudine non videbitis, & ſagittarum vmbra. Tuſ.

Præ cura iocari non poteram. At.

Comparationem ſignificat hoc modo: Illi Romam prę ſua Capua irridebant, & c. contra Rul.

Illa præclara, in quibus vtilitatis ſpecies præ honeſtate contemnitur. Off.

Qui

Qui in ipſa ſenectute præ cęteris floruiſſet. de Am.
Hegeſias verò illos Atticos præ ſe penè agreſtes putat. de Cla. (At.
Illa nihil fuerunt præ his de victoria gratulationibus.
Omnia pericula prę ſalute ſua leuia duxerunt. in Ver.
At contrà nobis non tu quidem vacuus moleſtijs, ſed præ nobis beatus.
Diuitię nec magnum bonum, & præ rectis honeſtisque contemnendum. de Fin.
Hominem prę ſe neminem putare. pro S. P.
Præ ſe neminem ducere hominem. ad Her.
Præ ſe alios pro nihilo ducere. in V.
Præcidere, pro Amputare propriè, tranſlatè verò pro Auferre, Abrumpere alijs, & pręcisè negare peruulgatum non eſt.
Cleomenes anchoras præcidi impetrat. in V.
Naues præcidere aut incendere. At.
Cotem nouacula poſſe præcidi. de D.
Cinna collegę ſui conſulis Cn. Octauij præcidi caput iuſſit. Tuſ.
Præcidere alicui manum gladio. de I.
Amicitiam decet magis ſenſim diſſuere, quàm repentè præcidere. Off.
Præcidere fiſtulas, quibus aqua ſuppeditatur alicui loco. pro Rab.
Tenedia libertas ſecuri Tenedia pręciſa eſt. Q. F.
Pręcidere & abſcindere ſermonem, vt hic, qui, &c. nolo plura dicere. ad Her. (in V.
Iam tibi maximam partem defenſionis præcideris.
Pręcidere alicui ſpem faciendi aliquid.
Per abſciſſionem ſi cum incipimus aliquid dicere, pręcidimus. ad Her.
Præcidere ſibiipſi licentiā libertatemq; viuēdi. in V.
Is ſibi ipſi reditum præcidit. in P.
Pręcide, inquit, ſtatue aliquando quodlibet. Ac.
Nunquam reo tam humili, tam nocenti, tam præcisè negaui, quàm hic mihi planè ſine vlla exceptione præcidit. At.
Præcipito. Pręceps feror, quod voce actiua paſſionem ſine

ſine adiunctione pronominis ſe, vt videtur, ſignificet, ratione Grammatica non ſit, ſed conſuetudine Latina, quemadmodum ergo Cicero vſus ſit, neceſſe eſt diligenter obſeruemus.
Suſtinenda potius omnis aſſenſio, ne pręcipitet, ſi temerè proceſſerit. Acad.
Me certè ad exitum pręcipitantem retinuiſſes. At.
Sol iam præcipitans. de Or.
Reſp. præcipitans. de Syl.
Præcipitanti reip. ſubuenire.
Vrgere iacentes, aut præcipitantes impellere inhumanum eſt. pro Mil.
Pręcipitare iſthuc quidem eſt, non deſcendere. de N.
In anno præcepitante numerum notare non poſſumus. de Or.
Fibrenus ex eo loco pręcipitat in Lirem. de Leg.
Loca vbi Nilus præcipitat ex altiſſimis montibus. de Som.
Præcipitantem igitur impellamus, & perditum proſternamus. pro Clu.
Præcipitata ætas, Senectus dicitur: ſic præceps ſenectus.
An quod adoleſcens præſtiti, cum etiam errare cum excuſatione poſſem, id nunc ætate præcipitata cõmutem, ac me ipſe retexam? Ep.
Præcipuè, Tam pauci ſunt qui huius verbi vim intelligunt, quàm qui verè Latinæ linguæ ſtudioſi: quis enim non putat idẽ valere quod pręſertim? Qui verò ſciunt ſignificationem magis cum ſingulariter conuenire, & ei opponi Communiter, Commune, Vniuerſum, Maximè, & ſimilia, ab optimis auctoribus, in quibus verſati ſunt, didicerunt.
Nihil ſibi apperit, pręcipuè Pomp. vult ſe in communi, atque eodem quo cæteri iure viuere. cont Rul.
Neque ego nunc præcipuè de conſularibus diſputo, vniuerſi ſenatus communis eſt iſta laus. pro Syl.
Labor in hoc defendẽdo pręcipuè meus eſt, ſtudium verò conſeruandi hominis commune mihi vobiſcum eſſe debet pro Rab.
Hęc vna res in omni libero populo, maximéque in pacatis

pacatis ciuitatibus præcipuè ſemper floruit. de Or.

Ergo homini, qui cæteris animantibus pręſtat, præcipuè à natura nil datum eſſe dicemus? de Fin.

Nihil tibi præcipuè timendum eſt. Ep.

Sed vereor, ne quia complures tibi præcipuè cōmendo, exæquare videar ambitione quadam commendationes. Ep. (Qu. Fr.

Nos iſti hominum generi præcipuè debere videmur.

Sic *Præcipuus, a, um*, nō maximus, vt vulgus opinatur, ſed ſingularis, & ferè idem quod proprius ſignificat, cui Communis opponitur.

Tum communibus malis, tum præcipuis oppreſſus ſum. At.

Tum communibus, tum pręcipuis patris tui periculis commouebatur. pro Syl.

Quod mihi conſuli pręcipuum fuit præter cęteros, id iam priuato cum cæteris eſt commune. pro Syl. (angi. Ep.

In communibus miſerijs præcipuo quodam dolore

Vt enim cætera paria ſint, &c. hoc certe pręcipuum Tuberonis fuit. pro Lig.

Niſi in multitudine optimorum ciuium impetus animi mei fuerit ſingularis, & opera præcipua, nihil volo, &c. Planc. Ep.

Præcipuum illum & proprium ſenſum doloris mei à ſententia dicenda amouebo. de Pro.

An meæ partes in ea cauſa non præcipuæ fuerunt? pro Dom.

Ingeneráque in primis præcipuum quendam amorem in eos qui procreati ſunt. Off.

Præcurro. Vis huius verbi non adeò obſcura eſt, vt notanda hic fuerit: ſed ſolum monere hic volui ſtudioſos, Ciceronem verbo Præcurrere ſignificaſſe, quod alij per verbum præcedere, quo nunquam eſt vſus: ſed Antecedere eius loco, aut Præcurrere.

In quo verbo & hoc obſeruandum eſt, tam accuſatiuo iungi, quàm ablatiuo, quod vulgus ignorare videtur.

Audi-

Auditio & cogitatio, quæ ſtudio & diligentia præcurrit ætatem. de Or.

Horum vterque Iſocratem ætate prçcurrit.

Efficiendum autem eſt, vt appetitus ratione obediãt, eámque neque præcurrant, neque propter pigritiam aut ignauiam deſerant. Off.

Vobis verò illum tanto minorem prçcurrere vix honeſtum eſt. At.

Ita prçcurrit amicitia iudicium. de Am.

Vt homo iners hominem diligentem prçcurrat, ſine magna negligentia fieri non poteſt. Qu. de Pet.

Prædicare, quid ſit, nimirum amplis verbis aliquid commemorare, vulgatum eſt: ſed Prædicari, Prædicamenta, trita nimis in ſcholis ſunt pro Latinis, cùm nunquam ſic Latini ſint locuti, nam quod Grçcè κατηγορεῖσθαι, Latinè dici de aliquo, Cicero vertit, κατηγορήματα, quæ in ſcholis Prædicamenta, quæ dicuntur de quodam aut quibuſdam, quod ex ipſis verbis Ciceronis poteſt intelligi. Sic enim ſcribit in Tuſculanis quçſtionibus. Libido earum eſt rerum, quç dicũtur de quodam aut quibuſdam, quæ κατηγορήματα Dialectici appellant, vt habere diuitias, habere honores.

Præfari honorem, quid ſit planè vulgus ignorat: & pro eo dicit, Sit venia dicto, facto, cum venia, &c. Item præfari aliquid alicui, peruulgatum omnino non eſt, quid verò ſignificetur eo modo loquendi, ex Ciceronis verbis intelligetur.

Nos autem ridiculè ſi dicimus, ille patrem ſtrangulauit, honorem prçfamur: ſin de Aurelia aliquid aut Lollia, honos præfandus eſt. Ep.

Cætera addidi, quæ ſi appelles, honos præfandus eſt. de Fin.

Antiqui omnibus rebus agendis, quod bonum fauſtúmque eſſet, &c. præfabantur. de D.

Præfinio, eadem ſignificatione eſt qua præſcribo, prçſtituo, ſed non in eodem vſu nunc apud omnes.

Tu verò vt videtur, nam præfinire non eſt meũ. Tuſ.

Sed

Sed eo vidiſti multum, quòd præfiniſti, quo ne pluris emerem. Ep.
Sed ego cętera non tam reſtrictè præfinio. de Leg.
Nec de illo quicquam tibi præfinio, quo minus ingenio mecum contendas. I. V.
Deinde aliquanto poſt eam diem venerunt, quæ dies lege præfinita eſt. pro S. R.
Quod ſuperiore parte legis pręfinitum fuit, id rurſus liberum infinitúmque fecerunt. contra Rul.
Præfinire diem alicui. de Pro.
Cal. Ianuarias tibi præfinitas eſſe. Ep.
A Platone ſumptus funerum pręfinitur ex cenſibus, à minis quinque ad minam. de Leg.
Præiudicium. Longè alia vulgus hoc nomine ſignificat ac Latini olim: qui præiudicium vocarunt id tantum, quod ante ſtatum futuri iudicij tanquam exemplar erat, veruntamen hoc ipſum iudicium non erat, idcirco opponit Cicero illi iudicium.
De quo non præiudicium, ſed planè iudicium factum putatur. I. V.
Cum diceret Metellus præiudicium ſe de capite C. Verris per hoc iudicium nolle fieri.
Exceptio extra quam in reum capitis præiudicium fiat. de In.
Non oportet in recuperatorio iudicio eius iudicij, de quo inter ſicarios quęritur, pręiudicium fieri. ibid.
Iudicium accuſatoris in reum pro aliquo præiudicio valere. pro Mur.
Cur non eius damnatione aliquid ad hoc iudicium præiudicij comparaſti? pro Pla.
Nimis graue præiudicium in ordinem noſtrum. At.
Sic *Præiudico, & Præiudicata.*
De aliquo homine non modò pręiudicare, ſed etiam grauiſſimè iudicare. in V.
Quod nondum Senatus cenſuit, nec Pop. Rom. iuſſit, id arroganter non præiudico, neque reuoco ad arbitrium meum. At.
Satis ne cauſæ ſit, quare de aliquo maiore maleficio præiudicetur. de In.

Vt per

Vt per illum qui attulit venenum, de hoc præiudicaretur. pro Clu.

Primùm poſtulo id quod æquiſſimum eſt, vt ne quid huc prçiudicari afferatis. pro Clu.

Si non ex cauſis ipſis iudicabimus, ſed ad cauſas iudicia iam facta domo deferemus. ibid.

Res ſemel atque iterum prçiudicata.

Tantum opinio præiudicata poterat, vt etiam ſine ratione valeret auctoritas. de N.

Quaſi præiudicata res ad has cauſas deferri ſoleat. pro R. P.

Præſens animus, pro non perturbato, aut commoto, ſed idoneo ad cogitandum & officium faciendum, recentiores vocant intrepidum animum, hinc Intrepidè aliquid facere dixerunt, vulgò Audacem animum, hinc Audacter, quod aliud ſignificat.

Fortis verò animi & conſtantis eſt, non perturbari in rebus aſperis, nec tumultuantem de gradibus deijci, vt dicitur: ſed prçſentis animi vti conſilio, nec à ratione diſcedere. Off.

Animus acer & prçſens, & acutus idem atque verſutus inuictos viros efficit. de Or. A.

Præſens remedium, auxilium, & alia iſtiuſmodi, pro certo, prompto, parato, vſurparunt veteres.

Prçſentes ad nocendum vires habere. At.

Etenim multa ſæpe prodigia vim eius, numénque declarant: multa ſçpe in difficillimis rebus prçſens auxilium. in V.

Hercules tantus & tam præſens deus. Tuſ.

Illud verò nonne ita prçſens eſt, vt Iouis nutu factum videatur? At.

In rem præſentem venire, vide Venio. (eſt vſus.

Præſenſio. Alij Prçſagia, quo vocabulo Cicero non Atque etiam per exta inuenta præſenſio. Top.

Præſenſio, Prçdictiones & præſenſiones rerum futurarum. de N. (rum. de D.

Diuinatio, id eſt præſenſio & ſcientia rerum futura-

Præſes. Deos & deas præſides vocarunt Latini, quos vulgus nunc patronos & patronas.

Cuſtos

Cuſtos ac præſes templi. pro Dom.
Vos qui huic vrbi & reip. præſides eſtis. Ibid.
Mercurius iuuentutis cuſtos & præſes. in Ver.
• Sic *Præſidere*, Patronum aut Patronam eſſe.
Vos dij patrij, qui huic vrbi atque imperio præſidetis. pro Syl.
Deæ quæ cunctæ Siciliæ præſidetis. in V.
Dij qui huic vrbi præſident. in A.
Teſtor omnes deos, & eos maximè, qui huic loco templóque præſident. pro Dom.
• *Præſtare*, pro Aliquid ſuo periculo eſſe, diuulgatum non eſt, imperiti enim pro eo dicunt, Se aut ſua interponere pro aliquo, Recipere in ſe, Spondere pro aliqua re, Sponſorem eſſe pro aliquo, Promittere ſe ſatisfacturum, & alia iſtiuſmodi, quæ excogitarunt, vt id efferrent, quod propriè verbo Præſtare dicitur.
Is periculū iudicij præſtare debet, qui ſe nexu obligauit. pro Mur.
Cuius inuidiam capitis periculo ſibi pręſtandam putabat. pro Seſt.
Quæ quidem ea conditione geſſeram, vt meum factū ſemper omnes boni præſtare tueríque deberent.
Perge verò Craſſe, inquit Mutius: iſtam enim culpam quam vereris, ego pręſtabo. de Or.
In pariete communi demoliendo qui damni infecti promiſerit, non debebit præſtare quod fornix vitij fecerit. Top.
Si quid offendimus in genere noſtro, quod quidem ego præſtare non debeo. At.
Nihil præſtandum in vita præter culpam. Ep.
Nihil eſt ſapientis præſtare niſi culpam.
Culpa nulla eſt, cum id quod ab homine non potuerit præſtari, euenerit. Top.
Impetus populi, quos pręſtare nemo poteſt. de Or.
Id eſt, vt communem & incertum caſum, quem neque vitare quiſquam noſtrum, neque pręſtare vllo pacto poteſt, ſapienter ferres. E.
De Dionyſio, ſi me amas, confice: quamcumque ei fidem dederis, pręſtabo. E.

Quis

Quis illam voluntatem poteſt præſtare ſapienti? de Fin.
Socios auctoritate nominis noſtri ſaluos prçſtare po(teramus. pro Dom.
Pericula facile (vt hominem præſtare oportet) innocentia tecti pellimus.
Quod de te ſperare, de me præſtare poſſum. E.
Ego tibi præſtare nihil poſſum.
Præſtabo, ſi Cæſarem benè noui, eum tuæ dignitatis rationem habiturum. At.
Ego Meſſalam Cæſari prçſtabo. Qu. Fr.
Me non ingratum eſſe præſtabo. de Pro.
Prçdones nullos fore quis præſtare poterat? pro Flac.
Prætor omnes miniſtros imperij ſui ſocijs & ciuibus & reip. prçſtare debet. Q. F.
Horum non modo facta, ſed etiam dicta omnia præſtanda nobis ſunt. Qu. F.
Præſtabo ſumptum nuſquã melius poni poſſe. Q. Fr.
Felicitas, quã prçſtare de ſe ipſo nemo poteſt, meminiſſe & cõmemorare de altero poſſumus. pro Pom.
Quis igitur mihi præſtat Lentonem vno capite eſſe contentum? in A.
Quicquid enim ineſt prædio vitij, id iuriſconſulti ſtatuerunt, ſi venditor ſciret, niſi nominatim dictum eſſet, præſtari oportere. Off. Damnum præſtari oportere. Off.
Præſtò eſſe, idem quod adeſſe, vulgare nõ eſt. Quadruplatores ad fretum prçſtò fuerunt. I. V.
Conſtitui cum hominibus, quo die Meſſanæ mihi prçſtò eſſent.
Macroni vix videor præſtò eſſe poſſe. At.
Dionyſius vobis præſtò fuit. Ibid.
Togulæ lictoribus ad portam præſtò fuerunt. I. P.
Quibus quidem cauſis tu etiam præſtò fuiſti. de Cla.
Vt ad omnia quæ tui velint, ita ſim prçſtò, &c. E.
Si officia mea, ſi operæ tuæ velint, ita ſim præſtò, &c. pro Syl.
Si officia mea cauſis, tu etiam præſtò fuiſti. pro Syl.
Vt ad omnia, quaſi operę, ſic vigiliæ de[illegible] amicis, & præſtò ſunt omnibus. Ep.

De mea

De mea autem in te voluntate ſic velim iudices, me opera & conſilio, ſtudio quidem certè, rei, famę, ſaluti tuæ præſtò futurum. E.

Hoſtiæ ad ſacrificium præſtò non fuerunt. de In.

Eſt boni auguris, meminiſſe maximis reip. temporibus pręſtò eſſe debere. de Leg.

Is tibi victori non ſolum ad hoſpitium, ſed etiam ad periculum atque ad aciem præſtò fuit. pro Deiot.

Præter cæteros, modus loquendi Latinis valde vſitatus, quem noſtri homines his verbis proferre ſolent, Magis aut Plus quàm alij.

Attici in eo genere præter cæteros excellunt. de Or.

Quæ me res igitur præter cęteros impulit? pro S. P.

Guſtatus dulcedine præter cęteros ſenſus commouetur. de Or.

Nihil de diuinatione habeo, quod pręter cęteros ipſe ſentiam. de D.

Sægeſteis præter cæteros imponebat, aliquanto amplius, quàm ferre poſſent. I. V.

Mulieres noſtræ præter cæteras Romæ remanſerunt. (At.

Præterea. Qui putant hanc vocem iunctam ex Pręter & is, tanquam parum latinam non audent coniungere cum nominibus maſculini aut fœminini generis, & ſolum iungi putant nominibus neutri generis, Sed à Cicerone diſcant omnium generum nominibus adiungi.

Agerent enim tecum lege primum Pythagorei omnes atque Democriti, cæterique in ſuo genere Phyſici, &c. vrgerent præterea Philoſophorũ greges. de Or.

Erat Metrodorus, vigebat auditor Panætij Mneſarchus & Peripatetici Critolaus & Diodorus, multi erant præterea præclari, &c. Ibid.

Num qui exules reſtituti, vnum aiebat, præterea neminem in A. (terea. ad Brut.

Quas cum recitauiſſem, cecidit Seruilius, multi præ-

Sed nos poſſumus & huius eſſe ciuitatis, & cuiuſuis præterea. pro Cor.

Duo præterea teſtes nihil dixerunt. pro Cęc.

Se & alios præterea tres factos eſſe dixit. pro Clu.

Multos

Multos præterea & noſtra ciuitas, & Græcia tulit ſingulares viros. de N. (pro Pom.

Hunc vnum ab hoſtibus metui, præterea neminem.

Præter communem fidem, quę omnibus debetur, pręterea nos iſti hominum generi præcipuè debere videmus. Qu. Fr.

Nihil ne vobis in mentem venit, quod præterea à Craſſo requiratis? de Or.

Prætextus, recentiorum eſt vocabulum, Cicero Simulationem ſæpius appellauit, Cauſam etiam, & Speciem, & Nomen, & Excuſationem, de quibus ſuis locis.

Præuaricari dicuntur actores cauſarum, qui ab aduerſarijs pecuniam accipiunt, vt cauſam quam receperunt, proderēt, inde Præuaricator, & Præuaricatio.

Clodius à Catilina pecuniam accepit, vt turpiſſimè præuaricaretur. de Ar.

Primo quoque tempore, modus loquendi Romanis vſitatus: nobis non item, addimus etiam verbum Poſſum ſemper: vt, Venias quàm primum poſſis. Primo quoque tempore poſſis. Cic. verò illo modo eſt locutus: vt,

Scio quanti reipub. interſit, omnes copias in vnum locum primo quoque tempore conuenire. A.

Magnum pondus argenti, auctionem, pręter prædia, primo quoque tempore fieri oportere. At.

Sentiebam & dignitati & exiſtimationi tuæ maximè conducere, te primo quoque tempore ferre pręſidiū labenti & inclinatæ penè reipublicæ. At.

Peto vt primo quoque die Luceriam aduenias. At.

Princeps. In quanta ignoratione vulgus latinæ linguæ nunc verſetur, cùm alia multa, tum in primis hoc nomen oſtendit, quo cum nihil tritius, nihilque latius diffuſum fuit apud Romanos, tantum hoc nomine appellamus, qui regnis aut rebuſpub. pręſunt. Latini enim non ſolum hominibus tribuerunt, ſed rebus etiā omnis generis, ſignificarúntque hac voce idem quod verbo primus aut ſummus: etiam cuiuſcunque rei, non modò populi alicuius: vt,

Tres

Tres enim trium diſciplinarum principes conueni-
ſtis. de N. (de Or.
Pericles plurimos annos princeps cõſilij publici fuit.
Princeps ſententiæ in ſenatu, dux regendæ ciuitatis,
auctor publici conſilij de Or. (Clar.
Hi tum in Aſia rhetorum principes numerabantur. de
Longè omnium quicunque fuerunt, grauitate dicen-
di princeps Plato. Or.
Princeps ingenij & doctrinæ Plato.
Senatus princeps ſalutis, mentisque publicæ. de Or.
Longè omnium in iure ciuili eſſe principem. de Cl.
Is qui princeps in agendo eſt. I.V.
Eudoxus in Aſtrologia facilè princeps. de Diu.
Aliquis conſilio, ac lingua princeps. de Or.
Princeps ad omnia pericula. E.
Cum eſſem in principibus patronis quinquennium
verſatus. de Cla.
Ille ſe principem ciuem putat. de N.
Natura huius boni princeps eſt. de Or.
Amor princeps eſt ad beneuolentiam coniungen-
dam. de Am. (tenuiſtis. pro Dom.
Qui in mea ſalute principem locum auctoritatémque
Cum noſtri imperatores ad illam ipſam principem
aram vota perſoluerent. de Ar.
Princeps, idem quod primus, cum hominibus tribui-
tur, auctorem alicuius rei ſignificat.
Harum diſputationum inuentor ac princeps Plato.
de Or.
Zeno, qui inuentor ac princeps Stoicorum fuit. Ac.
Etnimirũ is princeps ex Latinis hęc tractauit. de Cl.
Gorgias princeps ex omnibus auſus eſt.
Herodotus ille, qui princeps genus hoc ornauit. de O.
P. Decius princeps in ea familia conſulatus. de Fin.
Earum qualitatum ſunt aliæ principes, aliæ ex ijs or-
tæ. Ac.
Exordium princeps omnium debet eſſe. de In.
Sicilia princeps ſe ad amicitiam populi Romani ap-
plicauit, & prima omnium prouincia eſt appellata.
Principem ſententiam dicere. de Pro. (I.V.
Princi-

Principatus, locus princeps, neque tam obſcura eſt vis huius nominis, quàm ipſum nomen neglectum ab ijs, qui pro eo primatum dicunt, quod Latinum non eſt. (de N.

Theophraſtus menti diuinum tribuit principatum.

Eloquentiæ ergo à maioribus noſtris eſt in tota dignitate principatus datus. Off.

Tenere principatum. Tuſc.

Sol qui aſtrorum tenet principatum. de N.

Principio. Hac voce Latini in oratione rem aliquam tractandam exordiebantur, quod cum nunc in vſu minus ſit, exemplis declarabimus, quomodo Cicero initio eo verbo ſit vſus. Sic enim incipit enumerare opportunitates amicitiæ.

Principiò cui poteſt eſſe vita vitalis, vt ait Ennius, qui non in amici mutua beneuolentia conquieſcat? de A. Sic item quod in primo libro Officiorum tractare propoſuit. Principio generi animantium omni eſt à natura tributum, vt ſe, vitam, corpúſque tueatur. de Off.

Principio, inquam, in Phyſicis, quibus maximè gloriatur, primum totus eſt alienus. de Fin.

Principiò, idem aliquando quod primum.

Ius augurum diuinationis opinione principiò conſtitutum eſt, poſtea reip. cauſa conſeruatum ac retentum. de D.

Si fortè quæreretur, quæ eſſet ars imperatoris, conſtituendum putarem principiò quis eſſet imperator: tum adiungeremus. de Or. (iudicem. de Or.

Græci commonent, vt attentum principiò faciamus

Priuilegium. Aliud longè veteres ſignificarunt hoc nomine ac nunc vulgò fit. Vſurpatur enim iam ferè ab omnibus pro donis & muneribus, quę à Principibus, aut Regibus, ciuitatibus, populis, aut etiam ſingulis ciuibus conceduntur: vt vectigali aut alijs oneribus liberentur, dicunt ſe habere priuilegia: quod veteres dixerunt, Liberare vectigalibus, Vectigales liberare, Tollere portorium, Immunitate donare, Immunes reddere. Nec

Tres enim trium diſciplinarum principes conueniſtis. de N. (de Or.
Pericles plurimos annos princeps cõſilij publici fuit.
Princeps ſententiæ in ſenatu, dux regendæ ciuitatis, auctor publici conſilij de Or. (Clar.
Hi tum in Aſia rhetorum principes numerabantur. de
Longè omnium quicunque fuerunt, grauitate dicendi princeps Plato. Or.
Princeps ingenij & doctrinæ Plato.
Senatus princeps ſalutis, mentisque publicæ. de Or.
Longè omnium in iure ciuili eſſe principem. de Cl.
Is qui princeps in agendo eſt. I.V.
Eudoxus in Aſtrologia facilè princeps. de Diu.
Aliquis conſilio, ac lingua princeps. de Or.
Princeps ad omnia pericula. E.
Cum eſſem in principibus patronis quinquennium verſatus. de Cla.
Ille ſe principem ciuem putat. de N.
Natura huius boni princeps eſt. de Or.
Amor princeps eſt ad beneuolentiam coniungendam. de Am. (tenuiſtis. pro Dom.
Qui in mea ſalute principem locum auctoritatémque
Cum noſtri imperatores ad illam ipſam principem aram vota perſoluerent. de Ar.
Princeps, idem quod primus, cum hominibus tribuitur, auctorem alicuius rei ſignificat.
Harum diſputationum inuentor ac princeps Plato. de Or.
Zeno, qui inuentor ac princeps Stoicorum fuit. Ac.
Etnimirũ is princeps ex Latinis hęc tractauit. de Cl.
Gorgias princeps ex omnibus auſus eſt.
Herodotus ille, qui princeps genus hoc ornauit. de O.
P. Decius princeps in ea familia conſulatus. de Fin.
Earum qualitatum ſunt aliæ principes, aliæ ex ijs ortæ. Ac.
Exordium princeps omnium debet eſſe. de In.
Sicilia princeps ſe ad amicitiam populi Romani applicauit, & prima omnium prouincia eſt appellata.
Principem ſententiam dicere. de Pro. (I. V.
Princi-

Principatus, locus princeps, neque tam obſcura eſt vis huius nominis, quàm ipſum nomen neglectum ab ijs, qui pro eo primatum dicunt, quod Latinum non eſt. (de N.

Theophraſtus menti diuinum tribuit principatum.

Eloquentiæ ergo à maioribus noſtris eſt in tota dignitate principatus datus. Off.

Tenere principatum. Tuſc.

Sol qui aſtrorum tenet principatum. de N.

Principio. Hac voce Latini in oratione rem aliquam tractandam exordiebantur, quod cum nunc in vſu minus ſit, exemplis declarabimus, quomodo Cicero initio eo verbo ſit vſus. Sic enim incipit enumerare opportunitates amicitiæ.

Principiò cui poteſt eſſe vita vitalis, vt ait Ennius, qui non in amici mutua beneuolentia conquieſcat? de A. Sic item quod in primo libro Officiorum tractare propoſuit. Principio generi animantium omni eſt à natura tributum, vt ſe, vitam, corpúſque tueatur. de Off.

Principio, inquam, in Phyſicis, quibus maximè gloriatur, primum totus eſt alienus. de Fin.

Principiò, idem aliquando quod primum.

Ius augurum diuinationis opinione principiò conſtitutum eſt, poſtea reip. cauſa conſeruatum ac retentum. de D.

Si fortè quæreretur, quæ eſſet ars imperatoris, conſtituendum putarem principiò quis eſſet imperator: tum adiungeremus. de Or. (iudicem. de Or.

Græci commonent, vt attentum principiò faciamus

Priuilegium. Aliud longè veteres ſignificarunt hoc nomine ac nunc vulgò fit. Vſurpatur enim iam ferè ab omnibus pro donis & muneribus, quę à Principibus, aut Regibus, ciuitatibus, populis, aut etiam ſingulis ciuibus conceduntur: vt vectigali aut alijs oneribus liberentur, dicunt ſe habere priuilegia: quod veteres dixerunt, Liberare vectigalibus, Vectigales liberare, Tollere portorium, Immunitate donare, Immunes reddere. Nec

verò, ſi quid iuris habeat alia ciuitas præ alia, Priuilegium, ſed ius & Legem veteres appellabant, qui non in laude modo, ſed maximè in vitio priuilegium ponebant: vt cùm irrogaretur priuilegium alicui vt exularet. Differt itaque Priuilegium à Lege, quod ea ad omnes alicuius ciuitatis, aut ad omnes alicuius certi ordinis homines pertinet: Priuilegium ſingulorum eſt, non multorum: quod ex ipſis verbis Ciceronis planius intelliges.

Quo iure, quo more, quo exemplo legem nominatim de capite ciuis indemnati tuliſti? vetant leges ſacratæ, vetant XII. tabulę leges priuatis hominibus irrogari, id eſt enim priuilegium. pro Dom.

In priuatos homines leges ferri voluerunt, id eſt enim priuilegium. de Leg.

Cum XII. tabulis ſancitum eſſet, vt neque priuilegiũ irrogari, neque de capite ciuis niſi comitijs centuriatis rogari poſſet. pro Seſt.

Sed quid ego communes leges profero, quibus omnibus es exul? familiariſſimus tuus de te priuilegium tulit, vt ſi in opertum bonæ deæ acceſſiſſes, exulares. Parad.

An licuit tibi de peſte ciuis indemnati ferre non legem, ſed nefarium priuilegium? pro Dom.

Cùm in demnatum exturbares priuilegijs tyrannicis irrogatis.

Priuilegij vim & crudelitatem auctoritate honeſtiſſimorum hominum & publicis litteris conſignauit. Poſt. (lit. Cla.

T. Libo rogationem in Galbam priuilegij ſimilem tu-

Quod cum Curione de priuilegio locutus es, eſt ali-

Priuilegia ne irrogato. de Leg. (quid. At.

Quod verò alij barbarè Priuilegium, aut vt recentiores Iuriſperiti Priuilegiatum vocant, Cicero nominatim Præmijs affectum dicit: vt,

Mitto ereptam libertatem populis, ac ſingulis, qui erant affecti præmijs nominatim: quorum nihil eſt quod non ſit lege Iulia, ne fieri liceat, ſancitum diligenter. in P.

Pro-

Pro, varijs rebus hæc præpoſitio tribuitur, modi verò qui ignorantur, vulgò hi ſunt. Primùm ſignificant Latini hac voce quod Græci propoſitione κατὰ quam quod cum noſtra vernacula lingua magis cōgruat, ſolet vulgus Secundum tuam dignitatem, Secundum noſtram familiaritatem, reddere: Latinè verò, Pro tua dignitate, familiaritate &c. quod explicaremus his verbis, Quantùm poſtulat tua dignitas, familiaritas.

Spe tamen deducebar ad eam cogitationem, vt te pro tua admirabili ac ſingulari ſapientia de concordia ciuium agi velle arbitrarer. At.

Horum vobis pro veſtra ſapientia habenda ratio. pro Pom.

Non enim pro tua prudentia debes illud ſolum animaduertere. At.

Reliqua tu pro tua prudentia conſiderabis. E.

Hæc pro tuo ingenio conſidera. E.

Quem omnes amare meritiſſimè pro eius eximia ſuauitate debemus. de Or.

Qui à me pro eximia ſua virtute, ſummis honoribus, quos, &c. honoris cauſa nominatur. pro Clu.

Videndum eſt, vt cuique pro dignitate tribuatur. Off.

Pro, idem quod ante, aut ad, Pro æde Caſtoris ſedens, &c. At. & Pro ęde Iouis Statoris.

Antonius ſedens pro ęde Caſtoris dixit. I. A.

Illa præſidia, quæ pro tēplis omnib. cernitis. pro Mil.

Probè, idem valere quod Benè & Rectè, vulgus ignorat: nam his ſemper vtitur, neglecto illo.

Antipater ille, quem tu probè Catule meminiſti. de Or.

De aquæ ductu probè feciſti. At.

Probè teneo. de In.

Quod cùm probè ſcirem. E.

De Saturnino curaſti probè. At.

Quem hominem probè commeminiſſe ſe aiebat. de Or.

Amanum exercitum adduxi ſatis probè ornatum auxilijs. Ep.

Oculus perturbatus non eſt probè affectus ad ſuum munus fungendum. Tuſ.

Hoc igitur probè ſtabilio. Tuſ.

Thucydides res geſtas narrat grauiter ſanè & probè. de Or.

Itaque probè definitur à Stoicis fortitudo. Off.

Illud probè iudicas. At.

De Seruio probè dicis. de Cl. Probè dicis.

Procedo. Propria vis verbi non obſcura eſt, ſed alijs rebus multis: quibus olim veteres, noſtri homines ignoratione eius vſus, non tribuunt: vt Procedere in virtute, in aliqua re, dixerunt: quod idem ſignificat quod proficere, progreſſus facere.

Nihil ergo adiuuat procedere & progredi in virtute, quo minùs miſerrimus ſit, antequam ad eam peruenerit. de Fin.

Longè ad virtutem proceſſerunt natura ac doctrina.

Qui proceſſerit aliquantulũ ad virtutis aditũ. de Fin.

Ætate procedere, Latinè eſt: quod Barbari dicunt, Seniorem, aut Antiquiorem fieri.

Iſocrates ſe tantùm, quantum ætate procedebat, relaxabat à nimia neceſſitate numerorum. Ora.

An hoc vidit puer: ſi proceſſerit, non videbit? in Acad.

Liuius vſque ad adoleſcentiam meam proceſſit ætate. de Sen.

Iſocrates cum ætate proceſſerit, aut in hoc orationum genere cui nunc ſtudet, tantum quantum pueris reliquis præſtet. Or.

Sic P*rocedere honoribus longius*, pro Peruenire ad maiores honores.

Is proceſſiſſet honoribus longiùs, niſi ſemper infirma atque ęgra valetudine eſſet. de Cla.

Cotta in mediocrium oratorum numero dicendi non ita multum laude proceſſerat. de Cla.

Ratione & via orationem procedere: quòd multi dicunt, Methodicè orationem inſtituere, Secundum methodum aliquid dicere.

Primùm igitur agam ſic, vt ipſi auctori huius diſciplinæ placet, conſtituam quid & quale ſit id de quo quærimus: non quò vos ignorare arbitrer, ſed vt ratione & via procedat oratio. de Fin.

Crebrò etiam vſurpatur eadem ſignificatione, qua

Succe-

Succedere. Nonnunquam ſummis oratoribus, non ſatis ex ſententia euentum dicendi procedere. de Orat.

Omnia, vt ſpero, proſperè procedent. Ep.

Cui benè quid proceſſerit, cum multum prouidiſſe dicimus. pro Mil.

Quibus cum parum proceſſiſſet, &c. E.

Alicui nequaquam vt ſperaſſet, ea quæ cogitaſſet, procedere. pro Clu.

Pergit in mea maledicta, quaſi verò ei pulcherrimè priora proceſſerint. in Ant.

Prodeo. Hoc verbum tam tritum non eſt, quàm Exeo apud vulgus, ſic enim loquitur, Ego raró, aut nunquam exeo: Latini verò cùm ſignificare vellent, ire in publicum, aut etiam aliquid in animum, in lucem & conſpectum omnium proferre, hoc verbo vtebantur: vt,

Paulò poſt eſſe ferunt nunciatum Simonidi, vt prodiret. de Or.

Scio te in publicum non prodire. At.

Vt in ſcenam ſine ſubligaculo prodeat nemo. Off.

Citat præco voce maxima Legatos Æmonenſes, procedit vnus Aſclepiades, prodeunt. pro Flac.

Teſtes vna ex domo prodeunt. pro Flac.

Prodire in aciem. Ep.

Si hæc conſuetudo ſerpere ac prodire cœperit. In V.

Prodire obuiam alicui. pro Mur.

An ego tibi obuiam non prodirem? Ep.

Miſſos faciant patronos, ipſi prodeant. Or.

Eloquentia ſerò prodijt in lucem. de Cla.

Cauendum eſt etiam ſi ędifices, ne extra modũ ſumptu & magnificentia prodeas. Off.

Prodo. Non ſolum ea actio, qua hoſtibus aliquid tradimus inſidioſè, contra ęquitatem & leges: ſed & aliæ res quoque quæ in lucem eduntur: & alijs, præſertim poſteris, traduntur, prodi quoque dicuntur.

Sacra deinceps familijs produntur, & ſunt perpetua. de Leg.

Rem aliquam deinceps à patribus acceptam poſteris prodere. de Som.

Gloria tua tibi eſt communicanda mecum, & prodenda liberis. Qu. Fr.

Itaque eorum vocabula vobis prodiderunt. de V.

Ne periculoſam imitationẽ in poſterum proderetis. pro Flac.

In hoc reo ne quod perniciofum exemplum prodatur, perſimeſco. pro Flac.

Imagines ad memoriam poſteritatis prodendum, aliter poſteritatémque. in V.

Quia memoria ſic eſſet proditum &c. de Or.

Sermonem L. Craſſi memorię prodamus. Or.

Quod eſt proditum memoriæ ac litteris. I. V.

Ante Solonis ętatem de nullo, vt diſerto, memoria proditum eſt. de Cla.

In virorum fortium factis memoriæ prodendis. E.

Cuius ne nomen quidem proditum eſt. Tuſ.

Hæc de ſapientiſſimis viris monumenta nobis litterę prodiderunt, &c. pro Planc.

Producere, ſignificabant hoc verbo veteres, quod Barbari nũc nouo verbo prolõgare: vt, C. Marius apud populum criminatus eſt, bellũ illud producere. Off.

Producere ſermonem longius. de Cla.

Producta dies eſt in IIII. Iduum Feb. Qu. Fr.

Sermonem producere in multam noctem. de S.

Varro vitam Nenij produxit longius. de Clar.

Producere aliquem conditionibus. ad Her.

Dolores longinquitate producti vehementius torquent homines. Tuſ.

Conuiuium ad multam noctem vario ſermone produximus. de Sen.

Eodem penè modo & ſignificatione Proferre diem, tempus, Latinè dicitur.

Dices igitur amicis, auctionem proferant. Att.

Auctionis diem latius proferre.

Quod ſi latius volent proferre diem, poterunt vel biduum, vel triduum, vel vt videbitur, nihil enim intereſt. At.

Profiteor. Peruulgatum omninò non eſt, hoc verbo ſignificari actionem illam qua edimus & indicamus cenſoribus aut magiſtratui quantum vini, olei, frumenti,

menti, poſſeſſionum, bonorum omnium poſſideamus, idcirco imperiti ignoratione huius verbi dicunt, Aſſignare, Inſinuarc, Indicare magiſtratui, Latini verò hoc modo. (Ver.
Edixerat, vt aratores operam ſuam profiterentur. in
Nemo erat decumanorum, qui grano amplius ſibi quam deberetur, deberi profeſſus eſſet.
Si ſexaginta diebus apud prætorem eſſent profeſſi, pro Arch. (&c.
Archias profeſſus eſt apud prætorem Qu. Metellum,
Quin etiam eorum iuſſu miſerim qui profiteretur, ita enim oportere dicebant: profeſſus eſt Philotimus libertus. At.
Profeſſio, in eadem ſignificatione. Tu verò confice profeſſionem, ſi poteſſ: etſi hæc pecunia ex eo genere eſt, vt profeſſione non egeat. Ep.
Archias ijs tabulis profeſſus eſt, quæ ſolæ ex illa profeſſione collegióque prætorum obtinent publicarum tabularum auctoritatem. pro Arch.
Iugerum ſubſcriptio ac profeſſio. in V.
Iudicium de profeſſione.
Semelne putas mihi dixiſſe Balbum & Faberium profeſſionem relatam? At.
Quos verò recentiores profeſſores vocarunt, Cicero Magiſtros aut Doctores ſemper appellat, nunquam profeſſores.
Profundo, pro largè effundo, rebus ijs præſertim tributum, quę vt liquores fundi natura nō poſſunt, ſed ſimilitudine tantùm, apud vulgus non percrebuit.
Equidem vim lacrymarum profudi. de Som.
Lacrymæ ſe ſubitò profuderunt. At.
Lacrymas profundo. pro Fon.
Voluptates, quę cum incluſę diutius, & prima ætate compreſſę & conſtrictæ fuerunt, ſubitò ſe nonnunquam profundunt, atque eijciuntur vniuerſæ. pro Cœl.
Omne odium incluſum nefarijs ſenſibus impiorum in me profudiſtis. in P.
Qui in cauſa animam profudit. pro Mar.

Profundere vitam pro patria. Off. & in A.
Profundere vocem. Tuſc. (pro Flac.
Sed profundendo clamore multitudinis concitatæ.
Patrimonia ſua profuderunt, fortunas ſuas obligurierunt. in C.
Profuſis ſumptibus viuere. pro Qu.
Omnes profudi vires animi atque ingenij. At.
Si totum ſe ille in me profudiſſet. At.
Nihil eſt in natura rerum omnium, quod ſe vniuerſum profundat, & quod totum repentè euolet. de Or. (orationis.ad Her.
Sed tanquam ſanguis profuſus eſt per totum corpus
Res iam vniuerſas profundam. Ac.
Profundere & perdere laborem. E.
Pecunias profundere in eas res, quarum memoriam aut breuem, aut nullam ſint relicturi omnino. Off.
Sanguis qui profuſus eſt in morte. in Ar.
Quæ frugibus ac baccis terræ fœtu profunduntur. de Leg.
Inde *Profuſus, a, um.* Immodeſtus. Quis tam profuſus ac perditus nepos ſic diſſolutus fuiſſet? pro Qu.
Priuata luxuria profuſę epulæ. pro Mur.
Profuſæ luxuries. pro Cœl.
Lætitia profuſam hilaritatem efficit. Tuſc.
Quanti & quàm profuſi ſumptus. pro Clu.
Ipſúmque genus iocandi non profuſum neque immoderatum, ſed ingenuum & facetum eſſe debet. Off.
Progigno, Cicero, quod recentiores progenero.
In ſeminibus ineſt vis earum rerum, quę ex his progignuntur. de D. (dus. Off.
Sic hic, qui hoc lumē progenuit, ex filio eſt nominan-
Progreſſus. Hoc verbo protulerunt veteres, quod recentiores verbo Profectus: vt,
Philoſophi nunquam in ſuis ſtudijs tantos progreſſus facere potuiſſent. Tuſc.
Lucilius Balbus, qui tantos progreſſus habebat in Stoicis. de N.
Progreſſum ætatis expectari non oportet. in A.
Ratio quæ cauſas rerum videt, earúmque progreſſus quaſi

quaſi anteceſſiones non ignorat. Off.
- *Proiectus*, pro extenſus, de lingua latina ſublatum videtur. (orationis. de Or.
Brachium procerius proiectum, quaſi quoddam telũ
Quarum vna eſt ea quam dixi inſula, quæ duobus portubus cincta, in vtriuſque portus oſtium aditúmque proiecta eſt. I. V.
Vbs proiecta in altum. I. V.
Exin proiectę claro cum lumine Chelæ. in Arat.
Tranſlatè hoc modo: Illi quorum eminet audacia atque proiecta eſt. pro Clu.
Proiecta quædam & effrenata cupiditas. pro D.
Proiectus ad audiendum. I. V.
- *Prolixus*, pro longus nunquam Cicero vſurpat: ſed idem ferè hoc nomen ſignificat, quod liberalis, largus, facilis, & promptus in dando & conferendo aliquid, non enim vocauit Cicero litteras aut orationem, aut ſermonem longum, prolixum, ſed longum. Quomodo verò nomine Prolixus ſit vſus, exempla declarabunt.
Prolixa & benefica natura. E.
Aliquid animo libenti prolixóque facere. At.
Animo gaudenti & libenti, &c. At.
Cętera ſpero prolixa eſſe, his dunxtaxat vrbanis competitoribus. At.
Ariobarzanes nõ in Pompeium prolixior per ipſum, quàm per me in Brutum. At.
In quo parum prolixi reſpondēt Campani coloni. At.
Prolixè, liberaliter, beneficè, promptè.
Is mihi, quæ meum tempus poſtularet, ſatis prolixè pollicitus eſt. pro Dom.
Quod ſtatuerat facere, non ſolum fecit, ſed etiam prolixè cumulatéque fecit, item, id autem eſt, vt hoc, quod te tua ſponte facturum eſſe certò ſcio, honoris noſtri cauſa libenter, non prolixè, ſed celeriter facias: aliter, Non ſolum libenter & prolixè, ſed etiam celeriter facias.
Nec minus ei prolixè de tua voluntate promiſi, quàm eram ſolitus de mea polliceri.

Promereor, idem valet quod Mereor, ſed noſtris non ita notum.

Non conuenit enim, cùm ego ad promerendum officium tam fuerim expeditus, nos ad referendam gratiam eſſe tardiores. Antequam.

Optimè de repub. promereri. in A.

Si poſſunt, non amittunt occaſionem promerendi. Q. de Pet. (debeas. Q. Fr.

Is ſuo beneficio promeritus eſt, ſe vt ames, & ſibi ve

Aliquem fuiſſe diligentiſſimum in promerendo, vt ſibi maximi honores haberentur. Qu. Fr.

Homines tenues vnum habent in noſtrum ordinem, aut promerendi, aut proferendi beneficij locum. pro Mur.

Leuius punitus quàm promeritus ſit. de In.

Paratus ad bene promerendum. Off.

Promo. Tribuitur vulgò tantum hoc verbum vino, liquoribus, qui ex vaſis aut cupis emittuntur: ſed Cicero ea omnia quæ recondita & concluſa fuerunt, vt omnibus non paterent, promi dicit, ſi proferantur: vt,

Cùm tibi ſenatus ex ærario pecuniam prompſiſſet atque adnumeraſſet. in V.

Promere aurum ex armario. pro Cæl.

Tu LIII. ex arca proferebas, ille CCC. ex artificio promebat. pro Qu. R.

Animus qui ſemper ex ſe promat, quod alios delectet. E. (Fin.

Medicamenta illa tanquam de narthecio promant. de

Ne ipſe aliquid à me prompſiſſe, ſed fortuito in hunc ſermonem incidiſſe videar. de Or.

Eſt aliquid quod ex obſcuriore aliqua ſcientia ſit promendum & aſſumendum. de Or.

Loci ſunt quaſi ſedes, è quibus argumenta promuntur. Top.

Promere libros è Bibliotheca. de Fin.

Voces triſtificas chartis promebat Hetruſcis. de D.

Promptus, a, um, & in promptu, quæ non recondita, ſed ad manum ſunt,

Prompta & parata in reſpondendo celeritas. de Cl.
M. Marcellus promptus & non inexercitatus ad dicendum fuit. de Clar. (cura. Qu. de Pet.
Eius facultatis adiumenta vt prompta & parata ſint,
Diſcutienda ſunt ea quæ obſcurant, & ea quæ ſunt eminentia & prompta, ſumenda. de Or.
Eius rei facilis & prompta eſt reſponſio. Or.
Quod omnibus patet, & æquè promptum eſt mihi & alijs. pro Mur.
Tametſi hoc quidem minimè latet, quod ita promptum & propoſitum eſt, vt. pro S. R.
Hic quod animo ſentiebat, & vultu promptum habuit & lingua. pro Planc.
Prope. Præpoſitionis vis nota ſatis, ſed quia latè patet, vſus in quibuſdam non ſatis diuulgatus, præſertim cum accuſatiuo non iungitur: vt,
Cùm in Italia bellum, tum propè à Sicilia, tamen in Sicilia non fuit. in V.
Tam propè ab domo detineri. in V.
Antiquitas, quæ quò propius aberat ab ortu & diuina progenie, hoc melius ea cernebat. Tuſ.
Tu illam manum mihi cura, vt præſtes, quoniam propius abes. At. (de N.
Stellę aliæ propius à terris mouentur, aliæ remotius.
At tu illo tempore apud ſocrum tuam propè à meis ædibus ſedebas, non extinctor, ſed auctor incendij. in Piſ.
Sic *Propius nihil eſt factum*, *quin*, quod cum vulgus ignoret, aliena valde lingua latina in ore habet.
Nec quicquam propius eſt factum, quâ vt illum perſequeretur, & collo obtorto ad ſubſellia reduceret, vt cætera poſſet perorare. pro Clu. (leriter.
Properè, *Properanter*, veteres. Cicero, Feſtinàter, Ce-
Propior, us. Quoniam multi mala conſuetudine dicunt Proximior, vt ego ſum proximior, illud eſt proximius, docere his exemplis volui, quemadmodum veteres ſunt locuti. Nam & Proximior, & Proximius prorſus barbarum eſt, próque eo dixerunt Propior, Propius.

In quibus erant omnia, quæ ſceleri propiora ſunt, quàm religioni. I. V.
Sed hæc vetera, propiora videamus. de In.
Omnibus ſua ſibi propiora eſſe pericula, quàm aliena. pro Seſt. (de Clar.
Poſt autem cauſa fuit propior, & cum exitu iunctior.
Et dicendi ardore eram propior, & ętate coniunctior. de Clar.
Tibi propior me nemo eſt. pro Quint.
Nos autem alium portum propiorem huic ætati videbamus. At. (rimus. Off.
Prius de ijs rebus, quæ virtuti propiores ſunt, dixe-
Societas quę latiſſimè patet, & interior, &c. propior, &c. Off. (tione.
Proportionaliter, barbarum eſt: Cicero dicit Propor-
Fuerunt aliquando apud Siculos perequa proportione cętera. in V.
Qui cum omnes Aſiæ ciuitates proportione in prouincias deſcripſiſſet, illam rationem in imperando ſumptu & Pompeius & Flaccus ſecutus eſt. pro Fla.
Quemadmodum ignis animæ, ſic anima aquæ: quodque anima aquæ, id aqua terræ proportione reddit. de Vn.
Æqualiter quoque idem ſignificat. (Qu. Fr.
Vectigal quod Græcis æqualiter Sylla deſcripſerat.
Propter, cùm cauſam notat vulgatum ſatis: Sed cum idem valet quod Propè, aut apud non item: vt,
Vulcanus tenuit inſulas propter Siciliam, quę Vulcaniæ nominantur. de N.
Fluuius Eurotas, qui propter Lacedæmonem fluit. contra Rul. (Clar.
In pratulo propter Platonis ſtatuam conſedimus. de
Duo filij propter patrem cubantes. pro S. R.
Hic iacet propter illum. de N.
Propter eſt ſpelunca quædam. I. V.
Propter introitum portus.
Propter ædem Vulcani.
Hic vir clariſſimus, qui propter te ſedet L. Gell. I. P.
Prorogare diem, imperium, prouinciam, vulgò non ſatis notas.

nota: quia Prolongare imperiti dicunt, aut prolatare, aut extendere tempus, pro Prorogare.
Ne quinquennij imperium Cæſari prorogaretur. I. A.
Impetrat à ſenatu, vt dies ſibi prorogaretur. in V.
Ne prouincia nobis prorogetur, per fortunas, dum ades, prouide. A.
Differre bellum, neque ſolum prorogare, ſed etiam concedere victoriam. A.
Rogo atque oro te, ne patiaris mihi quicquam ad hãc prouincialem moleſtiam temporis prorogari. B.
Illud pugna atque enitere, ne quid nobis temporis prorogetur.
Cæſar paucos tibi ad ſoluendum propter inopiam tuam prorograuit dies. I. A.
Numerum annorum prouincijs prorogauit.
Illud probè, ne pateretur, quantum eſſet in ipſo, prorogari nobis prouincias. At.
Ipſe enim adſum, niſi quid tu prorogas.
Quod ſi tibi bellum adminiſtranti prorogatum imperium viderem, intelligerem etiam fortunæ poteſtatem in nos prorogatam. Qu. Fr.
P*roſa oratio*, recentius vocabulum: Cicero Solutam, aut liberam orationem vocat, aut quę numeris non eſt aſtricta & deuincta.
P*roſcribo*, quæ vis ſit huius verbi, vulgus omninò ignorat: præſertim quòd eo ſignificetur id, quod rudes dicere ſolent, Inſcribere domum, eſſe venalem, Proclamare, aut Publicare: vt loquuntur, Vendere, velle domũ, agros, bona, &c. Quod Latini protulerunt hoc verbo. Proſcribere domum, agrum, &c.
Si tu cum ædes proſcribas, tabulam tanquam plagam ponas, domum propter vitia vendas. Off.
Racilius tabulam proſcripſit, ſe familiam Catonianam venditurum. Qu. Fr.
Auctionem in Gallia ſe facturum eſſe proſcripſit. pro
Proſcribere bona alicuius. (Qu.
Eum non poſſe quę proſcripſiſſet vendere.
Ille quod placebat proſcripſit, tu quod placebat emiſti. Off.

Poſſeſ-

Poſſeſſiones venales ac proſcriptas hac lege video. contra Rul.
Horti quam in diem proſcripti ſint, velim ad me ſcribas. At.
Iſte locare incipit non proſcripta neque edicta die. I. V.
Tuſculanum proſcripſi. At.
Vt quid ſi victus eris, proſcribare, ſi viceris tamen ſeruías. At.
Itaque ſeſe ſcripturum aiebat, vt venationem etiam, quæ poſtridie ludis Apollinaribus futura eſt, proſcriberent. At.
Buthrotium agrum proſcriptum vidimus. Att.
• *Proſcribere*, etiam ſignificat Damnare, & in exilium eijcere.
Cum proſcriberentur homines, atque ex omni regione caperentur ij, qui aduerſarij putabantur. pro S. R.
• *Proſequor*, honoris aut officij cauſa aliquem ſequor, vulgatum ſatis non eſt.
Publicani Domitium cum equis proſequuti. Qu. Fr.
Legio quarta C. Cæſaris exercitũ proſequuta eſt. I. V.
Cùm te proſequerer paludatum. E.
Cùm te Puteolis proſequerer.
Is me in diſceſſu meo non lacrymis ſolùm ſuis, ſed animo, corpore, copijs proſecutus eſt. pro Planc.
Minturnenſes C. Marium linquentem eam terram, quam ſeruauerat, lacrymis votiſque proſecuti ſunt. pro Planc.
Inanimis quoque tribuitur. Opportunitatem verò mortis illius beneuolentia potius, quàm miſericordia proſequamur. de Clar.
Quæ tam ingratę litterę reperientur, quæ non eorum gloriã immortalitatis memoria proſequantur? in A.
Genus orationis fuſum atque tractum proſequendum eſt. de Or.
Quocirca & mortui viuunt, tantus eos honos, memoria, deſiderium proſequitur amicorum. Am.
Proſequi laudes clarorum virorum ad cantus, ad tibicinem. de Leg.
Laudo vos quirites, cum gratiſſimis animis proſequimini nomen clariſſimi adoleſcentis. I. A.

Popu-

Populus Rom. maximo clamore & plauſu Bruti memoriam proſequebatur. in A.
Proſequi aliquem omnibus officijs. E.
Qui paternam amicitiam nullis ipſi officijs proſecuti ſunt.
Mirabilis eum beneuolentia proſequuta eſt. Epiſt.
Te verò quibus ſtudijs proſequamur? pro Mar.
Alicuius virtutem grata memoria proſequi. in A.
Proſequi aliquem plauſu, aliter, Perſequi. de Ar.
Deinde impudentia proſequor, ſed idem ſarciam. Ep.
Proſequi aliquem verbis vehementioribus. in V.
In dicendo aut ſcribēdo, proſequi aliquid, pro Perſequi.
Et id non proſequar longius, quàm mea fides poſtulabit. pro S. R.
Nec ab vltimo repetamus, ne longius proſequamur. ad Her.
Date nobis hanc veniam, vt ea quæ ſentitis de omni genere dicendi, ſubtiliter proſequamini. de Or.
Eum locum Poſſidonius proſequutus eſt. At.
Accuſator rerum ordinem proſequitur. Parad.
Ne hęc difficiliora ad proſequēdū eſſe videātur. de O.
Proſtituo, recentiorum quoque eſt. Cicero, Vulgare ſe omnibus, Diuulgare ſe ad omnes libidines, Omnibus ſe peruulgare, Collocare ſe in vita meretricia palàm.
Protectorem vulgò vocant, quem Latini aut Patronū, aut Defenſorem, aut Parentem, aut Deum etiam.
Proteſtari, apud idoneos auctores non legitur: nouum enim eſt. Latini teſtari, Conteſtari dicunt.
Prouehere. Transfertur etiam hoc verbum ad multa à Cicerone, quod cum rarius nunc fiat, vulgo vſum eius exemplis oſtendemus.
Sentio me eſſe longiùs prouectum, quàm propoſita oratio poſtularet. de Fin.
In altúmque prouehitur imprudens. Tuſc.
Paulo longius oratio mea prouecta eſt. pro Quint. R.
Veſtra in me attentè audiendo benignitas prouexit orationem meam. pro Dom.
Cum proſpero flatu fortunæ vtimur, ad optatos exitus prouehimur. Off.

Sulpitium longius quàm voluit, popularis aura prouexit. de Ar.

Quorum vſque ad extremum ſpiritum prouecta eſt prudentia. de Som.

Si longiùs in amicitiam prouecti eſſent, ſi amorem ad adoleſcentiam perduxiſſent. de Amic.

Nec ita multum prouectus, reiectus ſum. in A.

Atque etiam homines agreſtes inani ſpe ad aquas vſque Puteolanas prouehuntur. in A.

Ecquò te tua virtus prouexiſſet? ecquò genus? in A.

Sed prouehor amore, non enim id propoſitum eſt huic epiſtolæ. At.

Milo vitam ſuam nunquam in periculum ſine cuſtodia prouehebat. pro Mil.

Prouerbium. Cicero dixit, quod vetuſti Adagium.

Proximè. Cum accuſatiuo vt propè & Propius, noſtri non iungunt, vt olim veteres Latini, ſic enim ij ſunt locuti. (Qu. Caſſ. Ep.

Proximè hos cari, qui ſtudiorum tuorum ſunt æmuli.

Brutus operam dat, vt cum ſuis copijs quàm proximè Italiam ſit. in A.

Nihil eſt neceſſe, quàm proximè Italiam eſſe. At.

Habere exercitum quàm proximè hoſtem. At.

Proximè autem & ſecundum deos homines hominibus maximè vtiles eſſe poſſunt. Off.

Æquè aut proximè, Non poſſum non proximè atque ille aut etiam æquè laborare. E.

Puluinar, non idem quod Puluinus apud Ciceronem: ſed locus ille quo recumbebant diui in templis: quod verò alij Puluinar, Puluinũ ſẽper appellat.

Ad omnia puluinaria ſupplicatio decreta eſt. in C.

Puluinaria deorum. Tuſ.

Qui puluinaribus Bonę deæ ſtuprum intulit. de Ar.

Ea aram & ędiculam & puluinar ſub ſaxo ſacro dedicauit. pro Dom.

Qui ſacerdotem ab ipſis aris puluinaribúſque detraxiſtis. de Ar.

Diuus Iulius habuit puluinar, ſimulacrum, faſtigium, flaminem. I. V.

Pului-

Puluinus,ni. Tum Craſſum puluinos popoſciſſe, & omnes, in ijs ſedibus quæ erant ſub platano, conſediſſe dicebat. de Or. (ſa farius. in Ver.

Lectica in qua erat puluinus, perlucidus, Melitẽſi ro-

Sella tibi erit in ludo, eam puluinus ſequetur. E.

Puſillanimus, Puſillanimitas, Puſillanimiter, recentiorum eſt: Veteres, Paruum animum, Anguſtias animi, pectoris, Anguſtum animum, abiectum, fractum, infirmitatẽ animi, quæ timido animo, humili, demiſſo & abiecto fiunt. Parui animi eſſe, anguſti, humilis, fracti, dicere conſueuerunt.

Q.

QVa. Non ſolum ſignificatur hac voce, quod vulgus putat, motus per locum, vt Grammatici loquuntur: ſed alijs rebus quoque tribuitur. ſigi átque id quod alij potius dicunt per Quoad, quod ſignificatione differt: etiam vulgus per quantum pertinet ad, proferre ſolet: ſed idem valere videtur quod Quatenus. (Attic.

Quà dominus, quà aduocati ſibilis conſciſſi ſunt.

Intelligo te diſtentiſſimum eſſe, quà de Buthrotijs, quà de Bruto.

Quàm expedita conſilia tua, quàm euigilata tuis cogitationibus, quà itineris, quà nauigationis, quà congreſſus ſermoniſque cum Cæſare. Att.

Nimia poteſtia quid agat, quomodo aggrediatur iudicẽ, quà deniq; digitũ proferat, non habet. pro Cęc.

Prædico vobis eum, quà poſſit, habitutum. I. A.

Edera conueſtiuit quà baſim villæ, quà intercolumnia ambulationis. Q. Fr.

Mihi licet vagari quà volo. de Or.

Omnes introitus, quà adiri poterat in eum fundum. pro Cęcin.

Iſe in templum neſcio quà per cuniculum aſcendit.

Quà autem & quò nihil ſcimus. At.

Quadrare orationem, aut in quadrũ redigere, pro Explere, & perficere numeris Cicero dixit: vt,

Coniunctionem verborum, ſicuti verſum numeroſè cadere

cadere, & quadrare, & perfici volumus. Or.
Sic minimè animaduertetur delectationis aucupium, & quadrandæ orationis induſtria.
Redigere ſententias in quadrum numerum. Or.
Si alicuius inconditi arripias diſſipatam aliquam ſententiam, eámque ordine verborum paulum commutato in quadrum redigas. Or.

Quæro. Significatur hoc verbo à Latinis actio ea, qua iudex inquirit, aut de facto, aut de perſonis quæ commiſerunt, ſiue diſceptando ſiue verbis, aut tormentis vrgendo & premendo aliquem: vt,
Senatus cenſuit, vt de ijs qui ob iudicandum pecuniã accepiſſent quæreretur. At.
Quærere de pecunijs repetundis. in V.
Quærere de morte alicuius. pro S. R.
In dominos quæri de ſeruis, iniquum eſt. ibid.
More maiorum de ſeruis in dominum ne tormentis quidem quæri licet. pro Deiot.
Cuius de morte tãquam de ceremonijs violatis quæritur. pro Mil. (runt. ibidem.
Maiores noſtri in dominum de ſeruis quæri nolue-
Scæuola Tribun. pleb. tulit ad plebem, vellentne de ea re quæri, quo plebiſcito decreta à Senatu eſt cõſuli quæſtio Cn. Scipioni. de Fin.

Inde *Quæſitor*, is qui quæſtioni præeſt vocatur: vt,
Tormenta gubernat dolor, moderatur natura cuiuſque, regit quæſitor. pro Syl.
Hunc quæſitorem & iudicem fugiebant. pro S. R.
Sapiens iudex, æquus quæſitor. pro Fon.
Conſilium varium, quæſitor grauis & firmus. Qu. Fr.
Etſi quæſitor edendus fuiſſet, quem potius. pro Pl.

Sic *Quæſtio*. Conſtruitur quæſtio de furto. pro Cl.
Quo tempore à quæſtione ad nullum aliud munus Reipub. abduci licebat, eo tempore ad quæſtionem ipſe abreptus eſt. Ibidem.

Poſtulare ſeruos in quæſtionẽ de morte paterna. pro S. R. (re filio non licet.
Mortis paternę de ſeruis paternis quæſtionem habe-
Dare ſeruos in quæſtionem.

Saſſia

Saſſia quæſtionem habere de viri morte cõſtituit. pro C. Viſelius iudex quęſtionis. de Clar. (Clu.
C. Iunius huic quæſtioni præfuerat. pro Cl.
Cùm prætor quæſtionem inter ſicarios exercuiſſet, apertè cepit pecunias ob rem iudicandam. de Fin.
Quæſtio beneficij. pro Clu.
Quæſtus peculatus ex altera parte lacrymę, ex altera catenæ. pro Mur.
Socios illa die quæſtione fuiſſe liberatos. de Cl.
Quàm. Quoniam vulgus ferè ſemper hæret in hac voce Quàm, cùm alijs nominibus tribuatur, quam quę ſunt comparatiui gradus, & ea ſępe etiam ablatiuũ præpoſitũ habẽt, exẽplis vſum declarabimus.
Numa magnus vir habendus eſt, cum eam ſapientiam conſtituendæ ciuitatis duobus propè ſeculis ante cognouit, quàm eam Græci notam eſſe ſenſerunt. de Or. (ijs philoſophi garrire cœperunt.
Seculis multis antè gymnaſia inuenta ſunt, quàm in
Poſtero die quàm illa acta erant, Catulus venit. de O.
Vndecimo die poſt quàm à te diſceſſeram, hæc ſcripſi. At.
Tertiò die poſt quàm in curia floruiſſet. pro Cœl.
Poſtridie veni quàm apud Catulum fui. Ac.
Eam mihi Philotimus poſtridie quàm acceperat, reddidit. At. (dicare potuerunt. Ac.
Antè tenentur aſtricti, quàm quod eſſet optimum iu-
Tabellarij venerũt poſt diem quadrageſimum, & ſextum, quàm à nobis diſceſſerant. Ep.
Quamobrem. Noſtri homines hac voce in oratione cùm cauſam notare velint, non vtuntur, vt ij qui optimè latinè ſunt locuti. Quis enim nunc eſt de vulgo qui ſic loquitur?
Nihil tibi committendum eſt, quamobrem eorum quos laudas non te ſimilem præbeas. Ep.
Iſte multa ſigna dederat, quamobrem aliquibus reſponſurus non videretur. I. V.
Verùm illud eſt, quamobrem hæc commemorarim, quòd, &c. I. V. (pro S. R.
Si nulla vel minima res reperietur, quamobrem, &c.

Multa

Multa mihi veniebant in mentem, quamobrem ita fore putarem. Ep.
Vno vtar argumento quamobrem.
Nihil rationis affers, quamobrem, ſi libertas adimi nullo modo poſſit, ciuitas poſſit. pro Cæl.
Quid eſt, quamobrem quiſque noſtrum cenſorias ſubſcriptiones omnes fixas, & in perpetuum ratas putet eſſe oportere? pro Clu.
Quæ fuit enim cauſa, quamobrem venenum iſti mulieri vellet dare Cœlius? pro Cœl.
Quam pridem, quam dudum, quam mox.
Vulgò omninò ignoratur harum vocum vſus. Hunc itaque diſcamus licet ex ijs, quæ de ijs accuratè obſeruauit vir doct. Hadrianus Cardinalis.
Quando. Elegantiſſimè veteres hac voce, & præſertim in oratione cauſam, aut idem quod verbo Cùm ſignificarunt. Quod cum iam de conſuetudine ſublatum ſit, reſtituendum omninò optimorum auctorum exemplo videtur: vt,
Magna ſe inueterata inuidia, nec turpi iactura, quando erat ædilis, nec maxima liberauit. Off.
Ego tamen adſcripſiſſe mallem, quando te id video deſiderare. Ep.
Eam facultatem habes maximam: quam quãdo complexus es, & tenes, perfice. Ep.
Rationem haberi abſentis non tam pugnaui, vt liceret, quàm, vt, quando ipſo Conſule pugnante populus iuſſerat, haberetur. Ep.
Omnes denique (quando vnam ſocietatem hominum eſſe volumus) propter ſe expetendi ſunt. de Fin.
Quid ergo? Accius iſte, quando nemo eum norat, aiebat & loquebatur. de D.
Vt quando ea loca videamus, in quibus. de Fin.
Quemadmodum. Propria vis huius verbi vulgò neſcitur: cùm eadem ſit quæ verbi Quomodo, pauci ſunt qui pro eo vſurpent, quod tamen Latini tam eleganter, quàm crebrò fecerunt: vt,
Velim exquiras, quemadmodum illi nunc ſe gerant. Att.

Prætor

Prætor te quemadmodum reſtituat, non habebit? C.
Magnificentius eſt dicere quemadmodum geſſerimus Conſulatum, quàm quemadmodum cœperimus. I. P.
Semper vigilaui & prouidi, quemadmodum ſaluti eſſe poſſimus. I. C.
Mihi maiori curę erit, quemadmodum quidem vobis gratiam referam, quàm quemadmodum inimicorum iniurias perſequar? Poſtquam.
Sed iſti, qui Clodij leges timuerunt, quemadmodum cęteras obſeruauerunt? pro Dom.
Id eſt omnium ſermone celebratum, quemadmodum iſte omnia præpoſteris verbis pronunciarit. pro D.
Solus ille cognouit, quemadmodum iſtum vinci oporteret. de Ar.
Si non reliquit, quemadmodum ab eo exegiſti. pro Qu. R.
Vt poſſis videre quemadmodum. de Cla.
Valerius mihi ſcripſit, quod ego maximo cum fletu legi, quemadmodum à Veſta, ad tabulam Valeriam ducta eſſes. Ep.
Queror. Quid hoc verbo ſignificetur, notius eſt, quàm quemadmodum Latini ſemper vtantur, nam non ſolum dixerunt, Queri de aliquo apud aliquem: ſed etiam Queri aliquam rem, & Queri cum aliquo: vt,
Accedebat, vt hæc tu pro Republ. queri exiſtimarêre, de Or.
Non enim omnia quæ dolemus, eadem iure queri poſſumus. pro Flac.
Multa nos quidem queſti ſumus. Ep.
Druſus multa de Philippo queſtus eſt. de Or.
Audiui Milonem meum queri per litteras iniuriam meam. At.
Quæ ſi queri velim præterita, nil agam. Qu. Fr.
Quererer tecum atque expoſtularem, niſi, &c. E.
Quid eſt, quod tu aut illa cum fortuna hoc nomine queri poſſitis? Ep.
Quererer cum dea. Acad.
Quid. Varijs modis vſi ſunt Latini hoc vocabulo, qui

qui ferè omnes vulgò negliguntur: vt, cum contendendi ſit vox, cùm aliquid grauiore interrogatione proferendum eſſet, latini id faciebant per quid, coniuncto ſigno interrogandi: vt,

Quid? tu me hoc tibi mandaſſe exiſtimas? E.
Quid? Theodorum, &c. nónne mirâmur? Tuſ.
Quid? ille ſigna ænea in inſidijs poſuerat. pro D.
Quid? eundem in ſeptêuiratu nónne deſtituiſti? I. A.
Quid eſt Catilina? quid? attendis? quid? animaduertis horum ſilentium? I. C.

Sic *Quid enim*, eodem modo in contentionibus, Cicero eſt vſus.
Quid enim? iſthic ſi Conſul eſſes, minus facere potuiſſes. I. A.
Quid enim? ad amicos confugiam. Ep.
Quid enim? tu ſolus aperta non videbas? Ep.
Quid enim cenſes ſi L. Mummius videret? Par.

Item & *Quid ergo*, eandem ferè rationem habet, & proferendi modum. Quid ergo? iſtam voluptatem Epicurus ignorat? de Fin.
Quid ergo? ad hæc mediocri opus eſt prudentia? an & ingenio præſtanti & eruditione perfecta? de D.
Quid ergo? vt M. Arullum, vt Cæſarem etiam à Republ. remoueremus?
At lætatus ſum: quin ergo in tanta lætitia cunctę ciuitatis me vnum triſtem eſſe oportebat? in An.

Quid ad te, quid mihi tecum, aut cum aliqua re, dixerunt Latini, quod Barbari nunc dicunt? quid habeo tecum faciendum?
Quid mihi cum iſta ſumma ſanctimonia? pro Qu.
Quid huic cum habitu? nihil. pro Cluent.
Cũ Illyrico verò, & cũ Vatinij legionibus quid erat? Ant.

Quid quod. Modus loquendi viitatus, cum Romæ Latina lingua floreret, nunc verò obſcuratus barbarie, ſic enim vulgus loquitur, quid tibi videtur? quid dicis?
Quid quod eadem illa ars quaſi Penelope telam retexens tollit ad extremum ſuperiora, vtrûm ea veſtra, an noſtra culpa eſt? ibidem.
Quid? quod ſi iſta vera ſunt, ratio omnis tollitur?

Quid,

Quid, quod Theſeus exegit promiſſũ à Neptuno. Of.
Quid, quod ſapientiſſimus quiſque animo ęquiſſimo moritur. ad Sen.
Quid, quod ſalus ſociorum ſummum in periculum ac diſcrimen vocatur? pro Pom.
Quid, quod dixiſti, inquit, Craſſe, ſi hic hodie apud te maneremus, te morem nobis eſſe geſturum, nihil ne ad fidem tuam putas pertinere? de Or.
Quid, quod eiuſdem hominis in meum aliæ, aliæ in tuum: quid, quod earum rerum, quæ nunquam omninò fuerant, neque eſſe poterant, vt Scyllę, vt Chimerę? quid, quod hominum, locorum, vrbium earum quas nuſquam vidimus? quid, quod ſimul ac mihi collibitũ eſt, præſtò eſt imago? quid, quod etiam ad dormientem veniunt inuocatę? de N.
Quid, cùm ipſe Antiochus diſſentit quibuſdam in rebus ab his, quos amat, Stoicis, nónne indicat non eſſe illa probanda ſapienti? Acad.
Quid fiet illi, aut *quid faciam illi*? dicebant veteres, quod noui noſtri Latini nunc ſuo more ſic proferunt, (cum illo?
Quid fiet cum illo? quid fiet de illo? quid faciemus
Et ſi nos premet eadem fortuna, quid puero miſero fiet? Ep.
Quid fiet porrò populo Vlubrano, ſi tu ſtatueris πολιτεύεσθαι non oportere? Ep.
Sed quid iis fiet, ſi huc Paulus venerit? At.
Quid illi fiet, quem reliquero? ibidem.
Quęro, ſi qui volunt vẽdere non fuerint, quid pecuniæ fiet? idem in Rul.
Occurrebat illi ratio, quid Cleomeni fiet? idem in Rul. (bus? in Acad.
Si comprehẽſio perceptióque nulla ſit, quid fiet arti-
Quid multa? pro quid opus eſt multis verbis? aut vt paucis dicam.
Grauatè ille primò, quid multa? impetrat. Off.
Quid multa? vereor ne hæc iniecta à bonis defenſio magnorum Reip. malorum cauſa ſit. At.
Quid commemorem? quid dicam? quid proferam? quid loquar?

loquar? dicebant Latini in enarrandis rebus plurimis, iſto modo loquendi exaggerantes orationem.
Quid ergo irrigationes? quid agri foſſiones, repaſtinationéſque proferam? de Sene.
Quid ego vitium ſatus, ortus, incrementa commemorem? ibidem.
Quid de pratorum viriditate dicam? de Sen.
Quid de vtilitate loquar ſtercorandi? de Sen.
Sed quid ego argumentor? quid plura diſputo? &c.
Nam quid Accium memorem? de Leg.
Quid eſt cur, aut quamobrem, aut quod, &c. pro Mil.
Quęnam eſt cauſa, cur, aut quamobrem? valde tritum Romano olim ſermone, ſed eorum, qui hodiè Latinè loquuntur, non item.
Quid enim eſt, quamobrem abs te Qu. Hortenſi factum clariſſimi, atque ornatiſſimi viri non reprehendatur? pro Syl.
Quid enim eſt, quamobrem ciui Goditano in hanc ciuitatem venire non liceat? pro Bal.
Quid eſt quamobrem putes te tuam culpam non modo deriuare in aliquem, ſed communicare cum aliquo poſſe? in Ver.
Quid eſt, Naſo, cur tu in hoc loco ſexto ſedeas? pro C.
Quid eſt, quod tu alios accuſes? in Ver.
Quidem. Sunt & huius vocis quidam modi loquendi, quaſi Ciceronis proprij: vt, Ille quidem, Is quidem, Quidem certè, negligentia optimorum auctorum nunc ab omni vſu remoti. Sed in Ille, & Is quidem obſeruandum hoc eſt, ferè ſemper ſecundo loco poni, Quidem.
Ille quidem. Quod ab tuis familiaribus optimis illis quidem viris, ſed in Repub. rudibus non probatur. ad Brut.
Atque hoc loco philoſophi quidam, minimè mali illi quidem, ſed non ſatis acuti, fictam & commentitiã fabulam dicunt prolatam à Platone. O.
Eſt tamen philoſophi, non tam glorioſa, quàm vera quęrentis, &c. vt reliqua, non illa quidem nulla, ſed ita parua ſint, &c. de Fin.

In ijs autem, in quibus ſapientia perfecta non eſt, ipſum illud quidem perfectum, honeſtum nullo modo eſſe poteſt. Tertio. de Off.
Altera eſt res, vt cùm ita ſis affectus animo, vt ſuprà dixi, res geras magnas illas quidem, & maximè vtiles. Primo. Off.
Ita totum animal mouebatur illud quidem, ſed immoderatè & fortuitò. de Vniu.
Is quidem, eodem modo quo ille quidem. Antonius cum vna legione, & ea quidem vacillante, L. Fratrem expectat. in Ant.
Plurimis noſtris exemplis vſus es, & ijs quidem illuſtribus. de D.
Illa enim quæ ſunt à nobis bona corporis numerata, complent ea quidem beatiſſimam vitam. de Fin.
Illa autem altera ratio & oratio, ſimul & opinionem falſam tollit, & ægritudinem detrahit; eſt ea quidem vtilior, ſed rarò proficit. Tuſ.
Quędam autem ſunt ægritudines, quas, &c. propter mala is quidem angatur: ſed alia quædam ad eum ſit admouenda curatio. Tuſ.
Quin. Varijs modis vſi ſunt veteres hac voce, quos vulgus penè omnes ignorare videtur, idcircò eos, maximè, qui negliguntur, ex Cic. indicabimus. Apud quem hoc imprimis obſeruauimus plerumque, Quin, pro vt, non conſequi in oratione voces negandi, aut dubitandi. Imperiti pro Quin, dicunt ſemper, quod non rarò, Vt non, quod idem valet nonnunquam, quod Quin.
Prorſus nihil abeſt, quin ſim miſerrimus. At.
Abeſſe non poteſt, quin eiuſdem hominis ſit, qui improbos probet, probos improbare. Or.
Prætores autem cum, &c. abierit non longè, quin hoc à me decerni velit. At.
Non quod dubitaretis, quin ab iſto nihil iure eſſet actum. pro Dom.
Non recuſauit, quin acciperetis, &c. pro Qu.
Quis ignorat, quin tria genera Gręcorũ ſint? pro Fla.
Nullus locus eſt, quo in loco Reipub. nomen ſit, quin

R eodem

eodem perſcriptum hoc iudicium perueniret. pro Syl.
Non prętermittam quin proſim, &c. Octa.
Teneri non potui, quin tibi apertius declararem. At.
Non dubitabat Zeno, quin ab Areopagitis inuito Memmio impetrari non poſſet. At.
Dionyſius non dubitabat, quin ei crederemus.
Dubitabis quin hunc vindices? pro Flac.
Hortenſius non dubitauit, quin P. Syllam defenderet. pro Syl.
Sin omnia in vnum locum contrahenda ſunt, non dubito, quin ad te ſtatim veniam. At.
Tamen facere non poſſum, quin ad te mittam. At.
Non poſſum, quin exclamem, &c. de Or.
Non dubium eſt, quin faciamus. de Fin.
Non, quin diſſentiam, ſed quod. Ep.
Non, quin rectum eſſet, ſed quia, &c. At.
Quin, perſonis aut rebus tribuitur, pro qui, aut quia non eſt.
Nemo eſt quin exiſtimet, &c. Ep.
Nemo eſſet, quin hoc ſe audiſſe diceret. in Ver.
Nemo eſt quin malit. Ep.
Nemo noſtrûm eſt, quin fecerit.
Vt ne quis à me dies intermittatur, quin dem ad te litteras. At.
Nullum intermiſi diem, quin.
Nego vllam gemmam aut margaritam fuiſſe, quin quæ fuerit, inſpexerit, abſtulerit. in V.
Quis muſicis penitus ſe dedidit, quin comprehenderit? de Or.
Dies ferè nullus eſt, quin hic Satrius domum meam ventitet. At.
Quin, pro cur non, poſt negandi vocem.
Cùm in altera re cauſæ nihil eſſet, quin ſecus iudicaret ipſe de ſe. pro Qu.
Nonis Febr. ſi Romæ fuit, cauſæ nihil dicimus, quin tibi vadimonium promiſerit. pro Quin.
Initio ſine negatione antecedente. Quin prodis, mi Spuri, vt quotieſcúnque gradum facias, toties tibi tuarum virtutum veniat in mentem? Or. (Som.
Quin tu aſpicias ad te venientem patrem Paulum? de
Quid

Quid moror in terris? quin huc ad vos venire properò? ibidem.
Quin tu vrges occaſionem iſtam? Ep.
Quin continetis vocem indicem ſtultitiæ veſtræ? pro Rab. Poſt.
Quin tu huc aduolas? At.
Quin, in ſententijs, quibus exaggeratur oratio, pro imò, aut quin potiùs ſæpè idem Cicero ponit: vt,
Quid enim ſimile habet epiſtola aut iudicio, aut concioni? quin ipſo iudicio non ſolemus omnia tractare vno modo. Ep.
Ego verò iam te nec hortor, nec rogo vt domum redeas, quin hinc ipſe euolare cupio, & aliquò peruenire. Ep.
Quin niſi ego ſucceſſor eſſem, quem tu cuperes videre, te antea, quàm tibi ſucceſſum eſſet, deceſſurum fuiſſe. Ep.
Quin tu me vides, qui, &c. Pomp.
Quin hoc tempore ipſo. pro Mil.
Quin mihi nunc deeſt, &c. At.
Quin ea ipſa, quę antè commemorantur, ſecùs ab eo in me ipſum facta eſſe non memini. At.
Quin ego cùm fauerem ei, &c. mihi viſus ſum captus eſſe. Ep.
Arbitrabantur non dubitaturum fortem, qui cum ſuo periculo ſalutem Reip. afferret. pro Mil.
Quin etiam, exaggerat multò vehemētiùs: quòd benè contrarium antecedenti conſtituat.
Epiſtolam meam quòd peruulgatam ſcribis eſſe, non fero moleſtè, quin etiam ipſe dedi multis deſcribendam. At.
Equidem credibile non eſt, quantum ſcribā die, quin etiam noctibus: nihil eſt enim ſomni.
Delectatio nulla extitit, quin etiam miſericordia conſecuta eſt. Ep.
Horum ego ſermone non mouebar, quin etiam leuatū me putabam. Ep.
Neque verò hac in cauſa modò, ſed conſtāter ſæpè in Senatu, quin etiā Marcello & Philippo cōſſ. &c. Ep.

Quid autem abſurdius, hoc metuere, alterum in metu non ponere? quin etiam hoc ipſo tempore multa. ὑποσολίκως. At.

Quin etiam ſi, &c. At.

Nec verò ſomnia grauiora, ſi quæ ad Remp. pertinere viſa ſunt, à ſummo conſilio neglecta ſunt, quin etiam memoria noſtra templum Iunonis refecit, &c. de D.

Non enim tam auctoritates in diſputando, quàm rationis momenta quærenda ſunt. quin obeſt plerumque ijs, qui diſcere volunt, auctoritas eorum, qui ſe docere profitentur. de N.

Tanta vis virtutis atque ingenij peregrinata abfuit ab oculis, & fori, & curiæ, quin etiam, cum victor Lucius à Mithridatico bello reuertiſſet, inimicorum calumnia triennio tardiùs, quam debuerat, triumphauit. Acad.

Quomodo, pro ſicut, Vt, Quemadmodum, peruulgatum non eſt.

Et ſua concio riſit hominem, quomodo ipſe gloriari ſolet, ducentis confixum ſenatuſconſultis. de Ar.

Poſtulatio breuis (& quomodo mihi perſuadeo) aliquanto æquior. pro S. R.

Sed ita me conſulem feciſtis, quomodo pauci in hac ciuitate facti ſunt. contra Rul.

Quem quomodo nunc intendit, ne viuum quidem tum putabat. pro Qu.

Cûm id petitur, quod honeſtè promittere non poſſumus, quomodo ſiquis roget. Qu. de Pet.

Nam quomodo nunc eſt, pedem vbi ponat in ſuo non habet. At.

Illud ad vos, Cotta & Sulpiti, quomodo nunc ſe iſtorum artes habent, pertimeſcenda eſt multitudo cauſarum. de Or.

R.

RECENS. Tribuitur hoc nomen quibuſdam rebus à veteribus noſtris Latinis, dixerunt enim illi, Recentes litteræ, Recens ſermo, Recentia & eius generis

Digitized by Google

generis alia, quæ ab imperitis alijs barbaris modis obſcurantur.

In altera epiſtola, quæ mihi recentior videbatur. Ep.

Recentiſſima tua epiſt. Cal. data, in qua, &c. A.

Recentiſſima quęque ſunt emendata, & correcta maximè. Acad.

Itaque non ex ſermone hominum recenti, ſed ex annalium vetuſtate eruenda eſt memoria nobilitatis tuæ. pro Mur.

Quocirca Segulium negligamus, qui res nouas quęrit, nõ quo veterẽ comederit: nullam enim habuit, ſed hanc ipſam recentem nouam deuorauit. Ep.

Recenti illo tempore, tu omnia. Ad Brut.

Exſpecto recens aliquid, id eſt, nouum. At.

Datam inter omnes recenti negotio conſtabat. in V.

Inuidiáque non recenti, ſed vetere ac diuturna flagraret. Ep.

Quanquam recẽtiora audiębam ex ijs, qui ad me veniebant. At.

Homerus, qui recens ab illorum ætate fuit. de N.

Cùm è prouincia recens eſſet. in V.

Rhegyni quidam venerunt, vt Roma ſanè recentes. T

Recentes quoque vocant latini, quos Neotericos multi, neſcio qua ratione, appellant.

Attuliſti aliud humanius horum recentiorum, nunquam dictum ab illo ipſo, quod ſciam. de Fi.

Non modò Curij illi, &c. ſed hi recentes Marij. pro Mur.

Redigo. Hoc verbo Latini protulerũt, quod nũc multi non rectè Terent. imitantes, per Corradere pecuniam, nam cum ſignificatione, tum vſu etiam differt Corrado à Redigo. Eſt enim redigere pecuniam ex aliqua re, ferè idem quod Conficere, aut quod Flandricè dicimus, lewers afghelt maken. Gallicè, *faire argent de quelque choſe.*

Redigere pecuniam ex bonis venditis. I. V.

Redigere pecuniam ex vectigalibus. contra Rul.

De pecunia ex bonis redigenda. pro R. P.

Scripſi ad eum, me, quicquid poſſet nummorum ad apparatum ſperati triumphi ad te redacturum. At.

Redigere in memoriam, Latinè ſignificat, quod vulgò

dicitur: Fac me meminiſſe, aut recordari.

Quid ſibi is de me recepiſſet, in memoriā redegit. E.

Quid autem tibi venit in mentem redigere in memoriam noſtram, &c. in Aca.

Redimo. Maximæ tenebræ offuſæ ſunt huic verbo: nam quis eſt de vulgò, qui pro Conduco aliquid faciendum, aut curandum, vtitur? quòd cum neſciant, imperiti, ſignificari verbo Redimo dicunt, Recipere aliquid faciendum, aut curandum, pro precio aliquid aut adminiſtrandum, aut colendum ſuſcipere.

Qui pecuaria de P. Cornelio, L. Mummio cenſorio redemiſſet. de Cla.

Redimere fundum. At.

Publica malè redempta. Qu. Fr.

Redimere hoſtias. de In.

Rem illam redemptam eſſe à iudicib. confitentur. At.

Roſcius ſocietatis, non ſuas lites redemit, cum, &c. Qu. R.

Redemptio, in eadem ſignificatione. Publicanos te meritate redemptionis penè eſſe euerſos. de Pro.

Redemptor, eodem modo. Redemptori tuo dimidium pecuniæ curaui. Qu. Fr.

Redemptor, qui columnam illam de Torquato conduxerat faciendam.

Niſi ad ſacrificium quoddam redemptor hoſtias præbuiſſet. de In.

Redundo. Hoc verbo exprimitur à Cicer. quod nunc recentiores per ſuperfluum eſſe: vt, (de Or.

Verba efferueſcentia, & paulò nimium redundantia.

In verborum definitionibus neque abeſſe quicquam debet, neque redundare. ibid.

Vt nihil neque prætermittatur, neque redundet. O.

Neque in Antonio defuit hic ornatus orationis, neque in Craſſo redundauit. de Or.

Cum pituita redundat, aut bilis in corpore. Tuſc.

Redundantia, idem quod ſuperfluitatē dicunt barbari.

Ipſa illa pro Roſcio iuuenilis redundantia multa habet attenuata, quædam etiam paulò hilariora. O.

Refero,

Refero,quia varijs rebus hoc verbum tribuitur, varia etiam eo ſignificantur:vt,Referre animum,oculos ad aliquid,pro aduertere animum,oculos.

Age,nunc refer animum, ſis, ad veritatem, & conſidera. pro S. R.

Refer nunc animum ad hominum figuram. de Or.

Referre animum ad ſtudia.

Referre ſe ad ſtudia litterarum. Ep.

Referre oculos & animum ad aliquem. pro Qu.

Referre adſpectum aliquò. de Pro.

Vt ſimul ac poſita ſit cauſa,habeat quò ſe referat. Or.

Referre aliquid in commentarium, volumen, tabulas,codicem,pro eo quod vulgò dicitur,Annotare,adſcribere.Illa quæ in commentarium meum retuli. Or.

Referre epiſtolas in volumina. Ep.

Referre nomina in codicem accepti & expenſi. pro Qu. R. (pro Syl.

Cùm ſcirem ita iudicium in tabulas publicas relatum.

Niſi fortè, ſi quid memoriæ cauſa retuli in libellum, id numerabitur in actis. I. A.

Referre in tabulas, quodcunque commodum eſt, & inferre rationes falſas. pro Flac.

Inde *Referre acceptum, aut in acceptum, Referre datum*, quod vulgus dicit, Scribere in libro Recepti, aut receptorum,aut datorum vel expenſorum.

Ego amplius H S. ducenties acceptum hæreditatibus retuli. I. A.

Negabat opus in acceptum referre poſſe. in V.

Cùm illam pecuniam nominatim Flacco datam referrent. pro Qu. R.

Cùm operi publico referunt, & in ædem ſacram faciendam perſcribunt. ibid.

Nam quas pecunias ferebat ijs expenſas, quibus cum contrahebat, eas iſti ipſi referebant acceptas.in V.

Sed habere ait argentarij tabulas,in quib.ſibi expenſa pecunia lata ſit,acceptáque relata.pro Cœc.

Referre rationem, nos potius per rationem dare: quod quidē à Cicerone vſurpatur, ſed alijs potius rebus, quàm pecuniarijs tribuitur.

Rationes ad ærarium retuli continuò. I. V.

Quid relatum, quid reſiduum ſit. I. P.

Horum erit nullum iudicium, quantæ cuiuſque manubiæ fuerunt, quid relatum, quid reſiduum ſit. contra Rul.

Ne quis corona donaretur in magiſtratu, priuſquam rationes retuliſſet. de Op.

• *Referre aliquid ad Senatum*, aut *de aliqua re*.

Conſul dicebatur, qui Senatui quæ videbātur, proponebat. Nunc vulgò Proponere aliquid Senatui dicitur.

Referre & deferre ad ſenatum. pro Dom.

Qui, cum ei præſcriptum eſſet, ne quid ſine Seſtij noſtri ſententia ageret, neque ad nullum, neque ad quenquam noſtrum retulit. At.

P. Lentulus de ſolenni religione retulit. Poſt.

Si cuis placuiſſet de his litteris referre. ad Bru.

Pluribus de rebus vno ſortitu retuliſti. pro D.

Rem omnem ad P. C. retuli. I. C.

• Ad alios quoque referimus, qui explicent aliquid, vt interpretes.

Quęſiuitque qua de re ad Craſſum retuliſſet. ad Brut.

Ad ſapientes hęc, non ad diuinos referri ſolent. de D.

De rebus obſcuris & incertis ad Apollinem cenſeo referendum.

Cùm vicini omnes ad vnum de rebus ſuis referrent, erat in magno honore & gloria. de Di.

Referre & deferre aliquid ad interpretem. de D.

• *Reficio*, idem valere quod Recreo, obſcurum non eſt: ſed quoniam pro illo à multis Refocillare ſumitur, quod recentiorum eſt, monere lectorem volui, Ciceronem, & omnem antiquitatem, Reficere dixiſſe.

Tantum cibi & potionis adhibendum, vt reficiantur vires, non opprimantur. de Sen.

Tyronis reficiendi ſpes eſt in M. Curio. At.

Ego hic cogito commorari, quoad me reficiam. Epiſt.

Conſpectus conſenſúſque veſter reficit & recreat mentem meam. (refeci. Qu. F.

Ego in Arpinati ſumma cum amœnitate fluminis me

Refute,

R*futo.* Omnium ferè opinio eſt, verbum hoc ſolum diſputationibus tribui, idémque valere quod Diluere, & argumenta adducta infirmare: ſed grauioribus contentionibus, vt bellicis & hoſtilibus, & inimicitijs, is etiam attributum inueniet, qui iudicio & diligẽtia in auctoribus optimis verſatur. Sic enim Cicero loquitur de illis, quibus bello reſiſtẽdum, & quos reprimendos eſſe voluit.

Semper illas gentes noſtri imperatores refutãdas potius, quàm bello laceſſendas putauerunt. de Pro.

Et vt magis appareat, Reprimere & Coercere ſignificari hoc verbo, quam Redarguere, plura exempla afferam.

Obſoleuit iſta oratio, re multo magis quam verbis refutata. pro Pom.

Si in me impetum facere conabitur, reſiſtam, & eius conatum refutabo. de Ar.

Imprimiſque refutetur ac reijciatur Philoctetεus illε (clamor. Tuſc.

Libidinem tuam libertas mea refutabit. Or.

Quam quidem fortunam non modò non aſpernari, & refutare, ſed etiam complecti atque augere debetis. pro R. P.

Regificè, quod alij regaliter.

Auro, ebore inſtructam regificè. Tuſ.

Regnum, Latinè ſignificat, quod multi nunc Græcè Monarchiam, Tyrannidem: vt,

Ad Lupercalia C. Cæſari dictatori perpetuo M. Antonius conſul populi iuſſu regnum detulit. I. A.

Qui ſunt Romæ regnum occupare conati. pro Syl.

Qui regnum occupare voluerunt. I. A.

M. Manlius regnum appetiuiſſe eſt iudicatus. pro D.

Incidere in ſuſpicionem regni appetendi. pro Milo.

C. Seru. Hala. Sp. Melium regnum appetentem & occupantem interemit. de Sen.

Non regno, ſed rege liberati ſumus, interfecto enim rege, regios omnes nutus tuemur. Ep.

Quidam propter ſuſpicionem regni appetendi ſunt necati. I A.

Tib. Gracchus regnum occupare conatus eſt, vel regnauit is quidem paucos menſes. de Amic.

Multi iniqui atque infideles regno, pauci boni ſunt. Off.

Nulla ſancta ſocietas, neque fides regni eſt.

Niſi eos timere putas, ne ſub regno ſint. At.

Relationem, *Relatiua*, vocarunt recentiores barbarè, quam Cic. Comparationem, Collocationem, Quæ cum aliquo conferuntur, Quæ ſub eandem rationem cadunt.

Relaxo, contrarium ei eſt Aſtringo, nobis non tam notum, quàm olim fuit Romanis.

Aluus tum aſtringitur, tum relaxatur. de N.

Cibi reliquiæ depelluntur, tum aſtringentibus, tum relaxantibus ſe inteſtinis.

Quicquid ego aſtrinxi, ille relaxat. At.

Si tu à contentionibus, quibus ſummis vti ſolebas, quotidie relaxes aliquid. de Leg.

Animus ſomno relaxatus, ſolutè mouetur & liberè. de D.

Cùm ſe planè corporis vinculis relaxauerint. de Sen.

Conſtructio verborum tum coniunctionibus copuletur, tum diſſolutionibus relaxetur. Par.

Idem contingit inſanis, vt & incipientes furere ſentiant, &c. & cum relaxantur ſentiant. Aca.

Releuo, non ita tritum eſt vt Leuo, cùm idem valeat.

Cibi ſatietas atque faſtidium aut ſubamara aliqua re releuatur, aut dulci mitigatur. de In.

Vt animus moleſtijs potiſſimum releuaretur. de D.

Ad breue quoddam tẽpus cura & metu releuari. in C.

Remitto. Ignotum in vulgus eſt, hoc verbo ſignificari id, cui Intendo, Ingraueſco, & eius generis alia contraria ſunt: vt,

Vt onera contentis corporibus facilius feruntur, remiſſis opprimunt; ſimillimè animus intentione ſua depellit preſſum omnem ponderum, remiſſione autem ſic vrgetur, vt ſe nequeat extollere. Tu.

Oculi ſunt, quorum intentione, tum remiſſione, tum coniectu, tum hilaritate virtus animorum ſignificatur. de Or.

Oculo-

Oculorum obtutus, ſuperciliorum remiſſio aut contractio. Off.
Demoſthenes vna continuatione verborum binas contentiones vocis & remiſſiones continebat. de O.
Iſte ardet furore; nec remittit aliquid, ſed in dies ingraueſcit. At.
Ad infirmitatem laterum perſcienter contentionem remittere. de Clar.
Contenta vox) (Remiſſa vox. Or.
Adducere habenas) (Remittere habenas. Ami.
Varius canendi ſonus tum remittit animos, tum contrahit. de Leg.
Reſpondit, in agro ambulanti ramum adductum, cum remiſſus eſſet, in oculum recidiſſe. de C.
Remittere. Latinè etiam id ſignificat, quod Flandricè Vergheuen, Gallicè *Pardonner*, quod cum magis per Condonare vulgus proferat, animaduertat quomodo Cicero id ſit ſolitus exprimere.
Illum viris fortiſſimis iudicarunt Patres Conſ. dimittere de ſumma non potuiſſe, te mulieri teterrimæ rectè remiſiſſe Senatores iudicabunt? in Ver.
Nec enim fuit Gabinij remittere tantum de ſuo. pro (R.P.
Remiſit D. Bruto CX. millia. in V.
Remiſiſti quod non oportebat, accepiſti quod non licebat. in V.
Nauem imperare ex fœdere debuiſti, remiſiſti in triennium. in V.
Menſes mihi tres cum eripuiſſetis ad agendum maximè appoſitos, reliquum omne tempus huius anni me vobis remiſſurum putaſtis. in V.
Te rogo vt procuratoribus Flauij remittas de diminuendo, &c. Qu.
Meam animaduerſionem & ſupplicium, quo vſurus eram in eum quem cepiſſem, remitto tibi & condono. in V.
Noli putare id omnino à me eſſe omiſſum, ſi quid eſt tibi remiſſum, atque conceſſum. pro Syl.
Sed etiā ſi quid mihi conceditur, id reddo ac remitto.
Tibi remitto atque cōcedo, vt eum defendas. pro Pl.

Ego verò tibi iſthic, mi Antoni, remitto. in A.

Remunero, & Remuneror. Peruulgatum ſatis hoc verbum non eſt, neque vſus notus: nam accuſatiuum ei adiungunt Latini, imperiti verò datiuum.

Quibus officijs T. Annij beneficia remunerabo? Poſtquam. (Ep.

Conſiderandum eſt, quonam te remunerer genere.

Vt à te ipſo ſumerem aliquid ad me reficiendum, téque remunerãdum, ſi non pari, at grato tamen munere. de Cla. (lim. At.

Tu ſi tibi eadem cauſa eſt, me remunerere ſanè ve-

Et quoniam nullum aliud tempus futurum ſit, vbi tibi referant gratiam, hoc te officio remunerent. Qu. de Pet.

Renuncio, pro Nuncio ſæpè vſurpari, aut Nuncium referre, notum fortaſſe ſatis eſt. Sed ſignificari Latinè hoc verbo, quod Flandrica lingua diceremus, Omkeeren, hercoopen, Wederſeggen, niet houden het contract, Gallica, *desdire, ou quitter:* diuulgatum omnino non dicitur.

Itaque renunciat Rabonius illam deciſionem tutoribus; accurrunt tamen ad tempus tutores, digitum tollit Iunius Patruus. in Ver.

Renunciare hoſpitiũ alicui, & domo emigrare. in V.

Repono. Reponere aliquem in numero, aut numerum, modus loquendi olim omnium Romanorum ſermone tritus, nunc pleriſque ignotus.

Quos equidem in deum immortalium cœtu, ac numero repono. pro Seſt.

Tamen hunc in numero non repono. de Opt.

Reponere ſtellas in numero deorum. de Nat.

Reponi in numero proborum hominum. in V.

Reponi in locum alterius. Brut. At.

Reponere aliquid in numero fabularum. de In.

Homines mortuos reponere in deos. de N.

Reponere aliquem in ſuis. At.

Si placuerit, vos hanc defenſionem in aliquo artis loco reponetis. de Or.

Nam ſi alij propterea laudantur, quòd pro libertate arma

arma ceperunt, cur non M. Brutus in eadem cauſa reponatur? in A.

• *Repræſento.* Sublatum prorſus de lingua Latina hoc verbum videtur, adeò pauci ſunt qui eo vtuntur: ignoratione enim eius, vulgus dicit, Prompta pecunia ſoluere, cum pecunia prompta emere. Latini verò Repræſentare, aut Repræſentatione emere.

Reliquæ pecuniæ vſuram Sillio pendemus, dum à Faberio repræſentabimus. At.

Si qua etiam iactura faciẽda ſit in repręſentando. At.

Dies promiſſorum adeſt, quem etiam repræſentabo, ſi adueneris. Ep.

• *Repræſentatio, onis,* Si Faberianum venderem, explicare vel repręſentatione non dubitarem. At.

Nomen Dolabellæ iam expeditum videtur, vt etiam repręſentatione concludam. At.

• *Reſcindo.* Vis propria huius verbi non ſatis nota eſt: pauci enim ſunt qui vtuntur, cùm ſignificare volunt, Irritum facere aliquid.

Acta Antonij reſcidiſtis, leges refixiſtis. I. An.

Reſcindere conſtituta ab alio. I. V.

Reſcindere iniurias alterius, & irritas facere. in V.

Reſcindere iudicium) (Ratum habere iudicium. pro Plan.

• *Reſideo.* Propriam vim huius verbi ignorant qui dicunt, ponere ſe ad ſedendum, nam hoc per reſidere Latini protulerunt: vt,

Sed reſideamus, inquit, ſi placet, itaque fecimus. de Reſidere, deinde ſpatiari. pro S. R. (Fin.

• In oppido aliquo mallem reſediſſe. At.

Omnia quæ commota fuerant, pace & otio reſederunt. in Saluſt.

Marcelli impetus reſederunt.

Cur non ante occurrit, ne in villa reſideret? pro Mi.

• *Aliquid reſidere in aliqua re.*

Periculum autem reſidebit, & erit incluſum penitus in venis atque viſceribus reipublicæ. in C.

Cuius non in ſententia ſolum, ſed etiam in nutu reſidebat auctoritas. de Sen.

Res

Res geſtæ, in quibus nulla poteſt reſidere inertiæ ſu-
Cum timor animo reſediſſet. Tuſ. (ſpicio. Qu Fr.

Reſpectus, mutato dicendi genere (inquit doctiſſ. vir Adrianus Cardinalis) dici cœptus eſt hoc modo, &c. Feci amicitiæ reſpectu, Feci reſpectu iuſtitiæ: quo loco diceretur latiniùs, Feci amicitię cauſa vel ratione, Feci ratione iuſtitiæ. Reſpectus nomen eſt à Reſpicio veniens, vt Conſpectus à Conſpicio, Perſpectus à Perſpicio, alio dicendi modo à Cicerone eloquentię principe vſitatum: qui de Diuinatione, remigem, inquit, quendam ex quinqueremi Rhodiorum vaticinatum &c. fugientibus miſerabilem reſpectum incendiorum fore.

In Philippica quinta. Itaque cum reſpectum ad ſenatum, &c. haberet.

Reſtauro, recentiorum vocabulum eſt. Veteres Inſtauro, Reficio, Reſarcio, Reſtituo.

Reſto, pro maneo & conſiſto propriè à Latinis vſurpatum eſſe omnibus notum non eſſe puto.

Ita incolumis in patria Regulus reſtitiſſet. Off.

Ligarius poſt aduentum Vari in Africa reſtitit. pro Li. (non diſcedam. At.

At ſi reſtitero, idem fecero quod L. Flaccus, id eſt, ſi

Qui ab illo in ſpeculis relicti, in ceruicibus noſtris reſtiterunt pro Mur.

Reuello. Diuulgatum non eſt, hoc verbo ſignificari id, quod fixum eſt tollere: & in preterito non Reuulſi, ſed Reuelli, vt cætera verba à Vello, apud Ciceronem habere.

Nec prius illam crucem, quæ fixa eſt ad portam, reuelliſtis. in V. (periores. At.

Honorificíque verbis omnes iniurias reuellimus ſu-

Reuelli clauſtra, effringi fores. l. V.

Ianua, qua effracta & euulſa tota pateret prouincia. pro Mur. (armis tenebatur. I. P.

Id autem templum ſublato aditu, reuulſis gradibus,

Niſi ſeptis reuulſis introiri non poteſt. in A.

De corpore alicuius tela reuellere. I. P. (iuſſit. Ep.

Tabulam, in qua nomina ciuium inciſa erant, reuelli

Qui

Qui ius ciuile contemnendum putat, is vincula iudiciorum reuellit, pro Cæc.

Reuiuiſco. Vis verbi ſatis manifeſta : Sed recentiores reſurgo pro reuiuiſco vſuparunt. Sed nos optimos auctores ſequimur, qui ſic ſunt locuti.

Is vbi Galli cantum audiuit, auum ſuum reuixiſſe putat. I. P.

Si reuixiſſent hi, qui hæc penè delerunt. Poſtquam.

Si reuiuiſcant illi. de Fin.

Vt facilius reuiuiſcat Pompeianorum cauſa toties iugulata. I. A. (eſſet. pro Mil.

Qui ſi eadē lege reuiuiſcere poſſet, lex data nunquam

Vt ſpeciem aliquam videar videre, quaſi reuiuiſcentis Reip. Ep. (recreetur. Ep.

Vt iam ſimul cum repub. neceſſariò reuiuiſcat, atque

Cùm autem ſol illuxiſſet, tum vt reuixiſſe ſibi viderentur. de N.

Cùm ex illo metu mortis, quaſi luce libertatis recreatus reuixiſſet. in V.

Aduentu noſtro reuiuiſcunt iuſtitia, abſtinentia tui Ciceronis. At.

Omnes ciuitates ſuis legibus vſæ, *αὐτονομίαν* adeptæ reuixerunt. At. (A.

Senatus ad auctoritatis priſtinæ ſpem reuiuiſcit. in

Reuiuiſcere, reſpirare à metu cędis, emergere à fluctibus ſeruitutis. de Ar.

Res erat & cauſa noſtra eo loci, vt erigere oculos, & viuere videretur. pro Seſt.

Reuiuiſcat M. Curius, &c. Parad.

Templa, in quibus reuiuiſcente iam libertate, deinde rurſus oppreſſa, Senatus nihil conſulitur. Oct.

Rogare legem, prouinciam, dicebant Latini, quod populum rogarent, placeret ne ferri, aut decerni quod propoſuerant.

Cùm lex abrogatur, illud ipſum rogatur, quomodo eam abrogari oporteat. At,

Leges, quæ de ciuium reorum ſupplicio rogatæ, ſunt.

Hęc lex rogata eſt iure. pro Dom. (tum. pro Cæc.

Si quid ius non eſſet rogari, eius ea lege nihilum roga-

Illo

Illo die mihi pernicies, Gabinio, & Piſoni prouincia rogata eſt. pro Seſt.
Cedo illa legitima, Conſules populum iure rogauerunt (hoc enim à maioribus accepimus ius rogandi) populus quæ iure ſciuerit. in An. Inde
Rogatio. Rogatio, quæ de Pompeio à Gellio lata eſt. pro Cor.
Sylla illam rogationem de ſe ferri non vult. pro Syl.
Promulgatur ab eodem rogatio de mea pernicie. pro Seſt.
Rogatio & huic finitima percũctatio. de Orat. (Seſt.
Perferre rogationem. Quint. Frat.
Tribuni ex templo pulſi, cum rogationi intercedere vellent. de Or.
Rogator. Qui rogator centuriæ fuiſſet. de D.
Aruſpices reſponderunt, non iſtum fuiſſe comitiorum rogatorem. de N.

S.

S*Alto*, Latinè id eſt, quod alij Ducere choreas dicunt. Cicero etiam, Verſare orbem ſaltatorium, cum circuli inſtar ſaltabant, dixit.
Cum collegæ tui domus cantu, & cymbalis perſonaret, cúmque ipſe nudus in conuiuio ſaltaret, in quo ne tum quidem cum illum ſuum ſaltatorium verſaret vrbem, fortunæ rotam pertimeſcebat. in P.
Negarem poſſe eum ſatisfacere in geſtu, niſi palæſtram, niſi ſaltare didiciſſet. Or.
Qui in conuiuijs nudi ſaltare conſueuerunt. in C.
Nemo enim ferè ſaltat ſobrius. pro Mur.
Deiotarum in conuiuio nudum ſaltauiſſe. pro De.
Saltatio, quam Choream vocant. Intempeſtiui conuiuij, multarum deliciarum comes eſt extrema ſaltatio. pro Mur.
Sex. Titius tam mollis & ſolutus in geſtu, vt ſaltatio quædam naſceretur, cui ſaltationi Titius nomen eſſet. de Clar.
Actio hiſtrionis eſt, ſaltatio ſaltatoris. de Fin.
Saltator, *Saltatrix*, Barbari Chorizatorem, Chorizatricem appellant.

Adde

Adde his, ſi placet, vnguentarios ſaltatores. Off.
Si ſaltatorem nauum habuiſſes. pro Deiot.
Cum illa ſaltatrice tonſa. in P.
Salueo. Quod nunc omnium ſermone tritum eſt, in congreſſibus familiares inter ſe ſalutare his verbis, Bonus dies, Bonus veſper, aut iſtiuſmodi modis alijs, veteres fecerunt per Salue & Vale, exempla apud Comicos inuenies. Cicero coniungit etiam Vale & Salue cum ſcribit ad familiares. Ex quo diſcemus Salue non ſolum vocabulum eſſe, quo ſe inter ſe ſalutant congredientes, aut occurrentes: ſed modum quaſi proprium Romanis eſſe, quo etiam abſentes ſalutabant. Inde ſeparatim ſaluere iubere aliquem, quod ineptè dicunt plerique, Valedicere alicui alicuius nomine.
Valebis igitur, & valere Piliam & Cæciliam noſtram iubebis, & ſaluebis à meo Cicerone. At.
Vale, ſalue. Ep.
Dionyſium iube ſaluere. At.
Dionyſium velim ſaluere iubeas.
Alexim humaniſſimum puerum velim ſaluere iubeas.
Salutaris, Salubris, idem ſignificant, quod poëtæ Salutiferum vocant.
Salutare remedium. Oća.
Acceſſus ad res ſalutares, à peſtiferis receſſus. de Nat.
Res vtiles & ſalutares, deorum eſſe vocabulis nuncupatas. de N.
Cultura agrorum hominum generi vniuerſo eſt ſalutaris. de Sen.
Tractatio litterarum mihi ſalutaris fuit. de Clar.
Salutaris ſeueritas vincit inanem ſpeciem clementię.
Salutaris & vitalis color. de N. (At.
Nec amœnum, nec ſalutarem locum cenſeo. Or.
Gratulor Baijs noſtris, ſiquidem vt ſcribis, ſalubres factæ ſunt. Ep.
Salubríſne, an peſtilens annus futurus ſit. de D.
Sunt partes agrorum aliæ peſtilentes, alię ſalubres. de D. (tradiderit. de D.
Qui ſalubri & moderato cultu atque victu quieti ſe

Sartum

Sartum tectum, aut *Sarta tecta*, dicebant in ædificijs, quæ integra, & perfecta eſſent, vt nihil deſideraret locator à redemptoribus: vt,

Cum L. Octauius, C. Aurelius Coſſ. ædes ſacras locauiſſent, neque potuiſſent omnia ſarta tecta exigere, &c. in Verrem. (tradere. Poſt.

Quęſiuit, quis ædem Caſtoris ſartam tectam deberet

Opus illud quamuis ſartum tectum integrúmque eſſet, &c. ibidem, quod explicatur eadem pagina alijs verbis: vt,

Venit ipſe in ædem Caſtoris: conſiderat templum, videt vndique, tectum pulcherrimè laqueatum, preterea cætera noua atque integra. ibid.

In ſartis tectis dominari aliquem. I. V.

Quorum quidem omnia commoda, omnéſque facultates, quibus & ſacra conficere, & ſarta tecta ædium ſacrarum locorúmque communium tueri poſſint, conſiſtunt in his vectigalibus, quæ, &c. Ep.

Tranſlatè hoc modo eſt vſus Cicero, Debetis quoque mihi proſpicere, qui hoc imperij domicilium numini deorum conſecratum ſartum tectum ab omni periculo conſeruaui. Antequam.

Hoc mihi da, vt M. Curium ſartum tectum (vt aiunt) ab omni detrimento conſerues. Ep.

Scibilis, Barbarum eſt. Cic. quod ſcientia comprehenditur, quod ſciri aut intelligi poteſt.

Scio. Latinè, Græcè ſcire dixerunt Latini: noſtri verò noui latini ignorant omninò hos modos loquendi, quos ſi velint, à Cicerone licet diſcant.

Non tam preclarè eſt ſcire latinè, quàm turpe neſcire.

Omnes qui latinè ſciunt. de Fin. (de Clar.

Cum græcè, vt videor, luculenter ſciam.

Scitè, non pulchrè, aut venuſtè, ſed idem ferè quod ſcienter ſignificat. Sed quoniam neutrum in vulgari vſu eſt, vtrumque exemplis illuſtrabimus.

Statua ſcitè facta & venuſtè. I. V.

Et ille cui mandaui, ſatis ſcitè & commodè, tempus ad te cepit adeundi Ep.

Hę rationes, quę ſatis ſcitè nobis inſtructę & compoſitæ

ſitæ videntur. de Leg. (ceratè, vt ſcriba. I. P.
Rationes ad ærarium retuli, ita perſcriptas ſcitè & lit-
Scitè dicere aliquid. At.
Satis ſcitè hoc quidem.
Satis enim ſcitè me noſtri ſermonis principium eſſe voluiſti. de Fin.

Scienter, intelligenter, ſciens) (Inſcienter.
Iis quæ habeas modicè ac ſcienter vti. de Or.
Scienter ac peritè dicere. de Or.
Scienter verſari in aliqua re.
Scienter interpretari aliquid. de D.
Iis quibuſcum congregamur, vti moderatè & ſcien-

Scitus a, um. Ingenioſus, Doctus, Acutus. (ter. Off.
Scito ſermone & Attico loqui. de N.
Ego autem id, quod mihi ſcitum eſſe videatur, non aſpernor. pro Plan.
Scitum eſt enim quod Carneades dicere ſolebat, Clitomachum, &c. Or.
Vetus autem illud Catonis admodum ſcitum eſt, qui dicebat ſe, &c. de N.
Scitum eſt enim cauſam conferre in tẽpus, &c. de Or.

Scopus, quoniam Græcum eſt, operæpretium videtur diſcere, quemadmodum Latinè dicatur: vno verbo verò per finem, propoſitum reddi puto.
Quid eſt igitur propoſitum his Reipubl. gubernatoribus, quò intueri, & quò curſum ſuum dirigere debeant? &c. pro Seſt.
Ac mihi quidem videtur hoc omnia eſſe referenda ab iis qui præſunt, vt ii, qui in imperio ſunt, ſint quàm beatiſſimi. Qu. Fr.
Nihil niſi ſempiternum ſpectat. pro Rab.
Hoc ſpectant leges, hoc volunt, incolumem eſſe ciuium coniunctionem. Off.
Cicero eò tendit, id agit, ad eum exitũ properat, &c. At. (ni. pro Dom.
Nondum ad propoſitum mihi finem honoris perue-
Nihil prodeſt ſtudium perueniendi aliquò, niſi illud, quod eò, quò intendas, ferat deducátque, cognoris. Or.

Commo-

Digitized by Google

Multi iniqui atque infideles regno, pauci boni ſunt. Off.

Nulla ſancta ſocietas, neque fides regni eſt.

Niſi eos timere putas, ne ſub regno ſint. At.

Relationem, Relatiua, vocarunt recentiores barbarè, quam Cic. Comparationem, Collocationem, Quæ cum aliquo conferuntur, Quæ ſub eandem rationem cadunt.

Relaxo, contrarium ei eſt Aſtringo, nobis non tam notum, quàm olim fuit Romanis.

Aluus tum aſtringitur, tum relaxatur. de N.

Cibi reliquiæ depelluntur, tum aſtringentibus, tum relaxantibus ſe inteſtinis.

Quicquid ego aſtrinxi, ille relaxat. At.

Si tu à contentionibus, quibus ſummis vti ſolebas, quotidie relaxes aliquid. de Leg.

Animus ſomno relaxatus, ſolutè mouetur & liberè. de D.

Cùm ſe planè corporis vinculis relaxauerint. de Sen.

Conſtructio verborum tum coniunctionibus copuletur, tum diſſolutionibus relaxetur. Par.

Idem contingit inſanis, vt & incipientes furere ſentiant, &c. & cum relaxantur ſentiant. Aca.

Releuo, non ita tritum eſt vt Leuo, cùm idem valeat.

Cibi ſatietas atque faſtidium aut ſubamara aliqua releuatur, aut dulci mitigatur. de In.

Vt animus moleſtijs potiſſimum releuaretur. de D.

Ad breue quoddam tẽpus cura & metu releuari. in C.

Remitto. Ignotum in vulgus eſt, hoc verbo ſignificari id, cui Intendo, Ingraueſco, & eius generis alia contraria ſunt: vt,

Vt onera contentis corporibus facilius feruntur, remiſſis opprimunt; ſimillimè animus intentione ſua depellit preſſum omnem ponderum, remiſſione autem ſic vrgetur, vt ſe nequeat extollere. Tu.

Oculi ſunt, quorum intentione, tum remiſſione, tum coniectu, tum hilaritate virtus animorum ſignificatur. de Or.

Oculo-

Oculorum obtutus, ſuperciliorum remiſſio aut contractio. Off.

Demoſthenes vna continuatione verborum binas contentiones vocis & remiſſiones continebat. de O. (graueſcit. At.

Iſte ardet furore; nec remittit aliquid, ſed in dies in-

Ad infirmitatem laterum perſcienter contentionem remittere. de Clar.

Contenta vox) (Remiſſa vox. Or.

Adducere habenas) (Remittere habenas. Ami.

Varius canendi ſonus tum remittit animos, tum contrahit. de Leg.

Reſpondit, in agro ambulanti ramum adductum, cum remiſſus eſſet, in oculum recidiſſe. de C.

Remittere. Latinè etiam id ſignificat, quod Flandricè Vergheuen, Gallicè *Pardonner*, quod cum magis per Condonare vulgus proferat, animaduertat quomodo Cicero id ſit ſolitus exprimere.

Illum viris fortiſſimis iudicarunt Patres Conſ. dimittere de ſumma non potuiſſe, te mulieri teterrimæ rectè remiſiſſe Senatores iudicabunt? in Ver.

Nec enim fuit Gabinij remittere tantum de ſuo. pro

Remiſit D. Bruto CX. millia. in V. (R.P.

Remiſiſti quod non oportebat, accepiſti quod non licebat. in V.

Nauem imperare ex fœdere debuiſti, remiſiſti in triennium. in V.

Menſes mihi tres cum eripuiſſetis ad agendum maximè appoſitos, reliquum omne tempus huius anni me vobis remiſſurum putaſtis. in V.

Te rogo vt procuratoribus Flauij remittas de diminuendo, &c. Qu.

Meam animaduerſionem & ſupplicium, quo vſurus eram in eum quem cepiſſem, remitto tibi & condono. in V.

Noli putare id omnino à me eſſe omiſſum, ſi quid eſt tibi remiſſum, atque conceſſum. pro Syl.

Sed etiã ſi quid mihi conceditur, id reddo ac remitto.

Tibi remitto atque cõcedo, vt eum defendas. pro Pl.

Ego verò tibi iſthic, mi Antoni, remitto. in A.

Remunero, & Remuneror. Peruulgatum ſatis hoc verbum non eſt, neque vſus notus: nam accuſatiuum ei adiungunt Latini, imperiti verò datiuum.

Quibus officijs T. Annij beneficia remunerabo? Poſtquam. (Ep.

Conſiderandum eſt, quonam te remunerer genere.

Vt à te ipſo ſumerem aliquid ad me reficiendum, téque remunerãdum, ſi non pari, at grato tamen munere. de Cla. (lim. At.

Tu ſi tibi eadem cauſa eſt, me remunerere ſanè ve-

Et quoniam nullum aliud tempus futurum ſit, vbi tibi referant gratiam, hoc te officio remunerent. Qu. de Pet.

Renuncio, pro Nuncio ſæpè vſurpari, aut Nuncium referre, notum fortaſſe ſatis eſt. Sed ſignificari Latinè hoc verbo, quod Flandrica lingua diceremus, Omkeeren, hercoopen, Wederſeggen, niet houden het contract, Gallica, *deſdire, ou quitter:* diuulgatum omnino non dicitur.

Itaque renunciat Rabonius illam deciſionem tutoribus; accurrunt tamen ad tempus tutores, digitum tollit Iunius Patruus. in Ver.

Renunciare hoſpitiũ alicui, & domo emigrare. in V.

Repono. Reponere aliquem in numero, aut numerum, modus loquendi olim omnium Romanorum ſermone tritus, nunc pleriſque ignotus.

Quos equidem in deum immortalium cœtu, ac numero repono. pro Seſt.

Tamen hunc in numero non repono. de Opt.

Reponere ſtellas in numero deorum. de Nat.

Reponi in numero proborum hominum. in V.

Reponi in locum alterius. Brut. At.

Reponere aliquid in numero fabularum. de In.

Homines mortuos reponere in deos. de N.

Reponere aliquem in ſuis. At.

Si placuerit, vos hanc defenſionem in aliquo artis loco reponetis. de Or.

Nam ſi alij propterea laudantur, quòd pro libertate arma

arma ceperunt, cur non M. Brutus in eadem cauſa reponatur? in A.

• *Repræſento*. Sublatum prorſus de lingua Latina hoc verbum videtur, adeò pauci ſunt qui eo vtuntur: ignoratione enim eius, vulgus dicit, Prompta pecunia ſoluere, cum pecunia prompta emere. Latini verò Repræſentare, aut Repræſentatione emere.

Reliquæ pecuniæ vſuram Sillio pendemus, dum à Faberio repræſentabimus. At.

Si qua etiam iactura faciẽda ſit in repręſentando. At.

Dies promiſſorum adeſt, quem etiam repræſentabo, ſi adueneris. Ep.

• *Repræſentatio, onis*, Si Faberianum venderem, explicare vel repręſentatione non dubitarem. At.

Nomen Dolabellæ iam expeditum videtur, vt etiam repręſentatione concludam. At.

• *Reſcindo*. Vis propria huius verbi non ſatis nota eſt: pauci enim ſunt qui vtuntur, cùm ſignificare volunt, Irritum facere aliquid.

Acta Antonij reſcidiſtis, leges refixiſtis. I. An.

Reſcindere conſtituta ab alio. I. V.

Reſcindere iniurias alterius, & irritas facere. in V.

Reſcindere iudicium) (Ratum habere iudicium. pro Plan.

• *Reſideo*. Propriam vim huius verbi ignorant qui dicunt, ponere ſe ad ſedendum, nam hoc per reſidere Latini protulerunt: vt,

Sed reſideamus, inquit, ſi placet, itaque fecimus. de Reſidere, deinde ſpatiari. pro S. R. (Fin.

• In oppido aliquo mallem reſediſſe. At.

Omnia quæ commota fuerant, pace & otio reſederunt. in Saluſt.

Marcelli impetus reſederunt.

Cur non ante occurrit, ne in villa reſideret? pro Mi.

• *Aliquid reſidere in aliqua re.*

Periculum autem reſidebit, & erit incluſum penitus in venis atque viſceribus reipublicæ. in C.

Cuius non in ſententia ſolum, ſed etiam in nutu reſidebat auctoritas. de Sen.

Res

Res geſtæ, in quibus nulla poteſt reſidere inertiæ ſu-
Cum timor animo reſediſſet. Tuſ. (ſpicio. Qu Fr.

Reſpectus, mutato dicendi genere (inquit doctiſſ. vir Adrianus Cardinalis) dici cœptus eſt hoc modo, &c. Feci amicitiæ reſpectu, Feci reſpectu iuſtitiæ: quo loco diceretur latiniùs, Feci amicitię cauſa vel ratione, Feci ratione iuſtitiæ, Reſpectus nomen eſt à Reſpicio veniens, vt Conſpectus à Conſpicio, Perſpectus à Perſpicio, alio dicendi modo à Cicerone eloquentię principe vſitatum: qui de Diuinatione, remigem, inquit, quendam ex quinqueremi Rhodiorum vaticinatum &c. fugientibus miſerabilem reſpectum incendiorum fore.

In Philippica quinta. Itaque cum reſpectum ad ſenatum, &c. haberet.

Reſtauro, recentiorum vocabulum eſt. Veteres Inſtauro, Reficio, Reſarcio, Reſtituo.

Reſto, pro maneo & conſiſto propriè à Latinis vſurpatum eſſe omnibus notum non eſſe puto.

Ita incolumis in patria Regulus reſtitiſſet. Off.

Ligarius poſt aduentum Vari in Africa reſtitit. pro Li. (non diſcedam. At.

At ſi reſtitero, idem fecero quod L. Flaccus, id eſt, ſi

Qui ab illo in ſpeculis relicti, in ceruicibus noſtris reſtiterunt pro Mur.

Reuello. Diuulgatum non eſt, hoc verbo ſignificari id, quod fixum eſt tollere: & in pręterito non Reuulſi, ſed Reuelli, vt cætera verba à Vello, apud Ciceronem habere.

Nec prius illam crucem, quæ fixa eſt ad portam, reuelliſtis. in V. (periores. At.

Honorificíque verbis omnes iniurias reuellimus ſu-

Reuelli clauſtra, effringi fores. l. V.

Ianua, qua effracta & euulſa tota pateret prouincia. pro Mur. (armis tenebatur. I. P.

Id autem templum ſublato aditu, reuulſis gradibus,

Niſi ſeptis reuulſis introiri non poteſt. in A.

De corpore alicuius tela reuellere. I. P. (iuſſit. Ep.

Tabulam, in qua nomina ciuium inciſa erant, reuelli

Qui

Qui ius ciuile contemnendum putat, is vincula iudiciorum reuellit. pro Cæc.

Reuiuiſco. Vis verbi ſatis manifeſta : Sed recentiores reſurgo pro reuiuiſco vſurparunt. Sed nos optimos auctores ſequimur, qui ſic ſunt locuti.

Is vbi Galli cantum audiuit, auum ſuum reuixiſſe putat. I. P.

Si reuixiſſent hi, qui hæc penè delerunt. Poſtquam.

Si reuiuiſcant illi. de Fin.

Vt facilius reuiuiſcat Pompeianorum cauſa toties iugulata. I. A. (eſſet. pro Mil.

Qui ſi eadē lege reuiuiſcere poſſet, lex data nunquam

Vt ſpeciem aliquam videar videre, quaſi reuiuiſcentis Reip. Ep. (recreetur. Ep.

Vt iam ſimul cum repub. neceſſariò reuiuiſcat, atque

Cùm autem ſol illuxiſſet, tum vt reuixiſſe ſibi viderentur. de N.

Cùm ex illo metu mortis, quaſi luce libertatis recreatus reuixiſſet. in V.

Aduentu noſtro reuiuiſcunt iuſtitia, abſtinentia tui Ciceronis. At.

Omnes ciuitates ſuis legibus vſæ, *αὐτονομίαν* adeptæ reuixerunt. At. (A.

Senatus ad auctoritatis priſtinæ ſpem reuiuiſcit. in

Reuiuiſcere, reſpirare à metu cędis, emergere à fluctibus ſeruitutis. de Ar.

Res erat & cauſa noſtra eo loci, vt erigere oculos, & viuere videretur. pro Seſt.

Reuiuiſcat M. Curius, &c. Parad.

Templa, in quibus reuiuiſcente iam libertate, deinde rurſus oppreſſa, Senatus nihil conſulitur. Oct.

Rogare legem, prouinciam, dicebant Latini, quod populum rogarent, placeret ne ferri, aut decerni quod propoſuerant.

Cùm lex abrogatur, illud ipſum rogatur, quomodo eam abrogari oporteat. At.

Leges, quæ de ciuium reorum ſupplicio rogatæ, ſunt.

Hęc lex rogata eſt iure. pro Dom. (tum. pro Cæc.

Si quid ius non eſſet rogari, eius ea lege nihilum roga-

Ille

Illo die mihi pernicies, Gabinio, & Piſoni prouincia rogata eſt. pro Seſt.
Cedo illa legitima, Conſules populum iure rogauerunt (hoc enim à maioribus accepimus ius rogandi) populus quæ iure ſciuerit. in An. Inde
Rogatio. Rogatio, quæ de Pompeio à Gellio lata eſt. pro Cor.
Sylla illam rogationem de ſe ferri non vult. pro Syl.
Promulgatur ab eodem rogatio de mea pernicie. pro
Rogatio & huic finitima percũctatio. de Orat. (Seſt.
Perferre rogationem. Quint. Frat.
Tribuni ex templo pulſi, cum rogationi intercedere vellent. de Or.
Rogator. Qui rogator centurię fuiſſet. de D.
Aruſpices reſponderunt, non iſtum fuiſſe comitiorum rogatorem. de N.

S.

S*Alto*, Latinè id eſt, quod alij Ducere choreas dicunt. Cicero etiam, Verſare orbem ſaltatorium, cum circuli inſtar ſaltabant, dixit.
Cum collegæ tui domus cantu, & cymbalis perſonaret, cúmque ipſe nudus in conuiuio ſaltaret, in quo ne tum quidem cum illum ſuum ſaltatorium verſaret vrbem, fortunæ rotam pertimeſcebat. in P.
Negarem poſſe eum ſatisfacere in geſtu, niſi palæſtram, niſi ſaltare didiciſſet. Or.
Qui in conuiuijs nudi ſaltare conſueuerunt. in C.
Nemo enim ferè ſaltat ſobrius. pro Mur.
Deiotarum in conuiuio nudum ſaltauiſſe. pro De.
Saltatio, quam Choream vocant. Intempeſtiui conuiuij, multarum deliciarum comes eſt extrema ſaltatio. pro Mur.
Sex. Titius tam mollis & ſolutus in geſtu, vt ſaltatio quædam naſceretur, cui ſaltationi Titius nomen eſſet. de Clar.
Actio hiſtrionis eſt, ſaltatio ſaltatoris. de Fin.
Saltator, *Saltatrix*, Barbari Chorizatorem, Chorizatricem appellant.

Adde

Adde his,ſi placet, vnguentarios ſaltatores. Off.
Si ſaltatorem auum habuiſſes. pro Deiot.
Cum illa ſaltatrice tonſa. in P.

Salueo. Quod nunc omnium ſermone tritum eſt, in congreſſibus familiares inter ſe ſalutare his verbis, Bonus dies, Bonus veſper, aut iſtiuſmodi modis alijs, veteres fecerunt per Salue & Vale, exempla apud Comicos inuenies. Cicero coniungit etiam Vale & Salue cum ſcribit ad familiares. Ex quo diſcemus Salue non ſolum vocabulum eſſe, quo ſe inter ſe ſalutant congredientes, aut occurrentes: ſed modum quaſi proprium Romanis eſſe, quo etiam abſentes ſalutabant. Inde ſeparatim ſaluere iubere aliquem, quod ineptè dicunt plerique, Valedicere alicui alicuius nomine.

Valebis igitur,& valere Piliam & Cæciliam noſtram iubebis, & ſaluebis à meo Cicerone. At.
Vale, ſalue. Ep.
Dionyſium iube ſaluere. At.
Dionyſium velim ſaluere iubeas.
Alexim humaniſſimum puerum velim ſaluere iubeas.

Salutaris, Salubris, idem ſignificant, quod poëtæ Salutiferum vocant.

Salutare remedium. Octa.
Acceſſus ad res ſalutares, à peſtiferis receſſus. de Nat.
Res vtiles & ſalutares, deorum eſſe vocabulis nuncupatas. de N.
Cultura agrorum hominum generi vniuerſo eſt ſalutaris. de Sen.
Tractatio litterarum mihi ſalutaris fuit. de Clar.
Salutaris ſeueritas vincit inanem ſpeciem clementiç.
Salutaris & vitalis color. de N. (At.
Nec amœnum, nec ſalutarem locum cenſeo. Or.
Gratulor Baijs noſtris, ſiquidem vt ſcribis, ſalubres factæ ſunt. Ep.
Salubríſne, an peſtilens annus futurus ſit. de D.
Sunt partes agrorum aliæ peſtilentes, aliç ſalubres. de D. (tradiderit. de D.
Qui ſalubri & moderato cultu atque victu quieti ſe

Sartum

Sartum tectum, aut *Sarta tecta*, dicebant in ædificijs, quæ integra, & perfecta eſſent, vt nihil deſideraret locator à redemptoribus: vt,

Cum L. Octauius, C. Aurelius Coſſ. ædes ſacras locauiſſent, neque potuiſſent omnia ſarta tecta exigere, &c. in Verrem. (tradere. Poſt.

Quęſiuit, quis ædem Caſtoris ſartam tectam deberet

Opus illud quamuis ſartum tectum integrúmque eſſet, &c. ibidem, quod explicatur eadem pagina alijs verbis: vt,

Venit ipſe in ædem Caſtoris: conſiderat templum, videt vndique, tectum pulcherrimè laqueatum, preterea cætera noua atque integra. ibid.

In ſartis tectis dominari aliquem. I. V.

Quorum quidem omnia commoda, omnéſque facultates, quibus & ſacra conficere, & ſarta tecta ædium ſacrarum locorúmque communium tueri poſſint, conſiſtunt in his vectigalibus, quæ, &c. Ep.

Tranſlatè hoc modo eſt vſus Cicero, Debetis quoque mihi proſpicere, qui hoc imperij domicilium numini deorum conſecratum ſartum tectum ab omni periculo conſeruaui. Antequam.

Hoc mihi da, vt M. Curium ſartum tectum (vt aiunt) ab omni detrimento conſerues. Ep.

Scibilis, Barbarum eſt. Cic. quod ſcientia comprehenditur, quod ſciri aut intelligi poteſt.

Scio. Latinè, Græcè ſcire dixerunt Latini: noſtri verò noui latini ignorant omninò hos modos loquendi, quos ſi velint, à Cicerone licet diſcant.

Non tam preclarè eſt ſcire latinè, quàm turpe neſcire.

Omnes qui latinè ſciunt. de Fin. (de Clar.

Cum græcè, vt videor, luculenter ſciam.

Scitè, non pulchrè, aut venuſtè, ſed idem ferè quod ſcienter ſignificat. Sed quoniam neutrum in vulgari vſu eſt, vtrumque exemplis illuſtrabimus.

Statua ſcitè facta & venuſtè. I. V.

Et ille cui mandaui, ſatis ſcitè & commodè, tempus ad te cepit adeundi Ep.

Hę rationes, quę ſatis ſcitè nobis inſtructę & compoſitæ

ſitæ videntur. de Leg. (teratè, vt ſcriba. l. P.
Rationes ad ærarium retuli, ita perſcriptas ſcitè & lit-
Scitè dicere aliquid. At.
Satis ſcitè hoc quidem.
Satis enim ſcitè me noſtri ſermonis principium eſſe voluiſti. de Fin.
Scienter, intelligenter, ſciens) (Inſcienter.
Ijs quæ habeas modicè ac ſcienter vti. de Or.
Scienter ac peritè dicere. de Or.
Scienter verſari in aliqua re.
Scienter interpretari aliquid. de D.
Ijs quibuſcum congregamur, vti moderatè & ſcien-
Scitus a, um. Ingenioſus, Doctus, Acutus. (ter. Off.
Scito ſermone & Attico loqui. de N.
Ego autem id, quod mihi ſcitum eſſe videatur, non aſpernor. pro Plan.
Scitum eſt enim quod Carneades dicere ſolebat, Clitomachum, &c. Or.
Vetus autem illud Catonis admodum ſcitum eſt, qui dicebat ſe, &c. de N.
Scitum eſt enim cauſam conferre in tēpus, &c. de Or.
Scopus, quoniam Gręcum eſt, operæpretium videtur diſcere, quemadmodum Latinè dicatur: vno verbo verò per finem, propoſitum reddi puto.
Quid eſt igitur propoſitum his Reipubl. gubernatoribus, quò intueri, & quò curſum ſuum dirigere debeant? &c. pro Seſt.
Ac mihi quidem videtur huc omnia eſſe referenda ab ijs qui præſunt, vt ij, qui in imperio ſunt, ſint quàm beatiſſimi. Qu. Fr.
Nihil niſi ſempiternum ſpectat. pro Rab.
Hoc ſpectant leges, hoc volunt, incolumem eſſe ciuium coniunctionem. Off.
Cicero eò tendit, id agit, ad eum exitū properat, &c. At. (ni. pro Dom.
Nondum ad propoſitum mihi finem honoris perue-
Nihil prodeſt ſtudium perueniendi aliquò, niſi illud, quod eò, quò intendas, ferat deducàtque, cognoris. Or.

Commo-

Commouere aliquem quò quidque referat. ibid.

Cum omnes actiones, omnes ſententię meę peruenerint ad eum exitum, qui mihi propoſitus eſt. in A.

Nihil aliud eis præter officium fortis & magni viri propoſitum fuit. Parad.

Quid egit Brutus in patria liberanda? quid reliqui item eiuſdem conſilij ſocij, quid ſpectârunt? quid ſecuti ſunt? ibidem.

Scribere mea aut alterius manu, Latini dixerunt (inquit Cardinalis) non propria manu, idque his exemplis declarat.

Anteà quàm aliquo loco conſedero, neque longas à me, neque ſemper mea manu litteras exſpectabis.

Obſignaram iam epiſtolam meam, quam puto te modo perlegiſſe, ſcriptam mea manu.

Ipſe in Tuſculano me referre in commentarium mea manu voluit, quod idem in Aſia mihi ſua manu ſcriptum dedit. Eidem.

Noli putare pigritia facere me, quòd non mea manu ſcribam. Eid.

Alteram tibi eadem die epiſtolam dictaui, & pridie dederam mea manu longiorem. (Fr.

Cum ſcripſiſſem hæc infima, quę ſunt mea manu. Qu.

Hæc inter cœnam dictaui Tyroni, ne mirere alia manu eſſe. ibid.

Legimus litteras, & ſcriptum ipſius manu. in C.

Ad te ſtatim manu mea ſcriptas litteras miſi.

Teſtamento facto manu ſua cauit.

Significentur ipſi libello manu ſua ſubſcripto.

Scriptura, quid propriè ſignificet, notum eſt: ſed quid præterea Scripturam vocabant Latini, ex his Aſconij verbis facilè intelligetur Ex. Card.

Magiſter ſcripturæ L. Carpinacius. Cic. At.

Mirandum verò eſt, homines eos, quibus odio ſunt noſtræ ſecures, nomen acerbitati, ſcriptura decumæ, portorium morti, libenter arripere facultatem lædendi. pro Lucio Flacco.

Portum autem & ſcripturas eadem ſocietas habebat.

In ſcriptura Siciliæ pro Magiſtro eſt. in Ver.

Scrupu-

Scrupuloſus, vulgo conſcientioſus, qui latinè iuſtus, ſanctus, rectus.

Secundum. Præpoſitionis huius vſus & vis multos fugit, quare generatim eos modos, maximè quos iã pridem latere putauimus, in lucem proferemus. Primùm idem valet quod poſt: vſu tamen loquendi differentia obſeruari debet, quam alio libro indicabimus quibus rebus tribuatur, exempla iſta oſtendent.

Tres hi homines veteres tribuni militares ſunt deſignati, ex Cal. Ianuarij non iudicabunt: ſed, ſubſortiemur etiam, &c. ita ſecundum Cal. Ian. & prętore, & propè toto conſilio commutato, &c. I. V.

Tua ratio eſt, vt ſecundum binos mihi reſpondere incipias, mea, vt ante primos ludos comperendinẽ.

Sed opinor ſecundum hunc diem; nam ſatis multa hodie dicta ſunt. de Or.

Duo vulnera accepit, vnum in ſtomacho, alterum in capite ſecundum aurem. Ep.

In actione ſecundum vocem vultus valet. Or.

Vultus ſecundum vocem pluſimum valet. Or.

Lepidus ſecundum fratrem affines habet, quos odit proximos. ad Brut.

Secundum te nihil eſt mihi amicius ſolitudine. At.

Si ſecundum principium confirmatione vtamur. ad Secundum ea quæro an, &c. in Vat. (Her.

Cæſar mihi ſecundum liberos noſtros ita eſt, vt ſit pene par. Qu. Fr.

Spem oſtendis ſecundum comitia. At.

Coſſ. de conſilij ſcientia decreuerunt ſecundum Buthrotios.

Proximè & ſecundum deos homines hominibus maximè vtiles eſſe poſſunt.

Deinde pro quoque ſignificat, quiſque eorum multa ſecundum cauſam noſtram iudicauit. At.

Prætor ſecundum me decreuit. ibid.

Vt ea quę Coſſ. decreuerunt, ſecundum Cæſaris decreta comprobes. (dit. pro Flac.

Qui ſententiam ſecundum Plotium ſe dictũrũ oſten-

Secun-

Secundum tabulas alicuius litem dare, & ſecundum aliquem iudicare. Qu. R.

Secundum nos iudicari volumus.

Qui domum ſecundum fratrem ſuum iudicatam eſſe dicebat. de Ar.

Secundum arbitrium tuum teſtes dabo. in Ver.

Quod iudicium ſecundum Heraclium de compromiſſis factum erat.

Iudicare de abſente ſecundum præſentem.

Ita ſecundum eum poſſeſſio daretur.

Sententia. *Ex ſententia aliquid fieri*, dixerunt Latini, quod noſtræ vernaculæ aut Græcæ linguæ ſimilitudine potiùs, quàm Romanorum illorum veterum conſuetudine, nunc plerique proferunt per Secundum, quemadmodum etiam in alijs modis loquendi docuimus fieri, quæ Græci per κτ, Latini verò per ex, exprimunt, de quibus vide Præpoſitionem ex.

Quoniam ſanè feliciter, & ex mea ſententia Remp. geſſimus. Ep.

Omnia ſunt ex ſententia. At.

Itinere ex ſententia confecto. At.

Omnia ex ſententia ſuccedunt.

Ex ſententia gerere aliquam rem. Ep.

Ex ſententia conficere negotium.

Nonnunquam ſummis Oratoribus non ſatis ex ſententia dicendi euentum procedere. de Or.

Te ex ſententia nauigaſſe gaudeo. At.

Ex animi ſui ſententia vxorem habere. de Or.

De ſententia alicuius aliquid facere, Latinè, quod vulgò ineptè dicitur, ſecundum ſententiam alicuius aliquid facere. Facere, quod aliquis ſuadet, aut conſulit, vt imperiti loquuntur.

De ſententia alicuius ſcribere aliquid. Ep.

Facere aliquid de ſententia atque auctoritate alicuius. pro Cæl.

Nihil faciam niſi de ſententia tua. At.

C. Memmius, cuius de ſententia tota res geſta eſt. pro Syl.

Capere conſilium de ſententia alicuius. At.

Cùm ei perſcriptum eſſet, ne quid ſine Seſtij ſententia ageret. At. (Mil.

De amicorum ſententia non defert ad ſenatum. pro

Sermo. Hoc nomine ſignificarunt Latini, quod Græci Dialogo, ſed quoniam tritum magis eſt, quam Latinum, latinè diſcamus ab ipſo Cicerone oportet, qui ſermones à varijs perſonis habitos ſcriptis mandauit.

Hac me mente fuiſſe, tu in noſtris ſermonibus collocutionibúſque ipſe ſępe vidiſti. Ep.

Feci ſermonem habitum in Cumano inter nos.

Omnem autem ſermonem tribuimus M. Catoni ſeni, quo maiorem autoritatem haberet oratio. de Sen.

Quaſi enim ipſos induxi loquentes, ne inquam & inquit, ſæpius interponeretur, atque ideò feci, vt tanquam à præſentibus coràm haberi ſermo videretur. de Am.

Is expoſuit nobis ſermonem de amicitia habitum ab illo ſecum, & cum altero genero Scęuola.

Incidere in ſermonem alicuius. ibid.

Quò citiùs, quod ſuſcepimus non mediocre munus, conficere poſſimus, omiſſa noſtra adhortatione, ad eorum, quos propoſuimus, ſermonem, diſputationémque veniamus. de Or.

Habentur autem plerumque ſermones de domeſticis negotijs. Off.

Curãdum, vt eos quibuſcum ſermonem conferimus, & vereri & diligere videamur. ibid.

Habeas quibuſcũ familiares poſſis cõferre ſermones.

Dare, excitare ſermonem, In ſermonem venire, incidere, Latini modi loquendi: quos cum indoctiores ignorent, dicunt, Facere vt omnes de ſe loquantur, Aperire omnibus os.

Sed nuncij varios ſermones excitarunt. Ep.

In ſermonem hominum atque in magnam vituperationem venirem. in V.

Etſi vide queſo, ſatiſne rectum ſit, nos hoc tanto incendio ciuitatis in iſtis locis eſſe: dabimus ſermonem ijs, qui neſciunt nobis, quocunque in loco ſimus,

mus,eundem cultum,eundem victum eſſe,quid referti?tamen in ſermonem incidimus. E.

Seruio. Vis ſatis nota eſt. Sed tribui id etiam fundis & prędijs quę vectigalia ſunt, peruulgatū non eſt, idcirco vulgus pro Seruire alios barbaros modos in ore habet; quos omnes recenſere lōgum eſſet, corrigemus verò, ſi obſeruemus quemadmodum Latini id protulerunt.

Cum Marius ædes Auratæ vendidiſſet, neque ſeruire quandam partē ædium in mancipij lege dixiſſet. O.

Ædes Sergio ſeruiebant,ſed hoc in mancipio Marius non dixerat. Off.

Quę optima conditione ſunt libera, meliore iure ſunt quàm ſerua capite hoc prędia omnia quæ ſeruiebant,non ſeruient,ſoluta meliore in cauſa ſunt, quam obligata eodem capite obligata,omnia ſi modò Syllana ſunt liberantur immunia commodiore conditione ſunt, quam illa quæ penſitant. contra Rul. Hinc

Seruitus eiſdem attribuitur, eodem modo: vt,

Aquæ iure conſtituto, & ſeruitute illi fundo impoſita. Qu. Fr. (Seruire.

Seruus,a,um, eodem modo: vide exemplum in verbo,

Sexcenti,æ,a. Hoc nomine infinitum numerum Latini ſignificabant, quod recentes Latini potius per mille faciunt. (in V.

Cn. Sextium mille modium, ſexcentos pretereà alios.

Belli periculum, militum improbitas, ſexcenta prætereà alia. At.

Sexcenta licet eiuſmodi proferre. de D.

Et ſexcenta ſunt. At.

Ad annos ſexcentos.

Venio ad epiſtolas tuas,quas ego ſexcentas vno tempore accepi. At.

Quod populari illi ſacerdoti ſexcentos ad beſtias amicos ſociósque miſiſtis. in Diu.

Siccus latinè dicitur,qui non eſt repletus,cui vinolentus opponitur. Quod nomen cum vulgus ignoret, alia inepta fingit.

Vino-

Vinolentorum & furioſorum viſa imbecilliora eſſe dicebas, quàm ſiccorum & ſanorum. Acad.

Hæc, per deos immortales, vtrùm eſſe voles conſilia ſiccorum, an vinolentorum ſomnia? &c.

Vtrùm cogitata ſapientum, an optata furioſorum. con. Rul. (tio, Notio, Vis, Poteſtas.

Significatum, Barbarũ eſt, Latinè Significatio, Nota-

Signum, Non tam vulgatum eſt, quàm Sigillum: cum eadem tamen ſignificent.

Tum oſtendi tabulas Lentulo, & quæſiui, cognoſceretne ſignum, annuit. Eſt verò, inquam, notum ſignum imago aui tui. in C.

Litteræ omnes integris ſignis Prætoribus traduntur. in C. (ad Brut.

Nec ſignum tuum in epiſtola, nec dies appoſitus eſt.

Tabulæ teſtamenti obſignatæ non minus multis ſignis, quàm è lege oporteat. in Ver.

Obſignare litteras publico ſigno. in V.

Signum publicum. pro Flac.

Signum in creta, quo epiſt. obſignata erat. in V.

Signum & manum meam requirent. in At.

Librum tuum habeo ſub ſigno, ſeruoque diligentiſſimè. At. (tra Rul.

Horreum belli ſub ſigno, clauſtríſque poſitum. con-

Signum æneum, marmoreum, eburneum. I. V.

Signa ac tabulas propalam collocare. de Or.

Similiter. Notus omnibus non eſt vſus huius aduerbij, preſertim quę voces cum eo coniungantur. Comparatur enim nonnunquam cum Vt, aliquando cum Atque, etiam cum Ac.

Qui ſimiliter faciunt, vt ſi quis, &c. Tuſc.

Similiter facit, vt ſi quis, &c.

Cum atque. Nec illum ſimiliter atque ego eram, commotum eſſe vidi. in A.

Hic excipit Pomp. ſimillimè, vt mihi videtur, atque in illa lege, qua peregrini Roma eijciuntur, excipitur Glaucippus. contra Rul.

Similiter à nobis commemorari de antiquis philoſophis, atque ſeditioſi ſolerent claros viros, &c. Ac.

S Cum

Cum ac. Tu autem qui id quęris, ſimiliter facis, ac ſi me roges cur, &c. de N.

Similiter, conſequitur nonnunquam Vt, ſecundámque partem comparationis occupat. Onera contentis corporibus faciliùs feruntur; remiſſis opprimunt, ſimillimè animus intentione ſua depellit preſſum omnem ponderu, &c. Tuſ.

Simpliciter aliquid dicere, & coniunctè aut comparatè, aut cum adiunctione opponuntur. Imperiti longè aliter, Simpliciter, cum adiunctione, abſolutè & cõditionaliter, aut cum conditione, abſolutè & relatiuè, abſolutè & reſpectiuè, aut reſpectu alterius, quam barbariem hac in corrupta loquendi conſuetudine emendemus, ſic enim Cicero eſt locutus.

Omne quod eloquimur, ſit vt id aut eſſe dicamus, aut non eſſe & comparatè. Simpliciter ſit dictum, ſuſcipiunt Dialectici vt iudicent, verum non ſit an falſum, & ſi coniunctè ſit elatum, & adiuncta ſint alia, iudicent rectè ne adiuncta ſint, &c. de Or.

Cùm autem quæritur, quale quid ſit? aut ſimpliciter quęritur, aut comparatè. Simpliciter, Expetenda ne ſit gloria? Comparatè, Præponendáne ſit diuitijs gloria? Top.

Homines mortales neceſſe eſt interire ſine adiunctione, vt cibo vtantur, non neceſſe eſt; niſi cum illa exceptione extra quam, ſi nolint ſime perire. de Inuent.

Atque etiam hoc mihi videor videre, eſſe quaſdam cum adiunctione neceſſitudines, quaſdam ſimplices & abſolutas. *ibidem plura.*

Simul, ſimul ac, ſimul vt, ſimul atque, idem valet quod quam primum, ſed minus noſtris hominibus cognitum.

Simul ac. Vt ſimul ac poſita ſit cauſa, habeāt quo ſe referant. de Or.

Quod ſimul ac mihi collibitum eſt, præſto eſt imago. de N. & Ep.

Simul ac primùm ei occaſio viſa eſt. in Verrem.

Simul ac poteſtas primùm data eſt.

Simul ac ſe ipſa commouit. Ac.

Simul

Simul vt. Omnes eodem animo Lampſaceni ſimul vt hoc audiuerunt, ad ædes conuenerunt. I. V.
Facilè apparet noſtros omnia conſequi potuiſſe, ſimul vt velle cœpiſſent. Tuſc.
Ego ſcribam ſimul vt videro Curionem. At.
Simul atque. Alij ſimul atque hoc noſtrum legerunt, neſcio quo pacto retardantur. At.
Qui ſimul atque venit, ſtatim, &c. in V.
Simul atque adeptus eras. Ep.
Simul atque aliquid audiero, ſcribam ad te. de Or.
Is quotidie ſimul atque luceret, &c. in A.
Singuli,æ,a. Notum vix ſatis,opponi vniuerſum, quare terendum, id eſt, exemplis optimi auctoris.
Itáque me non ſingulæ voces præconum,ſed vna voce vniuerſus populus conſulem declarauit. in C.
Honeſtius eum agrum vos vniuerſi,quam ſinguli poſſideretis.contra Rul. (ſis. Antequam.
Beneficia, quæ ſingulis priuatímque dantur) (vniuer-
Modi prætereа ſunt quidam loquendi, quibus noſtri non ita vtuntur, vt veteres, vt Singulis ætatibus vix ſinguli fuerunt,Singulis in ciuitatibus vix ſingulos inuenias, dixerunt Latini:Recẽtes verò noſtri latini vix in vna tota ætate, ciuitate vnum inuenias. Quod vt emendemus Ciceronis exemplo, ſic poſthac loquamur.
Vix ſingulis ætatibus boni oratores laudabiles conſtiterunt. de Clar.
Vix autem ſingulis ętatibus, ſinguli oratores tolerabiles inuenti ſunt. de Or.
Etenim in ſingulis rebus eiuſmodi materies eſt, vt ſingulos dies poſſis conſumere. pro S. Roſ.
Hoc ferre ciuitas poteſt: vt ſinguli ciues ſingulis verſiculis è ciuitate tollantur. pro Dom.
Ego ſingulos eius verſus ſingula eius teſtimonia puto.
Singula ſingulis addere. de Fin. (E.
Plures deorum omnium, ſinguli ſingulorum ſacerdotes ſunt. de Leg.
Et ſingulos adiunxit ad ſingula. de Vn.
Siſtere ſe, aut aliquem, aut aliquid. ignotum in vulgus:

nam pro ſiſto in ore habet, Compareo, quod idem valet quod Appareo.
Fac vt te ante Cal. Ia. vbicunque erimus, ſiſtas. At.
Te vegetum nobis in Græcia ſiſte. At.
Remp. ſiſtere non poſſe. in V.
Vas factus eſt alterius ſiſtendi, vt ſi ille non reuertiſſet ad diem, moriendum eſſet ſibi ipſi. Off.
Ita tamen diſcedunt, vt Idib. Septemb. P. Quintium ſiſti Sex Alphenus promitteret. pro Qu.
Venit Romam Quintius, vadimonium ſiſtit. ib.
Alphenus promittit Neuio ſiſti Quintium.
Solatium. Vulgus putat hoc nomine ſignificari recreationem & oblectationẽ: ſed idem ferè valere quod Conſolationem, ex his Ciceronis exemplis facilè intelligi poteſt. Multis enim Solamen quàm Solatium vſitatius & notius eſt. Sed Solamen poëtarum magis, quã oratorum verbum videtur.
Cuius luctus nullo ſolatio leuari poteſt. in A.
Sed non egeo medicina, me ipſe conſolor, & maximè illo ſolatio, quod &c. de Am.
Nos malo ſolatio, ſed non multo tamen conſolamur, quòd ipſius vicem minimè dolemus. At.
In maximo meo dolore hoc ſolatio vtor: quod, &c.
Sed fruatur ſanè hoc ſolatio. de Pro.
Vos & præſentem me cura leuatis, & abſenti ſolatia magna dediſtis. de Clar.
Multa mihi dant ſolatia. At. (Tuſ.
Hęc ſunt ſolatia; hæc fomenta ſummorum dolorum.
Hæc ſtudia rebus aduerſis perfugium ac ſolatium præbent. pro Arch.
Solitudo. Non locorum ſolùm eſt, vt vulgus putat, ſed etiam hominum, qui aut deſerti ſunt, aut ſoli: vt,
Ebutius iſte, qui iam diu Cæſenniæ viduitate & ſolitudine alitur. pro Cæc.
Quod ſi tu iudex nulli præſidio fuiſſe videbere cõtra vim, & gratiã ſolitudini, atque inopię, &c. pro Qu.
Neque ſatis peruulgatum eſt, Celebritatem opponi ſolitudini, locisque ijs attribui, quæ frequẽtia deferuntur, Solitudo loci) (Celebritas loci. de In.
Tum

Tum erat ab oratoribus quædam in foro ſolitudo. de Clar.

Vt ab illa ſolitudine domum meam vindicarem. O.

Cum Craſſus ſe de turba, & à ſubſellijs in ocium ſolitudinémque contulerit. de Or.

Ampla domus dedecori domino ſæpe fit, ſi eſt in ea ſolitudo. Off.

Si ſolitudo tanta ſit, vt hominem videre non poſſis, (excedas è vita.

Solummodo. Barbarum eſt: Latini, Tantummodo, Duntaxat, Solum.

Somniculoſus, Latinè ſignificat, quod barbarè dicitur. (Somnolentus.

Iners, ignaua, & ſomniculoſa ſenectus. de Sen.

Sonorus. Poëticum eſt, alij Canorus.

Spacium. Cùm interuallum temporis, aut loci notetur hoc nomine, notum ſatis eſt, ſed Latini etiam locum illum quo ambulare, aut ſpaciari animi, aut colloquendi cauſa, aut etiam quo currere & ſe exercere ſolebant, Spacium, aut ſpatia vocarunt.

Ciceronem oratorem non ex Rhetorum officinis, ſed Academiæ ſpacijs extitiſſe. Or.

Qui me ex conſtituto ſpacio defenſionis, in ſemihoræ curriculum coëgiſti. pro Rab.

Noſtræ ſpes in medio ſæpe ſpacio franguntur. Or.

In ſylueſtribus ſpacijs. de Leg.

Poſtero autem die, cum illi maiores natu ſatis quieſcunt, in ambulationem ventum eſſe dicebat, tum Scæuolam duobus ſpacijs, tribúſue factis, dixiſſe, Cur non, &c. de Or.

Si interdum ad forum deducimur: ſi vno baſilicæ ſpacio honeſtamur, diligenter obſeruari videmur. pro Mur.

Viſne igitur, vt ille Cretæ cum Clinia, & cum Lacedæmonio Megillo, æſtiuo, quemadmodum deſcribit, die, in cupreſſetis Gnoſiorum, & ſpacijs ſylueſtribus crebrò inſiſtens, interdum acquieſcens, &c. de Leg.

Speciatim, Latini, aut nominatim aut præcipuè vocarunt, quod Barbari ſpecialiter. Sic quod ſpeciale imperitum vulgus Dialecticorum appellat, Latini

præcipuum aut ſingulare nominarunt.

Species. Quare Cicero formas potius vocari velit, quas ſpecies dialectici appellant, ex ipſius verbis plane ſatis perſpicitur. Sic enim in Top. ſcribit: in diuiſione formæ ſunt, quas Græci ἰδέας vocant: noſtri ſi qui fortè hæc tractant, ſpecies appellant: non peſſimè id quidem, ſed inutiliter admutandos caſus in dicendo: nolim enim, ſi latinè quidem dici poſſit, ſpecierum & ſpeciebus dicere, & ſæpè his caſibus vtendum eſt: at formis & formarum velim. Cùm autem vtróq; verbo idem ſignificetur, commoditatem in dicendo non arbitror negligendam.

Spontaneus, Barbarum eſt, Latini voluntarium vocarunt.

Statim vt, quemadmodum Simul vt, de quo ſuprà, peruulgatum non eſt.

Litteras ſcripſi ſtatim, vt tuas legeram. At.

Malè ſe res habet, quę ſtatim vt dici cœpta eſt, non melior fieri videtur. de Or.

Quæſiuit à te ſtatim vt Romam rediјt. pro Qu.

De Vatinio autem reditus intercelſerat in gratiā per Pom. ſtatim vt ille Prætor factus eſt. Ep.

Méque ab illo diligi ſtatim cœptum eſſe, vt ſimultatem depoſuimus. (eſt. At.

Philippus vt me ſalutauit, ſtatim Romam profectus

Sto. Propria vis obſcura non eſt. Sed collocatur hoc verbum cum quibuſdam vocibus ab illis optimis linguæ latinæ auctoribus; à noſtris tam raró, vt interiјſſe videantur iſtiuſmodi modi loquendi. Stare enim ab aliquo, aut cum aliquo; cui opponitur, contra aliquem, dixerunt, qui Romanam illam veterem puritatem ſunt ſecuti. Recentiores verò, Eſſe cum aliquo, cum aliqua parte, aut contra aliquem eſſe.

Nemo contra perditos ciues à ſenatu, & à bonorum cauſa ſtetit. de Cla.

Stare à mendacio contra verum. de In.

A ſe potius, quàm ab aduerſariјs ſtare. ibid.

Probare rationem aliquam, quòd ab ea ſteterint viri proba-

probatiſſimi. ad Her.

Non ſtare cum ijs, qui, &c. de Fin.

Quemadmodum ei dicebamus, qui à ſcripto diceret, hoc fore vtiliſſimum, ſi quid de æquitate ea, quæ cum aduerſario ſtaret, derogaſſet: ſic hunc, qui contra ſcriptum diceret. &c. de In.

Stare, pro certum & ratū eſſe, vulgus iam rarò vtitur.

Modò nobis ſtet illud, vnà viuere in ſtudijs. Ep.

Neque adhuc ſtabat, quo potiſſimum. At.

Stare conuentis, iudicio alicuius cum ablatiuo, id ſignificat, quod recentiores dixerunt, Acquieſcere alicuius iudicio, Seruare, Tenere, Sequi.

Stare conuentis. Off.

Qui his rebus iudicatis ſtandum putat. pro Cl.

Extra quam, ſi ita negotium geſtum eſt, vt eo ſtari non oporteat. At.

Meo iudicio multò ſtare malo, quàm omnium reliquorum.

Cenſores ipſi ſæpe ſuperiorum cenſorum iudicijs nō ſtant. pro Clu.

Si ſtatuimus veſtro de nobis iudicio ſtandum eſſe. pro Flac.

Non enim Regulus ſuo iudicio ſtetit, ſed ſuſcepit cauſam, vt eſſet iudicium Senatus. Off.

Nec L. Gellij iudicio ſtetit Lentulus, neque Lentuli exiſtimatione contentus fuit Gellius, & vterque cenſoris opinione ſtandum non putauit. pro Clu.

Promiſſis ſtandum eſſe. Off.

Omnes cupiebant Cæſarem ſtare conditionibus ijs, quas tuliſſet. At.

Stare in eo, quod ſit iudicatum. de Fin.

C. Marius dedit fidem, ſed in fide non ſtetit. pro R.

Si in eo, quod oſtenderat, non ſtat, mihi placet, ea quę malè empta ſunt, reddi. At.

Vt illi planè ſuo iudicio ſtare non liceret. in P.

Stomachus, pro bile, aut ira & indignatione ſæpè vſurpauit Cicero.

Epiſtola plena ſtomachi & querelarum. Q. F.

Ne in me ſtomacho erumpant, cum ſint tibi irati. At.

Hæc mihi maiori ſtomacho, quàm ipſi Quintio fuerunt. At.

Homo exarſit iracundia & ſtomacho. I. V.
Si mihi homini vehementer occupato ſtomachum moueris. pro Mur.
Noſti ſtomachi mei faſtidium in hominum inſolentium dignitate. Ep.
Ridere in ſtomacho. Ep.
Studeo homini alicui, & ſtudioſum eſſe alicuius, pro, operam dare, fauere, adeſſe, percrebuiſſe ſermone vulgari apud ſtudioſos linguæ Latinę non videtur: cùm tamen nihil pene tritius olim fuerit Romano ſermone.
Si partes, quibus illi ſtudent, lædantur. ad He.
Cur quenquam, vt ſtudeat tibi, vt te adiuuet, rogas? pro Mur.
Nemo Arpinas non Plancio ſtuduit. pro Fl.
Multi boni adoleſcentes illi homini nequam atque improbo ſtuduerunt. pro Cæl.
Cęlius ſtuduit Catilinæ iterum petenti.
Pompeius Scauro ſtudet, vtrùm fronte an mente, dubitatur. At. (Dyrrachinos. in V.
Studioſus alicuius hominis. Ego mei ſtudioſos habeo
Habet enim certos ſui ſtudioſos, &c. de Cl.
Democritus ſtudioſus nobilitatis. Acad.
Attici noſtri te valdè ſtudioſum eſſe cognoui. item,
Eques Romanus, vetus amicus ſuus, ſtudioſus, amãs, obſeruans ſui. pro Rab. Poſt. (erga aliquem.
Eodem modo & *ſtudium alicuius*, pro fauore, amore
Pro meo ſtudio, quod in vos habui ſemper. de In.
Tua erga me officia plena tui ſuauiſſimi ſtudij. A.
Cognoui tua ſtudia in amicos, etiam in te amicorum. At. (E.
Tibi polliceor eximium, & ſingulare meum ſtudium.
Studium erga me tuum multis in rebus perſpexi. E.
Hæc amicorum ſtudia debilitant. pro Mur.
Te rogo, vt omnia tua ſtudia in eum conferas. Q. Fr.
Pomp. ſignificat ſtudium erga me non mediocre. At.
Studere, pro vehementer cupere, operam dare.
Ego ſemper ocio ſtudui. in Ac.
Cum ſerò ſentiunt, fruſtra ſe aut pecuniæ ſtuduiſſe,
aut

aut imperijs, aut opibus, aut gloriæ. de Fin.
Scire igitur ſtudeo, quid egeritis. At.
Studeo ex te audire. Top.
Studeo facere aliquid. pro S. R. (de Or.
Ars demonſtrat vbi ſit illud, quod ſtudeas inuenire.
Ego verò, inquit, iſtis obſequi ſtudeo. de Or.
Quos ego non tam vlciſci ſtudeo, quàm ſanare. I.C.
Gradus tuos, & quaſi proceſſus dicendi ſtudeo cognoſcere. de Cla. (capere ſtudent. Off.
Noſtri imperatores ex hac vna re maximam laudem
Quem Barbari ſtudentem vocant, Latini ſemper ſtudioſum, aut deditum doctrinæ, litteris.

Suadeo. Vis & vſus verbi huius tritus ſatis eſt: ſed Conſulo tibi crebrò etiam vulgus pro ſuadeo vſurpat, quod cùm ab optimis auctoribus non ſit profectum, diſcamus à Latinis quemadmodum Conſilium dare alicui protulerunt.
Gaudeo te id mihi ſuadere, quod ego mea ſponte pridie feceram. At.
Hęc eò ſpectant, vt te horter & ſuadeam, &c. E.
Nemo eſt qui ſapiẽtius tibi ſuadere poſſit te ipſo. E.
De obuiam itione faciam, vt ſuades. At.

Sub. Cur dixerint Latini, ſubijcere aliquid ſub aſpectum, & ſub ſenſus, Cadere ſub ſenſus, & non ſub ſenſibus, conſuetudine, non ratione, factum puta. Ei enim potiſſima pars, non huius tantùm linguæ, ſed omnium ęſtimatur. Itaque videatur, in quibus *Sub* ablatiuo, in quibus accuſatiuo iungatur.
Nullo poſito ſub oculis ſimulacro. de In.
Subijcere aliquam rem ſub aſpectum omnium. ad H.
Quod ſub ea cauſa ſubiectum eſt. Top.
Vt Cyprius rex cum omnibus bonis ſub præcone ſubijceretur. pro Dom.
Res ſubiectę ſenſibus, & ſubiectæ ſub ſenſus. Ac.
Sub, cùm locum ſignificat & ſitum, accuſatiuo iungitur. (biculi. Q.F.
Vaporarium, ex quo ignis erumpit eſt ſub tectum cu-
Negotiúmque tranſegiſſes, niſi ſe ſub ſcalas tabernæ librariæ conieciſſet. in Ant.

Sub, cum tempus ſignificat, accuſandi caſui præponitur.

Senatus fuit frequentior, quam putabamus eſſe poſſe menſe Decembri, ſub dies feſtos. Qu. Fr.

Sub, pro poſt, de ordine. Sed non ſtatim ſub mentionem, & conuitium obtrectatorum. Ep.

Sub eas tuæ ſtatim recitatę ſunt.

Sub ſignis habere legiones aut milites, eſt quod Flandrico ſermone dicitur, Soldaten hebben by monſter gepaſſeert, Gallico, *Auoir faict leuée de compagnies.*

Legiones habeo quinque ſub ſignis, & ſua fide virtuteque Reip. coniunctiſſimas. Ep.

Subditus. Linguæ latinæ imperiti, ijque præſertim, qui optimorum auctorum non ſunt ſtudioſi, hoc nomine ſignificant eos, qui ſubiecti ſunt dominis, aut principibus: ſed quàm inſcitè, illi ſciunt, qui intelligunt non notari eo nomine, ſed alijs, quæ omninò vulgus ignorat. Vocarunt enim eos Latini non vno nomine, ſed pluribus, Qui alicui ſubiecti ſunt, Qui in poteſtate aut imperio alterius ſunt, Qui ſub regno ſunt, Qui in ditione alicuius ſunt, Quibus aliquis præeſt, Vectigales, Stipendiarij. Clientes etiam. Quanam ratione quódque dicatur, in differentijs oſtendemus. (eſt.

Subduco aliquid, pro Tollere, Auferre, vulgatum non

Subduc cibum athletæ; ferre non poterit. Tuſc.

Subducere id, quo nititur aduerſariorum cauſa. de In. (de Fin.

Neſciunt, ſe illarum rerum fundamenta ſubducere.

Subducere ratiocinatorum eſt.

Subducamus ſummam. At.

Aſſident, ſubducunt ad nummum, conuenit. ibid.

Hoc quid interſit, ſi tuos digitos noui, certè habes

Subducere rationes. Ep. (ſubductum. At.

Rationibúſque ſubductis, ſummam feci cogitationum mearum. item. (Fin.

Voluptatúmne calculis ſubductis prælium ineunt. de

Subijcere. Vſus huius verbi vulgò ignoratur: quare exẽpla omnią ſubijciã, vt eam cõmodius diſcamus.

Cùm

Cùm omnes à ſuis inimicis faces inuidiæ meæ ſubijciantur. pro Mil. (pro R.P.
Tamen huic ordini ignem nouum ſubijci non ſiuiſti.
Teſtis omnibus ſubiectos propè iam ignes circundatóſque reſtinximus. in C.
Orator,qui ſcelus fraudémque nocentis poſſit dicendo ſubijcere odio ciuium. de Or.
Subijcere fortunas innocẽtium ficto ſermoni.pro Pl.
Sæpè rem dicendo ſubijciet oculis. Or.
Subijcere rem aliquam ſub aſpectum. ad Her.
Ne ipſi, quæ contraria ſunt, taciti cogitationi veſtræ ſubijciatis. pro Cl.
Subijcere ſe imperio ac poteſtati alicuius. Off.
Omnia eſſe ſubiecta libidini tribunitiæ. D.
Subijcere ſub poteſtatem alicuius. ad Her.
Quæ comprehenduntur ſub aliquo, Subijci dicũtur.
Omnes huic verbo duas res ſubijciunt. de Fi.
Subijcere rationes omnibus partibus. ad He.
Neque vident ſub hac voce honeſtatis, quæ ſit ſubijcienda ſententia. de Fin.
Formæ, quæ cuique generi ſubijciuntur. Top.
Orbis extimus,cui ſubiecti ſunt ſeptem. de So.
Quæ ſubijciuntur ſub vocabulo recti. ad He.
Quod ſub ea cauſa ſubiectum eſt.
Suppono quoque aut pono, vel addo ſignificat.
Mutata,in quibus pro verbo proprio ſubijcitur aliud quod idem ſignificat. Or.
Subijcere & ſupponere rationem. de In.
Et quidem cur ſic opinetur,rationem ſubijcit. de D.
Iam verò quòd ſubijcit, &c. pro Syl.
Subijcere alicui aliquid dicuntur ij,qui docentes & orationem habentes admonent, quæ meminiſſe & dicere debent.
Hic mihi quaſi miniſtrator aderat, ſubijciens,quid in ſuos ciues dicerem. pro Flac.
Cupio mihi ab illo ſubijci ſi quæ prętereo. in V.
Sublime,& humi opponi pauci ſciunt:propterea multi pro eo, in alto dicunt. (uenta. de D.
Eáque ſcuta, quæ fuerant ſublime fixa,ſunt humi in-

Nihil mea intereſt, humi ne an ſublimè putreſcam. T.

Subſcribere, dicuntur ij in iudicijs, qui vnà cum accuſatoribus Rei nomen deferunt: non, quòd vulgus putat, Obſignare, aut ſignare litteras ſignificat.

Gabinium de ambitu reum fecit P. Sylla, ſubſcribente priuigno Memmio. Qu. R. Inde

Subſcriptio & Subſcriptores. Iugerum ſubſcriptio, ac profeſſio. in V.

Subſcriptiones cenſorum. pro Clu.

Qui ſubſcriptionem ſibi poſtularunt, cuicúnque vos delationem dediſſetis. in V.

Ille nouitius Ligur venalis, aſcriptor & ſubſcriptor tuus, pro Dom.

Cauſam ſubſcribere, aut *in aliquem ſubſcribere*, eſt iudicium aliquod ſua ſententia approbare.

Video cenſores animaduertiſſe in iudices quoſdam illius conſilij Iuniani, cum iſtam ipſam cauſam ſubſcriberent. pro Cl.

L. Gellius in P. Popilium ſubſcripſit, quòd is pecuniam accepiſſet.

Quia parricidij cauſa ſcripta eſſet. de In.

Subeſſe, pro non procul, aut non diu abeſſe, loco & tempori tributum, peruulgatum non eſt.

Præſertim cum dies comitiorum ſubeſſet. pro Mil.

Subeſſe propinquis locis. Ep.

Subſtantia. Quomodo latinè Cic. οὐσίαν, & τὸ ὂν reddiderit, Perionius diligentiſſimus obſeruator eorum, quę apud optimos auctores ſunt, in lucem primus protulit. Sic. n. ille ſcribit in lib. de Opt. gen. interpretandi: Quoniam hoc loco quædam prædicamenta, quę vocant, nominat, volo, quid de eorum nominibus ſentiam dicere. Prima categoria eſt (malo enim ſic dicere quàm prędicamentum) quod hic appellat τὸ ὂν, *& paulò pòſt*: οὐσίαν. hanc omnes ſubſtantiam hodie: Quintil. eſſentiam, de ſententia Flauij vocat tertij lib. cap. 7. quo nomina imponit his decem, de quibus agimus, elementis. Ac primùm Ariſt. elementa decem conſtituit, circa quæ verſari videatur omnis quæſtio; οὐσίαν, quam Fla-

uius

uius eſſentiam vocat, nec ſanè aliud eſt eius nomen Latinum: ſed ea quæritur an ſit. Qualitatem, cuius apertus intellectus eſt. Quantitatem, quæ dupliciter à poſterioribus diuiſa eſt, quàm magnum & quàm multum ſit. Ad aliud, vnde dicta tranſlatio & comparatio. Poſt hæc, vbi & quando: deinde facere, pati, habere, quod eſt, quaſi armatum eſſe, & veſtitum eſſe, nouiſſe, συγκεῖσθαι, quod eſt compoſitum eſſe quodammodo, vt calefacere, ſtare, iraſci. Miror quidem quid venerit in mentem Quintiliano, nullum aliud eſſe nomen Latinum, quod *οὐσίαν* exprimat, præſertim cum multis id locis à Cicer. dici naturam animaduerterit. Ariſtoteles his omnibus (Platonem ſemper excipio) præſtans & ingenio, & diligentia, cum quatuor nota illa genera principiorum eſſet complexus, è quibus omnia orirentur, quintam naturam cenſet eſſe, è qua ſit mens. primo Tuſ.

Omnem enim naturam neceſſe eſt, quę non ſolitaria, neque ſimplex, &c. vnde oriantur rerum appetitus. 2. de Natura. *Et paulò poſt:* Atque ex hoc quoque intelligi poterit in eo ineſſe intelligentiam, quòd eſt mundus certè melior quàm vlla natura.

Succinctus: Recentiores, Accinctus.

Ser. Galbam eodē pugione ſuccinctum videtis. in A.

Gladio ſuccinctus. ad Her.

Sufficienter, Barbarū eſt, Latini abūdè, Satis, Cōmodè. Itē ſufficiētia, Latini, Quod ſatis eſt. Quod ſufficit.

Summa, Ad ſummam, dixerunt Latini, quod cum ignoret vulgus, Summa ſummarum, pro eo vſurpat.

Ad ſummam dic M. Tul. &c. A.

Ad ſummam ne agam de ſingulis. Off.

Ad ſummam forti animo ſitis. Ep.

Deinde ad ſummam, arbitrum me ſtatuebant, &c. At.

Summa Reip. rerum, conſilij, ordinis, iudicij, in quo tota Reſp. ordo, conſilium, iudicium poſitum eſt.

Illud certè caui, ne Reip. ſumma fallatur. Ep.

Voluntas mea de ſumma reip. ſemper eadem fuit, quæ tua. ad Brut.

Qui

Qui ſummam rerum adminiſtrabat, id eſt, Imperator. pro S. R. (cedunt. I. C.
Equites, qui vobis ſummam ordinis, conſilíjque con-
In hoc ſumma iudicij, totáque cauſa conſiſtit. pro Q.
Sumo. Hoc verbo Latini proferunt, quod Barbari per Præſumo.
Sed hoc mihi ſumo, vt te conſoler. Ep.
Tantum mihi non ſumo, vt meum conſilium valere debuerit: ſecutus ſum tuum. At.
Mihi non ſumo tantum, iudices, neque arrogo, &c. pro Planc. (pro Syl.
Quid ergo? hoc tibi ſumis? diceret fortaſſe quiſpiam.
Vide quid mihi ſumpſerim. Ep.
Sumpſi hoc mihi, vt ſcriberem. Ep.
Cùm mihi tantum ſumpſerim, vt gubernacula reip. prehenderem. ad Brut.
Supero, pro ſuperſum, ignotum eſt in vulgus.
Cùm emiſſes, quanti eſſet quod ſuperaret pecuniæ retuliſſes. in V.
In diuiſione generum, & deeſſe aliquam partem, & ſuperare, mendoſum eſt. de Or.
Quæ arma ſuperabunt, &c. At.
De eo quod ipſis ſuperat, alijs gratificari volunt. de Fin. (bit. de Fin.
Quintum delegabo, ſi quid æri meo alieno ſupera-
Vter igitur eſt ditior, cui deeſt, an cui ſuperat? P.
Altera pari numero præſtans extremis, parique numero ſuperata. de Vn.
Superuacaneus, *Superuacaneum*, quod recentiores ſuperfluum vocarunt.
Suppedito, pro ſatis eſſe, ſufficere, quotidiano vſu non ſatis tritum eſt: præſertim nullum caſum conſequi in ea ſignificatione.
Quocunque loco bona ſuppeditant, ibi beatè poſſumus viuere. Tuſc. (pore. At.
Si vnquam mihi ἐπιχειρήματα ſuppeditarũt illo tem-
Parare ea, quæ ſuppeditent ad cultum & ad victum & ſibi & liberis. Off.
Cui ſi vita ſuppeditauiſſet, Conſul factus eſſet. de Cl.

Carbo

Carbo quoad vita ſuppeditauit, in multis iudicijs eſt cognitus. de Cla. (I. A.

Cuius pater, ſi vita ſuppeditauiſſet, Cõſul factus eſſet.

Suppetit, idem quod ſuppeditat, & eodem modo conſtruitur. (tatem. Ep.

Mihi ad remunerandum nihil ſuppetit, pręter volun-

Ex quibus ad augendum permulta ſuppetunt. P.

Vereor ne mihi verba non ſuppetant. I. V.

Inſcitia illius, cui res non ſuppetit, verba non deſunt. de Or. (res fortè non ſuppetit. Off.

Benefica voluntate beneuolentia mouetur, etiamſi

Sed tamen cui hæc ſuppetunt, adiuuant aliquantulum ad cætera. Off.

Paſtus varij nobis aut vix, aut ne vix quidem ſuppetunt multo labore quærentibus. de Fin.

Vt ambitioni & quotidianis ſumptibus copiæ ſuppetant. Tuſc.

Namque regnum ſuppetebat mihi, vt ſcias, &c. T.

Et ſi tibi omnia ſuppetunt, quæ conſequi ingenio aut vſu homines, aut diligentia poſſunt. Qu. de Pet.

Non poteſt hæc fari tantum dictis quantum factis ſuppetit laboris. Tuſ.

An tu exiſtimas ſuppetere nobis poſſe, quod quotidie dicamus in tanta varietate rerum? pro Arch.

Si vita ſuppetet. de Fin.

Illis ad largiendum ſuppetunt copię. Off.

Supponere, Barbari Dialectici dicunt, quod Latini ponere. vide Pono.

Supra, cùm, quàm ſequitur, vſitatum non multis eſt, nam pro comparatiuo poni videtur.

Homines ſub terra habitantes, qui nunquam vixiſſent ſupra terram. de N.

Sępe ſupra ferret, quàm fieri poſſit. Or.

Hoc eſt ſupra quàm illud. Top.

Hoc eſt infra quàm illud. de N.

Suſcipere, pro Creare, Suſcipi, Naſci, Sumi, peruulgatum non eſt. (ſceptam. Poſtquam.

Sempiternam pœnam ſuſtinerem mea voluntate ſu-

Animo aut ſpe maiora ſuſcipere. de Am.

Qui

Qui à parentibus ſuſcepti, educatique ſunt. I. V.

Cum beatiſſimi ſint, qui liberos non ſuſceperunt. E.

Atque vtinam ſuſcepturus non eſſem. At.

In lucem ſuſcipi, id eſt, naſci. de Art.

Si Remp. cui ſuſceptus es, reſpicis. At.

Suſtineo, idem valere, quod Ferre, ſuſtentare, perſpicuum eſt. Sed ſuſtinere currum, ſe, aut aliquid, quod feratur, aut agatur, reprimere, aut retinere, ne labatur, peruulgatum non eſt.

Non enim vulgus dicit, ſuſtinere equum, currum: ſed, tenere, retinere.

Ego enim, vt agitator callidus, priuſquã ad finem veniam, equos ſuſtinebo: eoque magis, ſi locus is, quò ferentur equi, præceps erit. Acad.

Nec melius eſt quicquam, quã vt Lucullus ſuſtineat currum, equoſque, vt bonus ſępè agitator. At.

Suſtinere ſe ab omni aſſenſu. At.

Cùm ſe à reſpondendo, vt aut approbet quid, aut improbet, ſuſtineat. Acad.

Qui de omnibus contineat ſe ab aſſentiendo. ibid.

Sed arbitrabar ſuſtineri remos, cùm inhibere eſſent remiges iuſſi. At.

Suſtinenda eſt ſolutio nominis Cercliani, dum de Faberio ſciamus. At.

Qui modum vitio quærit, ſimiliter facit, vt ſi poſſe putet, eum qui ſe à Leucade præcipitauerit, ſuſtinere ſe, cùm velit. Tuſc.

Exſpectabam omninò iamdiu, neque ſuſtinebam, ne ad te prius ipſe quid ſcriberem, quàm, &c. Ep.

Suſtento, in eadem ſignificatione, aut pro differre.

Noſter autem teſtis, vt ſe ipſe ſuſtentat, vt omnia verba moderatur? pro Flac.

Ædificationem Arcani ad tuum aduentum ſuſtentari placebat. Qu. Fr.

T.

TAberna, Locum vbi aliquid venditur, ſignificatum eſſe hoc nomine ignorat vulgus, idcirco officinas vocat, quæ ſunt opificum, non venditorum.

Taber-

Tabernam illi inſtructam & ornatam Larini medicinæ exercendæ cauſa dedit. pro Clu.

Taberna libraria. Ac.

Cùm ambo in quandam tabernam diuertiſſent, ſimul cœnare voluerunt. de In.

Cum edictis tuis tabernas claudi iubebas. pro D.

Occludi tabernas iubes. Ac.

Leno quidam Lentuli concurſat circum tabernas, precio ſperâs ſolicitare poſſe animos egêtium. I. C.

Occluſis tabernis quæſtus minui ſolet. ibid.

• *Tabernarius*, qui aliquid vendit in tabernis.

Opifices & tabernarios, atque illam omnem facem ciuitatum quid eſt negotij concitare? pro Flac.

Clodius concitator tabernariorum. pro Dom.

Niſi ego cum tabernarijs & aquarijs pugnarem, veternus ciuitatem occupaſſet. Ep.

• *Tacitus*, ratione nulla, ſed conſuetudine tantùm, inductum eſt, vt Latini hoc nomine ſignificarint, & eum qui tacet, & quod tacetur.

Quare quemadmodum vſi ſint, à Cicerone diſcamus.

• *Qui tacet*, Quid exſpectas auctoritatem loquêtium, quorum voluntatem tacitorum perſpicis. I. C.

De dignitate Cælius notis tacitus facilè ipſe reſpondet. pro Cæl.

Hoc tacitus nullo modo præterire poſſum. pro Mar.

Quod tacetur. Quod mutum eſt. Occultus, a, um.

Sed hæc tacita mihi quodâmodo relinquêda ſunt. E.

Tacito ipſo ſtudio, quod habebat erga propinquum ſuum, quamuis commoueret. pro Qu.

Illud etiamſi eſt veriſſimum, tacitum tamen tanquam myſterium tenet. de Or.

Cætera ſi reprehenderis, non feres tacitum. in At.

Nihil me mutum delectat, nihil tacitum. in C.

Si voluntas tacitis verbis intelligi poſſet, verbis non vteremur. pro Cæc.

Tamen vocat me aliò iamdudum tacita veſtra exſpectatio. pro Cl.

Quo minus ſæpe interpellet à nonnullis, aut tacita exiſtimatione reprehendar. de Pro.

• *Tandem aliquando*, genus loquendi verè Romanum, nobis

nobis planè ignotum, ſic enim illi ſunt locuti.
Tandem aliquando Romę eſſe cœpimus. E.
Spes eſt & hunc miſerum atque infelicem aliquando tandem poſſe conſiſtere. pro Q.
Sin falſus, vt tandem aliquando timore deſinam. in C.
Tandem aliquando, Quirites L. Catilinam ex vrbe eiecimus. in C.
Tantummodo, quod Barbari, Solummodo.
Arbores tantummodo per ſtirpes aluntur ſuas. de N.
Neque eum oratorem tantummodo, ſed hominem non putant. de Or.
Quę omnia ſuppreſſa voce dixit, tãtummodo vt vos, qui ea probabatis, poſſetis exaudire. pro Syl.
Temperatio. Hoc nomine Cicero id, quod Graci *εὐκρασίαν*, quam recentiores Temperiem appellarunt.
Commmutationes temporum quadripartitæ, ad maturitatem frugum, & temperationẽ corporum aptę.
Corporum temperatio. Tuſc. (Tuſc.
Cæli temperatio, fœcunditas terrarum. de N.
Hoc temperatio lunę cęlíque moderatio efficit. de D.
Quæ à luna cæteríſque ſideribus cæli temperatio fiat. ibid. (N.
Semina temperatione caloris oriri & augeſcere. de
Sol mens mundi & temperatio. de Som.
Deinde ad temperationem ſuperiorem reuertit, in qua omnem animum vniuerſæ naturæ temperans permiſcebat. de Vn.
Tu illius aëris temperationem, tu operum lineamenta ſolus perſpicis? in V. (A.
Eodem aëre, & eadem temperatione facere ſignum
Sic *Temperare*, & *Temperatus*, & *Temperatè*.
Tempeſtas. Non ſolum, quod vulgus putat, hoc nomine notatur cæli intemperies, ſed etiam temperatio: ex quo apparet, quamcunque cęli affectionem ſignificare.
Ad lacertas captandas tempeſtates non ſunt idoneæ.
Tu velim quàm primùm bona & certa tempeſtate conſcendas. Qu. F.
Dummodo idonea tempeſtas ſit, ne omiſeris. Qu. Fr.
Tempe-

Tempeſtates, ac temporum varietates, cælique mutationes. de N.

Alia Romæ, alia Tuſculi euenit ſæpe tempeſtas. D.

Pridie Quinquatribus fuit egregia tempeſtas. At.

• *Tempeſtiuum conuiuium*, quid ſit, Cardinalis his verbis docet: Hoc certè liquet non eſſe id quod ſimpliciter verba oſtendunt, vt ſit conuiuium tempeſtiuum, idem quod conuiuium in tempore paratū: nam vt patet ex ijs, quas infra poſui auctoritatibus, aliquid præcipuè in eo erat conuiuio, quod non erat item in alijs. Audio à bonis viris, qui & nunc & ſæpè antea magno præſidio reipub. fuerunt, hanc cunctationem noſtram non probari, multaque mihi & ſeuerè in conuiuijs tempeſtiuis diſputari. Cicero Attico.

Quantum alij tribuunt tempeſtiuis conuiuijs, quantum aleæ. pro Syl.

Ego verò propter ſermonis delectationem tempeſtiuis quoque conuiuijs delector, & ſubdit; Me verò & magiſteria delectant à maioribus inſtituta, & is ſermo, qui more maiorum à ſummo magiſtro adhibetur in poculo. De ſenect.

Quas enim cœnas & facere & obire ſcripſit ad me Sextius? quàm lautas? quàm tempeſtiuas? Attico.

Tempus. Plurali numero crebrius vſi ſunt veteres, cum aut Tempus quoduis, aut memoriam, aut ętatem aliquam ſignificabant, quam vulgus nunc facit.

Non obliuione amicitiæ noſtræ, atque intermiſſione conſuetudinis meæ, ſuperioribus temporibus ad te nullas litteras miſi. Ep.

Ego te P. Sexti & primis temporibus illis, quibus in inuidiam abſens & in crimen vocabare, defendi.

Tempora priora & prima) (Poſteriora & proxima. Ep. (de Clar.

Quis Thebanum oratorem ſic fuiſſe tēporibus illis?

Erat temporibus illis iucundus Q. Metello. pro Ar.

Vt mihi temporibus illis multum in animo verſabatur Marius. de D.

Temporibus illis difficillimis ſolutione. pro Cæc.

In gra-

In grauiſſimis temporibus ciuitatis. pro Seſt.
Optimis hercle temporibus, &c. pro Clu.
In periculis & aſperis temporibus. pro Cor.
Duris quondam temporibus.
Meum, tuum, aut alicuius tempus, ſignificat, cum quis in periculis verſatur.
Tuorum triſtiſſimo meo tempore meritorum erga me memoriam conſeruabo. Ep.
Ego ſi ab improbis & perditis ciuibus remp. teneri viderem, ſicut & meis temporibus ſcimus. & nonnullis alijs accidiſſe. Ep.
Heratini me ad ſua tempora duxerunt, vt agerem cau-(ſam. At.
A nullius vnquam tempore aut commodum, aut ocium meum me abſtraxit. pro Arch.
Niſi fortè eam pecuniam in reipub. magnum aliquid tempus contulerit. Off.
Summo & difficillimo reip. tempore. in A. in V.
Teneo, Cum animi affectionibus tribuitur, notum & peruulgatum non eſt.
Quæ te tenuit tanta dementia? in Var.
Vt aliquando nos memoria mei, miſericordia, deſideriúmque teneret. Poſtquam.
Me mirum deſiderium tenet vrbis, incredibile meorum, atque in primis ſatietas actæ prouinciæ. Ep.
Teneri ſtudio alicuius rei. Ac.
Si Deus nulla gratia, nulla hominum caritate tenetur, valeat. de N.
Tenere ſe domeſticis finibus. At.
Neque ira, neque gratia teneri. de N.
Me tantum odium vrbis tenet, vt foras euolare cu-(piam. in V.
Teneri aliqua re, pro eo quod recentiores dicunt, Obnoxium eſſe, vulgo notum non eſt.
Eburius hoc interdicto non tenetur. pro Cæcin.
Si ſenator iudicio quenquam circumuenerit, legibus eum teneri, ſi Eques Rom. hoc idem fecerit, non teneri. pro Clu.
Ciuitatem legibus teneri. ibid.
Lege de vi aliquem teneri. de Ar.
Teneri ea pœna quę eſt de vi. Qu. Fr.

Iure iurando teneri. Off.
Teneri, pro deprehendi, palàm argui, patere.
Manifeſto teneri in rebus turpiſſimis, & teneri in manifeſto furto. I. V. (re. Parad.
Quod non licet, id hoc teneтur, ſi arguitur non lice-
Dolum malum Aquilius tum teneri putat, cum aliud ſimulatum ſit, aliud actum. de N.
Iam tenetur veniſſe cum maximis copijs Pacorum Parthum. At. (tenentur? pro Mil.
Fingi hæc putatis quæ patent? quę nota omnibus? quę
Tento. Manu, pede aliquid tentare, Latinè ſignificat quod Barbari dicunt Palpare manu.
Vtres propè manu tẽtari poſſit. ad Her. (ſim. de Leg.
Hoc flumen ita frigidũ eſt, vt pede vix tentare id poſ-
Tentari morbo, dicimur cum morbi quædam initia & ſigna ſentimus. (poſſunt. Tuſc.
Animi valentes morbo tentari non poſſunt, corpora
Scripſeras te quodam valetudinis genere tentari. At.
Tentatio, in eadem ſignificatione.
Valetudinem tuam iam confirmatam eſſe, & à vetere morbo & à nouis tentationibus gaudeo. At.
Tentare aliquid, pro experiri, ſi capi aut infringi poteſt, vulgare non eſt. (poſſes. I. C.
Vt exul potius tentare, quàm conſul vexare rempub:
Iudicium pecunia tentatum eſſe non à Cluentio, ſed contra Cluentium. pro Clu.
Itaque Milonis Conſulatus, qui viuo Clodio labefactari non poterat, mortuo denique tentari cœptus eſt. pro Mil.
Summa reip. in huius periculo tentatur. pro Seſt.
Nationes, quas nunquam populus Rom. neque laceſſendas bello, neque tentandas putauit. pro Pom.
Domus illa, quæ tentata ſcelere iſto nefario dicitur, plena eſt integritatis. pro Cæl.
Teſtor deum, aut aliquem, id ſignificat, quod barbari dicunt, Accipere, implorare Deum teſtem.
Deos teſtor, integro me animo & libero Syllæ cauſam defendere. pro Syl.
Ego omnes homines deóſque teſtor. pro Cæcin.
Precor

Preces illius & vota cognoſcimus, quibus illa deos de ſuo ſcelere teſtatur. pro Clu.
Is me potiſſimum teſtatus eſt, &c. I. A.
Ipſum meum fratrem teſtatus eſt ſe egiſſe. Ep.
Atque hoc vos iudices teſtor, &c. pro Syl.
Mentem alicuius teſtari. Antequam.
Stuprata per vim Lucretia à regis filio, teſtata ciues ſeipſam interemit. de Fin.
Tibi, explet ſępe orationem, nihil ſignificat: ſed mirandi plerumque vox eſt.
Ecce tibi è tranſuerſo. Acad.
Hic tibi ſtrepitus. Ep.
Nunc tibi milites. Ep.
At tibi repentè.
Ecce tibi III. Non Febr. mane accepi. At.
Alter tibi deſcendit de Palatio & ædibus ſuis, &c. pro S. R.
Eos tibi & rem de qua miſi velim curæ habeas. Ep.
Mihi eodem poſitum quo tibi. I. V.
Item de Pantheris vt eas accerſas, curéſque mihi vt vehantur. Ep.
Hic tibi ad roſtra Cato aduolat. At.
Ecce tibi nuncius pueros veniſſe Roma. At.
Ecce tibi qui rex pop. Rom. eſſe concupierit. Off.
Tinctorem, Barbari, Latini appellant Infectorem.
Totidem. Barbari quia ignorant hoc nomen, pro eo in ore habent, Æque multum, Æque tot, Æque tantum, Æque tam multum.
Patroclus & Euriſthenes gemini fratres fuerunt, at hi nec totidem annos vixerunt, anno enim vita Patrocli breuior fuit. In. de D.
Iſtum ego locum totidem verbis à Decęarcho tranſtuli. At.
Hoc totidem verbis tranſlatum caput eſt. pro R. P.
Epiſtola, quam modo totidem verbis interpretatus ſum. de Fin.
Totidem quot dixit, vt aiunt, ſcripta verbis oratio. de C.
Tortura, Barbari, Latini Tormentum.
Traduce Cum orationi tribuitur, qua animos mouemus, peruulgatum non eſt.

Tum omnem orationem traduxi & conuerti in increpandam Cepionis figuram, de Orat.

Et animos ad noſtram defenſionem conor traducere. de Or. (duceret. Ep.

Quæ animos à minore cura ad ſummum timorẽ tra-

Vt mihi viderer animũ hominis ab omni alia cogitatione ad tuam dignitatem tuendam traducere. E.

Iudices à ſeueritate ad hilaritatem traducere. de Cla. (nem. Or.

Traducere eos, qui audiunt, in magnam admiratio-

Is traduxit me ad ſuam, ſententiam. pro Clu.

Tempus traducere. Traducere tempus. Ep.

Vt antè commentemur inter nos, qua ratione nobis traducendúm ſit hoc tempus.

Vitam otioſam & quietam ſine vllo labore & contentione traducere. de Sen.

O adoleſcentiam traductam eleganter! pro Pl.

Traducere vitam egregijs factis. ad Brut.

Traijcio & Tranſmitto. Vſum vtriúsque verbi diſcamus à Cicerone, quod multi cum ignorent, Traijcio nullum caſum, Tranſmitto vero accuſatiuum adiungunt. Sed contra factum à Latinis eſt: nám Traijcere exercitum, aliquem dixerunt, Exercitus aliquis tranſmittit.

Exercitum Rhodanum traieci. Ep.

Cùm Rhodanum copias traieciſſem.

Si quo caſu Hiſaram ſe traiecerint. Ep.

Et ſi terra quidem, qui poſſim? ſi mari, quò traijciam? At. (cam. Poſt.

Marius cum parua nauicula traiectus eſt in Afri-

Cum exercitus noſtri Brunduſio trãſmiſerunt, pro P.

Cęſar in Africam tranſmiſit. de D.

Lentulum antè puto tranſmiſſurum, quàm potuerit conueniri. At.

Aiebant prima nauigatione tranſmiſſurum. Qu. Fr.

Tribuo, pro diſtribuo paucis notum eſt.

Eam didicit artem, quę doceret rem vniuerſam tribuere in partes. de Cla.

Sine philoſophorum diſciplina genus in partes tribuere

buere non poſſumus. Or.

Turbo. Verbum hoc ſatis tritum non eſt, ſignificabant enim eo Latini idem ferè quod verbo confundere & Commouere.

Ariſtoteles multa turbat, à magiſtro Platone diſſentiens. de N.

Et ſimul ne quid ille turbet, vide. Q. Fr.

Omnia infirma ſummis paria fecit, turbauit, miſcuit. de Leg.

At id ne feræ quidem faciunt, vt ita ruant atque turbentur, vt earum motus atque impetus quò pertineant, non intelligamus. de Fin.

Mare, quod ſua natura tranquillum eſt, ventorum vi agitatur atque turbatur. pro Clu.

Miſcere & turbare omnia. de Art.

Ad te ne hæc quidem ſcribo, quæ palàm in rep. turbantur. Q. F.

Non modo illa permiſcuit, ſed etiam in his turbauit. in V.

Si in Hiſpania turbatum eſſet. pro Syl.

V.

V*Acatio*. Ea huius nominis vis eſt, quam imperiti tribuunt barbaræ voci Vacantiæ, pro qua, Vacatio dicendum Latinè poſthac erit.

Vacationem augures, quo minus iudicijs operam dent, non habere. de Cla.

Me neque rerum geſtarum vacatio, neque ætatis excuſatio vindicat à labore. pro Syl.

Nos vitam beatam in vacatione omnium rerum ponimus. de N. I. V.

Vacationes quoque dicuntur Immunitates munerum, quas libertatem multi vocant. (in Ac.

His liberiſque eorum militię vacationem eſſe placet.

Delectum habetis ſublatis vacationibus.

Pro hiſce rebus vacatio data eſt laboris, & ſumptus, & militiæ, & rerum omnium. I. V.

Quæ ſtudia habent vacationem publ. muneris. E.

Vacillo. Vis verbi non adeo obſcura eſt. Sed Vacillare litteras dixerunt Latini, quod Barbari Curuè ſcriptas eſſe, Curuas eſſe.

Accepi

Accepi tuas epiſtolam vacillantibus litteris. Ep.

Vaco. Obſeruandum eſt in vſu huius verbi dici & Vaco & Vacat, idémque prorſus ſignificari: vt,

Quamuis enim occupatus ſis, ocij tamen plus habes: aut ſi ne tu quidem vacas, noli mihi moleſtiam exhibere. Ep.

Scribes aliquid, ſi vacabis. At.

Tantum huic ſtudio relinquendum, quantum vacabit à publico officio & munere. de Di.

Vacare, pro vacuum eſſe, crebro Cicero eſt vſus: vt Vill[illegible] completa militibus erat, vt vix triclinium, vbi c[illegible]turus ipſe Cæſar eſſet, vacaret.

Tota d[illegible] ſuperior vacat. At.

Nihil e[illegible]od vacet corpore, corporibus omnis obſidetu[illegible]e N.

Valens. [illegible] robur corporis referri notum omnibu[illegible]ic enim vulgus non loquitur.

Cum vale[illegible]bus viribus non eſt certandum. Ep.

Lictores valen[illegible]iſſimi, & ad pulſandos verberandóſque homines exercitatiſſimi. I. V.

Semel circumſcriſſus lectis valentiſſimorum hominum viribus [illegible]ſciens. in A.

Statius q[illegible]onus, homo valens. pro Clu.

Robuſtus & val[illegible] & audax ſicelles. cont. Rul.

Cum homo imbecillus à valentiſs. beſtia laniatur. E.

Quinquam in Lyſia ſunt ſæpe lacerti, ſic vt fieri nihil poſſit valentius. de Cla.

Valetudo. Medium vocabulum eſt, quo tam bona quam mala corporis affectio ſignificatur. Sed quoniam barbari infirmitatem vocant, quam Latini infirmam, ægram, incommodam valetudinem, aut infirmitatem, imbecillitatem, grauitatémque valetudinis, corrigendum id quoq; ic eſt puriore conſuetudine loquendi: vt,

Is ſemper infirma atque etiam ægra valetudine fuit. de C.

In eius infirmiſſima valetudine, affectáque iam ætate. Or.

Iſtaine ne te moueas tam infirma valetudine. E.

Eras infirma valetudine Habitus. pro Clu.

Me incommoda valetudo, qua iam emerſeram, tenebat iam duodecimum diem Brunduſij. At.
Grauitate valetudinis rarius ſcribere, & paululum leuari. Ep. (vt facis. Ep.
Tu modo iſtam imbecillitatem valetudinis tuæ tuere,
Si te dolor aliquis corporis aut infirmitas valetudinis tuæ tenuit, quo minus ad ludos venires, &c. E.
Propter infirmitatem valetudinis non potuit ſimilis eſſe patri. de Off. (te. E. ad Tir.
Valetudinem iſtam infirmam (ſi me amas) noli vexa-
Valor. Barbarum, Latini Pretium.
• *Vbi terrarum, gentium*, Latinę linguę proprij modi, quos nulla alia via niſi diligenti obſeruatione diſcimus.
Nunc verò quid agitur? vbi terrarum ſumus? pro Ra.
O dij immortales, vbinam gentium ſumus? in Cat.
Etſi mihi nihil propoſitum ad ſcribendum, quia quid ageres, vbi terrarũ eſſes, ne ſuſpicabar quidem. At.
Neque adeſt iſthic, neque vbi terrarum ſit ſcio. ibid.
Fortunę cedendum, ex Italia migrãdum Rhodum, aut aliquò terrarum arbitror. D. Brut. Caſſ. & Brut.
Qui vbi terrarum ſit, quid agat, viuat denique an mortuus ſit, quis aut ſcit, aut curat? At.
Vbicunque terrarum ſint, ibi eſt omne reip. præſidium. ibid.
Vbique, apud Ciceronem quidem eſt, ſed, omnibus locis etiam dixit pro vbique. Sic in Tuſ. inquit,
Vt omnibus locis à Platone diſſeritur.
• *Vectores*. Eos qui vehuntur, ſignificari hoc verbo, vulgò notum non eſt.
Mallem vehi malę alio gubernante, quàm tam ingratis vectoribus bene gubernare. At.
Summi gubernatores in magnis tempeſtatibus à vectoribus admoneri ſolent. I. A.
Si id vectores negarent. pro Seſt.
Vectores timidi aduerſa tempeſtate. de N.
Nauiclus & ipſo conuectore me vſurum puto. At.
• *Vehens*, paſſiuè eum qui vehitur ſignificari, peruulgatum non eſt.

Cuius

Cuius in adoleſcentiam per medias laudes quaſi quadrigis vehentem tranſuerſa incurrit miſera fortuna reip. (N.& de Cla.

Sic *Inuehens*. Triton natantibus inuehens beluis. de *Vehementia* recentiorum vocabulum eſt. Cicero Acrimoniam appellat.

Vel. Eleganter vſi ſunt veteres hac voce, cum aliquid aut pręcipui, aut magni ſignificare vellent, in eodem penè ſenſu quo Etiam: neque ſolum, quod multi volunt cum ſuperlatiuo gradu iunxerunt.

Quàm moroſi ſint qui amant vel ex hoc potes cognoſcere. Ep. (L.

Nam iſto modo vel conſulatus vituperabilis eſt. de

Per me vel ſtertas licet, non modò quieſcas. Ac.

Hæc ſunt omnia ingenij vel mediocris exercitationis, vel maximæ. de Or.

Vt ipſis ſententijs, quibus proluſerunt, vel pugnare poſſint, id eſt, etiam. de Or.

Vel mori ſatius eſt, quàm peccare. ibid.

Hoc mihi videtur vel maximè Atticum. de N.

Hoc vno præſtamus vel maximè feris. de Or.

Cum id certè ſit vel maximè Atticum. Or.

Venia, Bona venia, aut cum bona venia alicuius aliquid dicere, aut facere, dicebant Latini, quod recentiores per Sit venia facto, dicto.

Vos oro, vt attentè bonaque cum venia verba mea audiatis. pro S. R.

Doleo te (bona venia audies) in tam leues, ne dicam ineptas ſententias incidiſſe. de N.

Bona aut tua venia dixerim. de D.

An verò (bona venia huius optimi viri dixerim Scæuolæ) tu, &c. de D.

Veniam neceſſitati dare. Off.

Quare frater, bona tua venia dixerim, iſta ſententia obeſt ſæpiſſimè. de Leg.

Veniam dare, petere, idem valet quod ignoſcere, non quod pueri in ludis didicerunt, poteſtatem ludendi aut abeundi facere, petere, habere.

Hoc ſi tibi tuus parens diceret, poſſes ab eo veniam

petere, poſſes, vt tibi ignoſceret, poſtulare. I. V.
Voluntario facinori veniam dari non oportere. de In.
Mihi errato nulla venia, rectè facto exigua laus proponitur. con. Rul.
Delicti veniam peto. pro Lig.
Fatetur aliquis ſe peccaſſe, & eius delicti veniam petit, &c. pro Mur.
Ab aliquo, cui te purges, veniam petere. Or.
Venire hæreditatem alicui, pro morte alicuius aut teſtamento, hæreditatem cernere, peruulgatum non eſt: quod Flandricò ſermone ſic reddimus:
Eenich goetiemant beſteruen Gallicò *eſchoir.*
Hereditatem venire alicui, & fundum ad aliquem teſtamento deuenire. pro Cæc.
Cuius filiæ cum à propinquo hæreditas permagna veniſſet. in Ver. (ibid.
Hic Verres hereditatem ſibi veniſſe arbitratus eſt.
De hæreditate quę venit pupillo. ibidem.
Quam pridem ſibi hęreditas veniſſet, docet. ibid.
Venire in mentem illius temporis. De hoc modo cùm Cardinalis doctiſſimè ſcripſerit, eius ipſius verba aſcribemus, ne quem laborum fructibus fraudare velle videamur. Dicebant enim Latini: Cùm mihi in mentem venit illius temporis, quem multi imitari neſcientes, immutant, vt rudi ac vulgato modò dicant, Cùm mihi illud tempus venit in mentem.
Solet venire in mentem illius temporis, quo proximè fuiſſemus vnà. Cicero Mario.
Cùm illius temporis mihi venit in mentem.
Non dubito quin in tanto tuo periculo tuorum tibi ſcelerum veniat in mentem.
Facite vt nobis triennij totius veniat in mentem.
Venit enim mihi fani, loci, religionis illius in mentē.
Verbum. Verbi gratia, aut cauſa, Latinis modus eſt vſitatus, non iji qui vulgarem potius conſuetudinem loquēdi ſequuntur, exēpla enim eo modo notabāt.
Si quis verbi gratia, oriente Canicula natus eſt, is in mari non moreretur. de Fat.
Eximi iubet non diem ex menſe, ſed ex anno vnum

dimidia-

dimidiatúmquè menſem, hoc modo, Vt quo die, verbi cauſa eſſe oporteret Idus Ianuarias, eo die Calend. Martias perſcriberet. I. V.

Sin autem vſque ad nouem, verbi gratia, ſine dubitatione reſpondes pauca eſſe. Acad.

In nobis autem ipſis ne intelligi quidem, vt propter aliam quampiam rem, verbi gratia, propter voluptatem nos amemus. de Fin.

Vereor ne, diuulgatum eſt, ſed Vereor vt pro ne, tam tritum non eſt, quam Vereor ne.

Videris vereri, vt epiſtolas tuas acceperim. At. (Ep.

Vereor vt Dolabella ipſe ſatis nobis prodeſſe poſſit.

Et tamen vereor vt hoc natura non patiatur. Tuſ.

Quod vos fœdus non iuſſeritis, vereor vt ſatis firmum ſit. contra Ruſ. (de Or.

Sed illa duo Craſſe, vereor vt tibi poſſim concedere.

Quod vereor tibi ipſi vt probem. At. (de Am.

Vereor vt idem ſit interitus animorum & corporum.

Metuo vt eam non poſſim ſuſtinere. pro Plan.

Timeo vt poſſim. pro Dom.

Verſuram facere, Latini appellabant, quod barbari, pecuniam accipere ad intereſſe, Financias facere, Ad vſuram accipere, rectius verò Fœnori accipere.

Non modò magno, ſed iniquiſſimo fœnore verſuram facere Aurelius coactus eſt. At. (dicunt pro Fon.

A quibus verſuras tantarum pecuniarum factas eſſe

Is negauit omnino verſurā vllam feciſſe Romæ. Tuſ.

Tabulæ ſocietatis, quæ ſignificabant eos homines verſuram à Carpinatio feciſſe, qui pecuniam Verri dediſſent. I. V.

Quæ quidem ego vel verſura facta ſolui volo. At.

Non modò verſura, ſed etiam venditione, ſi modò res coget, vindicabis. At.

Vereor ne illud quod tecum permutaui, verſura mihi ſoluendum ſit. At. (At.

Verſuram ſcribis eſſe faciendam menſium quinque.

Verſus. Latini vocant, quos multi hodie lineas, non enim latinè dicitur, Prima linea orationis, libri, ſed Verſus.

Primus verſus epiſtolæ. At.
Vt cum lex aliqua recitaretur, primum verſum atten-
deret. pro R. P. (bat. de Or.
Demoſthenes multos verſus vno ſpiritu pronuncia-
• *Vertens* annus Latinis erat, quod noſtri recentiores
& noui Latini dicunt, Totum, aut integrum, vel
Perfectum annum.
Cùm autem ad idem, vnde ſemel profecta ſunt, cuncta
aſtra redierint, eandemque cœli deſcriptionem
longis interuallis retulerint, tum ille verè vertens
annus appellari poteſt. de Som. Scip.
Anno vertente ſine controuerſia. pro Q.
Mercurij ſtella anno ferè vertente ſigniferum luſtrat
orbem. de N.
Annua conficiens vertentia tempora curſu. in Ara.
• *Verto, vertere ſolum*, latina locutio, quam neque vulga-
res Latini intelligũt, neque noſtra vernacula lingua
verbum ex verbo exprimimus. Quid enim ſit, vel
ex hoc vno Ciceronis loco facilè intelligitur.
Nam qui volunt pœnam aliquam ſubterfugere aut ca-
lamitatem, eò ſolum vertunt, hoc eſt ſedem ac lo-
cum mutant. pro Cæc.
Hanc antè amittere non potuiſſunt, quàm huius ſo-
lum ciuitatis mutatione vertiſſent. pro Cor.
Vertere ſolum exilij cauſa. pro Q.
• *Verti aliquid cum aliqua re, aut alicui*, pro verſari,
peruulgatum non eſt.
In iure, in quo illa cauſa vertebatur. de Cl.
Omnia in vnius poteſtate ac moderatione verten-
tur. I. V.
Non in ſupplicio crimen meum vertitur. in Ver.
Brunduſij autem omne certamen vertitur huius pri-
mi temporis. I. V. (Dom.
Quo vertendi, hoc eſt mutandi ſoli cauſa venerãt. pro
Via. Quoniam latini ſignificarunt hoc nomine, quod
Græci μεθόδῳ, quo noſtri pro latino vtuntur, doce-
re hic volui μέθοδον, Viã, Rationem, Artẽ, Doctri-
nam etiam latinè dici, vt latini latinè loqui diſcant.
Primùm igitur, inquit, agam ſic, vt ipſi auctori huius
diſci-

diſciplinę placet, conſtituam quid, & quale ſit id de quo quærimus, non quo ignorare vos arbitrer, ſed vt ratione & via procedat oratio. de Fin.

Alij naturam eſſe cenſent vim quandam, ſiue rationem cientem motus in corporibus neceſſarios: alij autem vim participem rationis atque ordinis via progredientem, &c. de N.

Ait Ariſtoteles artem & præcepta Siculos, Coracem & Tiſiam conſcripſiſſe.

Aliud enim eſt poëtarum more verba fundere, aliud ea quæ dicas ratione & arte diſtinguere. de Fin.

Cum ad inueniendum in dicendo hæc tria ſunt, acumen, deinde ratio (quam licet, ſi volumus, appellemus artem) tertium diligentia. de Or.

Sed qui eius rei rationem quandam conati ſunt artémque tradere, ſic inſulſi extiterunt, vt nihil aliud eorum niſi inſulſitas ipſa videatur. Quare mihi quidem videtur nullo modo doctrina iſta res poſſe tradi. Or.

Volo igitur huic ſummo, omnem quæ ad dicendum trahi poſſet, loquendi rationẽ eſſe notam quæ quidem res duplicem habuit docendi viam. Or.

Video. Vis verbi nota ſatis eſt, ſed vſum in omnibus vulgus non nouit. quis enim, niſi doctus & verſatus multum in optimis auctoribus, ſic loquitur? Quam id rectè faciam videant ſapientes. Nónne vulgo omnibus in ore eſt, pro Video, Curo, Mitto curare? Quę cum barbara ſint, ſic integra incorruptáque conſuetudine emendemus.

Quam id rectè faciam, viderint ſapientes. de Am.

Sed de hoc tu videris. At. (licet. At.

Sed hoc fortuna viderit, quoniam conſilio vti non

Sed de illa ambulatione fors viderit, aut ſi quis eſt qui curet Deus.

Quid mihi cum iſta ſumma ſanctimonia? viderint, inquit, iſta officia boni viri. pro Qu.

Quę ars quàm ſit facilis, illi viderint, qui, &c. & deinde etiam tu videris. de Or.

Quàm ſit ſimile iſtud, tu videris. de N.

In grauiſſimis temporibus ciuitatis. pro Seſt.
Optimis hercle temporibus, &c. pro Clu.
In periculis & aſperis temporibus. pro Cor.
Duris quondam temporibus.
Meum, tuum, aut alicuius tempus, ſignificat, cum quis in periculis verſatur.
Tuorum triſtiſſimo meo tempore meritorum erga me memoriam conſeruabo. Ep.
Ego ſi ab improbis & perditis ciuibus remp. teneri viderem, ſicut & meis temporibus ſcimus: & nonnullis alijs accidiſſe. Ep. (ſam. At.
Heratini me ad ſua tempora duxerunt, vt agerem cau-
A nullius vnquam tempore aut commodum, aut ocium meum me abſtraxit. pro Arch.
Niſi fortè eam pecuniam in reipub. magnum aliquid tempus contulerit. Off.
Summo & difficillimo reip. tempore. in A. in V.
Teneo, Cum animi affectionibus tribuitur, notum & peruulgatum non eſt.
Quæ te tenuit tanta dementia? in Var.
Vt aliquando nos memoria mei, miſericordia, deſideriúmque teneret. Poſtquam.
Me mirum deſiderium tenet vrbis, incredibile meorum, atque in primis ſatietas actæ prouinciæ. Ep.
Teneri ſtudio alicuius rei. Ac.
Si Deus nulla gratia, nulla hominum caritate tenetur, valeat. de N.
Tenere ſe domeſticis finibus. At.
Neque ira, neque gratia teneri. de N. (piam. in V.
Me tantum odium vrbis tenet, vt foras euolare cu-
Teneri aliqua re, pro eo quod recentiores dicunt, Obnoxium eſſe, vulgo notum non eſt.
Eburius hoc interdicto non tenetur. pro Cæcin.
Si ſenator iudicio quenquam circumuenerit, legibus eum teneri, ſi Eques Rom. hoc idem fecerit, non teneri. pro Clu.
Ciuitatem legibus teneri. ibid.
Lege de vi aliquem teneri. de Ar.
Teneri ea pœna quæ eſt de vi. Qu. Fr.

Iure

Iure iurando teneri. Off.

Teneri, pro deprehendi, palàm argui, patere.

Manifeſto teneri in rebus turpiſſimis, & teneri in manifeſto furto. I. V. (re. Parad.

Quod non licet, id hoc tenetur, ſi arguitur non lice-

Dolum malum Aquilius tum teneri putat, cum aliud ſimulatum ſit, aliud actum. de N.

Iam tenetur veniſſe cum maximis copijs Pacorum Parthum. At. (tenentur? pro Mil.

Fingi hæc putatis quæ patent? quę nota omnibus? quę

Tento. Manu, pede aliquid tentare, Latinè ſignificat quod Barbari dicunt Palpare manu.

Vt res propè manu tẽtari poſſit. ad Her.(ſim. de Leg.

Hoc flumen ita frigidũ eſt, vt pede vix tentare id poſ-

Tentari morbo, dicimur cum morbi quædam initia & ſigna ſentimus. (poſſunt. Tuſc.

Animi valentes morbo tentari non poſſunt, corpora

Scripſeras te quodam valetudinis genere tentari. At.

Tentatio, in eadem ſignificatione.

Valetudinem tuam iam confirmatam eſſe, & à vetere morbo & à nouis tentationibus gaudeo. At.

Tentare aliquid, pro experiri, ſi capi aut infringi poteſt, vulgare non eſt. (poſſes. I. C.

Vt exul potius tentare, quàm conſul vexare rempub:

Iudicium pecunia tentatum eſſe non à Cluentio, ſed contra Cluentium. pro Clu.

Itaque Milonis Conſulatus, qui viuo Clodio labefactari non poterat, mortuo denique tentari cœptus eſt. pro Mil.

Summa reip. in huius periculo tentatur. pro Seſt.

Nationes, quas nunquam populus Rom. neque laceſſendas bello, neque tentandas putauit. pro Pom.

Domus illa, quæ tentata ſcelere iſto nefario dicitur, plena eſt integritatis. pro Cæl.

Teſtor deum, aut aliquem, id ſignificat, quod barbari dicunt, Accipere, implorare Deum teſtem.

Deos teſtor, integro me animo & libero Syllæ cauſam defendere. pro Syl.

Ego omnes homines deóſque teſtor. pro Cæcin.

Precor

Preces illius & vota cognoſcimus, quibus illa deos de ſuo ſcelere teſtatur. pro Clu.
Is me potiſſimum teſtatus eſt, &c. I. A.
Ipſum meum fratrem teſtatus eſt ſe egiſſe. Ep.
Atque hoc vos iudices teſtor, &c. pro Syl.
Mentem alicuius teſtari. Antequam.
Stuprata per vim Lucretia à regis filio, teſtata ciues ſeipſam interemit. de Fin.
Tibi, explet ſępe orationem, nihil ſignificat: ſed mirandi plerumque vox eſt.
Ecce tibi è tranſuerſo. Acad.
Hic tibi ſtrepitus. Ep.
Nunc tibi milites. Ep.
At tibi repentè.
Ecce tibi III. Non Febr. mane accepi. At.
Alter tibi deſcendit de Palatio & ædibus ſuis, &c. pro S. R.
Eos tibi & rem de qua miſi velim curæ habeas. Ep.
Mihi eodem poſitum quo tibi. I. V.
Item de Pantheris vt eas accerſas, curéſque mihi vt vehantur. Ep.
Hic tibi ad roſtra Cato aduolat. At.
Ecce tibi nuncius pueros veniſſe Roma. At.
Ecce tibi qui rex pop. Rom. eſſe concupiierit. Off.
Tinctorem, Barbari, Latini appellant Infectorem.
Totidem. Barbari quia ignorant hoc nomen, pro eo in ore habent, Æque multum, Æque tot, Æque tantum, Æque tam multum.
Patroclus & Euriſthenes gemini fratres fuerunt, at hi nec totidem annos vixerunt, anno enim vita Patrocli breuior fuit. In. de D.
Iſtum ego locum totidem verbis à Decęarcho tranſ(tuli. At.
Hoc totidem verbis tranſlatum caput eſt. pro R. P.
Epiſtola, quam modo totidem verbis interpretatus ſum. de Fin.
Totidem quot dixit, vt aiunt, ſcripta verbis oratio. (de C.
Tortura, Barbari, Latini Tormentum.
Traduce Cum orationi tribuitur, qua animos mouemus, peruulgatum non eſt.

Tum

Tum omnem orationem traduxi & conuerti in increpandam Cepionis figuram. de Orat.

Et animos ad noſtram defenſionem conor traducere. de Or.

Quæ animos à minore cura ad ſummum timorẽ traduceret. Ep.

Vt mihi viderer animũ hominis ab omni alia cogitatione ad tuam dignitatem tuendam traducere. E.

Iudices à ſeueritate ad hilaritatem traducere. de Cla.

Traducere eos, qui audiunt, in magnam admirationem. Or.

Is traduxit me ad ſuam, ſententiam. pro Clu.

Tempus traducere. Traducere tempus. Ep.

Vt antè commentemur inter nos, qua ratione nobis traducendum ſit hoc tempus.

Vitam otioſam & quietam ſine vllo labore & contentione traducere. de Sen.

O adoleſcentiam traductam eleganter! pro Pl.

Traducere vitam egregijs factis. ad Brut.

Traijcio & Tranſmitto. Vſum vtriúsque verbi diſcamus à Cicerone, quod multi cum ignorent, Traijcio nullum caſum, Tranſmitto vero accuſatiuum adiungunt. Sed contra factum à Latinis eſt: nám Traijcere exercitum, aliquem dixerunt, Exercitus aliquis tranſmittit.

Exercitum Rhodanum traieci. Ep.

Cùm Rhodanum copias traieciſſem.

Si quo caſu Hiſaram ſe traiecerint. Ep.

Et ſi terra quidem, qui poſſim? ſi mari, quò traijciam? At.

Marius cum parua nauicula traiectus eſt in Africam. Poſt.

Cum exercitus noſtri Brunduſio trãſmiſerunt, pro P.

Cęſar in Africam tranſmiſit. de D.

Lentulum antè puto tranſmiſſurum, quàm potuerit conueniri. At.

Aiebant prima nauigatione tranſmiſſurum. Qu. Fr.

Tribuo, pro diſtribuo paucis notum eſt.

Eam didicit artem, quę doceret rem vniuerſam tribuere in partes. de Cla.

Sine philoſophorum diſciplina genus in partes tribuere

buere non poſſumus. Or.

Turbo. Verbum hoc ſatis tritum non eſt, ſignificabant enim eo Latini idem ferè quod verbo confundere & Commouere.

Ariſtoteles multa turbat, à magiſtro Platone diſſentiens. de N.

Et ſimul ne quid ille turbet, vide. Q. Fr.

Omnia infirma ſummis paria fecit, turbauit, miſcuit. de Leg.

At id ne feræ quidem faciunt, vt ita ruant atque turbentur, vt earum motus atque impetus quò pertineant, non intelligamus. de Fin.

Mare, quod ſua natura tranquillum eſt, ventorum vi agitatur atque turbatur. pro Clu.

Miſcere & turbare omnia. de Art.

Ad te ne hæc quidem ſcribo, quæ palàm in rep. turbantur. Q. F.

Non modo illa permiſcuit, ſed etiam in his turbauit. in V.

Si in Hiſpania turbatum eſſet. pro Syl.

V.

Vacatio. Ea huius nominis vis eſt, quam imperiti tribuunt barbaræ voci Vacantiæ, pro qua, Vacatio dicendum Latinè poſthac erit.

Vacationem augures, quo minus iudicijs operam dent, non habere. de Cla.

Me neque rerum geſtarum vacatio, neque ætatis excuſatio vindicat à labore. pro Syl.

Nos vitam beatam in vacatione omnium rerum ponimus. de N. I. V.

Vacationes quoque dicuntur Immunitates munerum, quas libertatem multi vocant. in Ac.

His liberiſque eorum militię vacationem eſſe placet.

Delectum haberis ſublatis vacationibus.

Pro hiſce rebus vacatio data eſt laboris, & ſumptus, & militiæ, & rerum omnium. I. V.

Quæ ſtudia habent vacationem publ. muneris. E.

Vacillo. Vis verbi non adeo obſcura eſt. Sed Vacillare litteras dixerunt Latini, quod Barbari Curuè ſcriptas eſſe, Curuas eſſe.

Accepi

Accepi tuas epiſtolam vacillantibus litteris. Ep.

Vaco. Obſeruandum eſt in vſu huius verbi dici & Vaco & Vacat, idémque prorſus ſignificari: vt,

Quamuis enim occupatus ſis, ocij tamen plus habes: aut ſi ne tu quidem vacas, noli mihi moleſtiam exhibere. Ep.

Scribes aliquid, ſi vacabis. At.

Tantum huic ſtudio relinquendum, quantum vacabit à publico officio & munere. de Di.

Vacare, pro vacuum eſſe, crebro Cicero eſt vſus: vt Villa [illegible] completa militibus erat, vt vix triclinium, vbi c[illegible] turus ipſe Cæſar eſſet, vacaret.

Tota d[illegible] ſuperior vacat. At.

Nihil e[illegible] vacet corpore, corporibus omnis obſidetu[illegible] e N.

Valens. [illegible] robur corporis referri notum omnibus [illegible] hic enim vulgus non loquitur.

Cum vale[illegible] ous viribus non eſt certandum. Ep.

Lictores valentiſſimi, & ad pulſandos verberandoſque homines exercitatiſſimi. I. V.

Semel circumciſſus lectis valentiſſimorum hominum viribus [illegible] ſciens. in A.

Statius q[illegible] onus, homo valens. pro Clu.

Robuſtus & valens, & audax ſtelles. cont. Rul.

Cum homo imbecillus à valentiſs. beſtia laniatur. E.

Qui inquam in Lyſia ſunt ſępe lacerti, ſic vt fieri nihil poſſit valentius. de Cla.

Valetudo. Medium vocabulum eſt, quo tam bona quam mala corporis affectio ſignificatur. Sed quoniam barbari infirmitatem vocant, quam Latini infirmam, ægram, incommodam valetudinem, aut infirmitatem, imbecillitatem, grauitatémque valetudinis, corrigendum id quoq; ic eſt puriore conſuetudine loquendi: vt,

Is ſemper infirma atque etiam ęgra valetudine fuit. de C. (te, Or.

In eius infirmiſſima valetudine, affectáque iam æta-

Iſt hinc ne te moueas tam infirma valetudine. E.

Erat infirma valetudine Habitus. pro Clu.

T Me in-

Me incommoda valetudo, qua iam emerſeram, tenebat iam duodecimum diem Brunduſij. At.
Grauitate valetudinis rarius ſcribere, & paululum leuari. Ep. (vt facis. Ep.
Tu modo iſtam imbecillitatem valetudinis tuæ tuere,
Si te dolor aliquis corporis aut infirmitas valetudinis tuæ tenuit, quo minus ad ludos venires, &c. E.
Propter infirmitatem valetudinis non potuit ſimilis eſſe patri. de Off. (re. E. ad Tir.
Valetudinem iſtam infirmam (ſi me amas) noli vexa-
Valor. Barbarum, Latini Pretium.
Vbi terrarum, gentium, Latinę linguę proprij modi, quos nulla alia via niſi diligenti obſeruatione diſcimus.
Nunc verò quid agitur? vbi terrarum ſumus? pro Ra.
O dij immortales, vbinam gentium ſumus? in Cat.
Etſi mihi nihil propoſitum ad ſcribendum, quia quid ageres, vbi terrarū eſſes, ne ſuſpicabar quidem. At.
Neque adeſt iſthic, neque vbi terrarum ſit ſcio. ibid.
Fortunę cedendum, ex Italia migrãdum Rhodum, aut aliquò terrarum arbitror. D. Brut. Caſſ. & Brut.
Qui vbi terrarum ſit, quid agat, viuat denique an mortuus ſit, quis aut ſcit, aut curat? At.
Vbicunque terrarum ſint, ibi eſt omne reip. præſidium. ibid.
Vbique, apud Ciceronem quidem eſt, ſed, omnibus locis etiam dixit pro vbique. Sic in Tuſ. inquit,
Vt omnibus locis à Platone diſſeritur.
Vectores. Eos qui vehuntur, ſignificari hoc verbo, vulgò notum non eſt.
Mallem vehi malè alio gubernante, quàm tam ingratis vectoribus bene gubernare. At.
Summi gubernatores in magnis tempeſtatibus à vectoribus admoneri ſolent. I. A.
Si id vectores negarent. pro Seſt.
Vectores timidi aduerſa tempeſtate. de N.
Nauicius & ipſo conuectore me vſurum puto. At.
Vehens, paſſiuè eum qui vehitur ſignificari, peruulgatum non eſt.

Cuius

Cuius in adoleſcentiam per medias laudes quaſi quadrigis vehentem tranſuerſa incurrit miſera fortuna reip. (N.& de Cla.

Sic *Inuehens*. Triton natantibus inuehens beluis. de *Vehementia* recentiorum vocabulum eſt. Cicero Acrimoniam appellat.

• *Vel.* Eleganter vſi ſunt veteres hac voce, cum aliquid aut pręcipui, aut magni ſignificare vellent, in eodem penè ſenſu quo Etiam: neque ſolum, quod multi volunt cum ſuperlatiuo gradu iunxerunt.

Quàm moroſi ſint qui amant vel ex hoc potes cognoſcere. Ep. (L.

Nam iſto modo vel conſulatus vituperabilis eſt. de

Per me vel ſtertas licet, non modò quieſcas. Ac.

Hæc ſunt omnia ingenij vel mediocris exercitationis, vel maximæ. de Or.

Vt ipſis ſententijs, quibus proluſerunt, vel pugnare poſſint, id eſt, etiam. de Or.

Vel mori ſatius eſt, quàm peccare. ibid.

Hoc mihi videtur vel maximè Atticum. de N.

Hoc vno præſtamus vel maximè feris. de Or.

Cum id certè ſit vel maximè Atticum. Or.

• *Venia, Bona venia, aut cum bona venia alicuiùs aliquid dicere, aut facere,* dicebant Latini, quod recentiores per Sit venia facto, dicto.

Vos oro, vt attentè bonaque cum venia verba mea audiatis. pro S. R.

Doleo te (bona venia audies) in tam leues, ne dicam ineptas ſententias incidiſſe. de N.

Bona aut tua venia dixerim. de D.

An verò (bona venia huius optimi viri dixerim Scæuolæ) tu, &c. de D.

Veniam neceſſitati dare. Off.

Quare frater, bona tua venia dixerim, iſta ſententia obeſt ſæpiſſimè. de Leg.

• *Veniam dare, petere,* idem valet quod ignoſcere, non quod pueri in ludis didicerunt, poteſtatem ludendi aut abeundi facere, petere, habere.

Hoc ſi tibi tuus parens diceret, poſſes ab eo veniam

Ab aliquo, cui te purges, veniam petere. Or.

Venire hæreditatem alicui, pro morte alicuius aut teſtamento, hæreditatem cernere, peruulgatum non eſt: quod Flandrico ſermone ſic reddimus:

Eenich goet iemant beſteruen Gallicè *eſchoir.*

Hereditatem venire alicui, & fundum ad aliquem teſtamento deuenire, pro Cæc.

Cuius filiæ cum à propinquo hæreditas permagna [illegible] (ibid.

[illegible] eſt.

dimidiatúmque menſem, hoc modo, Vt quo die, verbi cauſa eſſe oporteret Idus Ianuarias, eo die Calend. Martias perſcriberet. I. V.
Sin autem vſque ad nouem, verbi gratia, ſine dubitatione reſpondes pauca eſſe. Acad.
In nobis autem ipſis ne intelligi quidem, vt propter aliam quampiam rem, verbi gratia, propter voluptatem nos amemus. de Fin.
• *Vereor ne*, diuulgatum eſt, ſed Vereor vt pro ne, tam tritum non eſt, quam Vereor ne.
Videris vereri, vt epiſtolas tuas acceperim. At. (Ep.
Vereor vt Dolabella ipſe ſatis nobis prodeſſe poſſit.
Et tamen vereor vt hoc natura non patiatur. Tuſ.
Quod vos fœdus non iuſſeritis, vereor vt ſatis firmum ſit. contra Rul. (de Or.
Sed illa duo Craſſe, vereor vt tibi poſſim concedere.
Quod vereor tibi ipſi vt probem. At. (de Am.
Vereor vt idem ſit interitus animorum & corporum.
Metuo vt eam non poſſim ſuſtinere. pro Plan.
Timeo vt poſſim. pro Dom.
• *Verſuram facere*, Latini appellabant, quod barbari, pecuniam accipere ad intereſſe, Financias facere, Ad vſuram accipere, rectius verò Fœnori accipere.
Non modò magno, ſed iniquiſſimo fœnore verſuram facere Aurelius coactus eſt. At. (dicunt? pro Fon.
A quibus verſuras tantarum pecuniarum factas eſſe
Is negauit omnino verſurã vllam feciſſe Romæ. Tuſ.
Tabulæ ſocietatis, quæ ſignificabant eos homines verſuram à Carpinatio feciſſe, qui pecuniam Verri dediſſent. I. V.
Quæ quidem ego vel verſura facta ſolui volo. At.
Non modò verſura, ſed etiam venditione, ſi modò res coget, vindicabis. At.
Vereor ne illud quod tecum permutaui, verſura mihi ſoluendum ſit. At. (At.
Verſuram ſcribis eſſe faciendam menſium quinque.
• *Verſus*. Latini vocant, quos multi hodie lineas, non enim latinè dicitur, Prima linea orationis, libri, ſed Verſus.

diſciplinę placet, conſtituam quid, & quale ſit id de quo quærimus, non quo ignorare vos arbitrer, ſed vt ratione & via procedat oratio. de Fin.

Alij naturam eſſe cenſent vim quandam, ſiue rationem cientem motus in corporibus neceſſarios: alij autem vim participem rationis atque ordinis via progredientem, &c. de N.

Ait Ariſtoteles artem & præcepta Siculos, Coracem & Tiſiam conſcripſiſſe.

Aliud enim eſt poëtarum more verba fundere, aliud ea quæ dicas ratione & arte diſtinguere. de Fin.

Cum ad inueniendum in dicendo hæc tria ſunt, acumen, deinde ratio (quam licet, ſi volumus, appellemus artem) tertium diligentia. de Or.

Sed qui eius rei rationem quandam conati ſunt artémque tradere, ſic inſulſi extiterunt, vt nihil aliud eorum niſi inſulſitas ipſa videatur. Quare mihi quidem videtur nullo modo doctrina iſta res poſſe tradi. Or.

Volo igitur huic ſummo, omnem quæ ad dicendum trahi poſſet, loquendi rationẽ eſſe notam quæ quidem res duplicem habuit docendi viam. Or.

Video. Vis verbi nota ſatis eſt, ſed vſum in omnibus vulgus non nouit. quis enim, niſi doctus & verſatus multum in optimis auctoribus, ſic loquitur? Quam id rectè faciam videant ſapientes. Nónne vulgo omnibus in ore eſt, pro Video, Curo, Mitto curare? Quę cum barbara ſint, ſic integra incorruptáque conſuetudine emendemus.

Quam id rectè faciam, viderint ſapientes. de Am.

Sed de hoc tu videris. At.

Sed hoc fortuna viderit, quoniam conſilio vti non licet. At.

Sed de illa ambulatione fors viderit, aut ſi quis eſt qui curet Deus.

Quid mihi cum iſta ſumma ſanctimonia? viderint, inquit, iſta officia boni viri. pro Qu.

Quę ars quàm ſit facilis, illi viderint, qui, &c. & deinde etiam tu videris. de Or.

Quàm ſit ſimile iſtud, tu videris. de N.

Quid concupiſcas tu videris, quid concupiueris certè habebis. in A.

Videor. Dici vix poteſt, quàm hæreant multi in vſu huius verbi, primis & ſecundis perſonis nunquam ferè coniungunt: ſed contra Latinorum morem, tertia perſona cum Quod ſemper proferunt: ſic enim loquuntur.

Videtur mihi quod tu ſis doctus, cùm ſecunda perſona dicendum eſſet, Videris mihi doctus. Cum tertia perſona aut alijs etiam ſi quando Quod vernaculo ſermone adiungatur, latinè infinitiuus iungitur. (de In.

Atque etiam hoc mihi videor videre eſſe quoſquam.

Te verò Cæcili quemadmodum ſit eluſurus, quàm omni ratione iactaturus videre iam videor. in V.

Obiurgaui Senatum, vt mihi viſus ſum, ſumma cum auctoritate. in V.

Videor mihi hanc vrbem videre ſubitò vno incendio concidentem. in V.

In qua ego nactus (vt mihi videbar) locum reſecandæ libidinis, vehemens fui. At.

Vt ſpeciem aliquam videret videre, quaſi reuiuiſcentis reipub. Ep.

Si quid eſt in me, quod iam ſperare videare, quoniam. de Or.

Nunc Catulo audiente videor debere non tam pugnare tecum, quàm quid ipſe ſentiam dicere.

Quia conſilijs vt videntur, bonis vtimur. At.

Cuius ſocius videor eſſe debere.

Neque id facio (vt fortaſſe quibuſdam videor) ſimulatione. Ep.

Videor mihi perſpicere.

Videor audiſſe. de Leg. Craſſo. de N.

Videor iam te auſurus eſſe appellare. de Clar.

Si videris tibi me poſſe conſequi. E.

Puero de mancipijs, quę tibi videbitur, attribuas. At.

Tertiò ſi id quod ſpeciem haberet honeſti, pugnaret cum eo quod vtile videretur. Off.

Hæc conſilia Bruto reprehendenda viſa ſunt. cō. Rul.

Nunc

Nunc autem mihi viſum eſt de ſenectute aliquid ad te ſcribere. de Sen.

Vindico aliquem, aut aliquid ab aliquo, pro Tueor, Libero, diuulgatum ſatis non eſt.

Teque item ab eo vindico & libero. Qu. Fr.

Dubitabitis quin ab hoc ignotiſſimo Phryge nobiliſſimum ciuem vindicetis? pro Flac.

An ſeruos ſuppliciorum metu, dominorum benignitas vna vindicta liberat: nos à mortis terrore, neque res geſtæ, neque noſtri homines vindicabunt? pro Rab. (dicauit. de C.

Illum fecilitas ipſius ab omnibus miſerijs morte vin-

Magnitudo doloris, à qua me breuitas temporis vindicabit. Tuſ.

Sapientia, quæ nos à libidinum impetu & formidinum terrore vindicat. de Fin.

Laudem aliquorum iam propè ſeneſcentem ab obliuione hominum, atque à ſilentio vindicare. de Or.

Senectutem à ſolitudine vindicari iuris ciuilis ſcientia. de Or.

Vt ab iſta ſolitudine domum meam vindicarem.

Pecunia quæ nos poſſet à tributis vindicare. in A.

Cn. Carbo morte voluntaria ſe à ſeueritate iudicum vindicauit. de Cla.

Te innocentia tua, & miſericordia hominũ vindicat hoc tempore à moleſtia. Qu. Fr.

Vis. Verbis tribui hoc nomen, idémque valere quod Significationem & Poteſtatem vocabulorum, peruulgatum non eſt.

Poſtremò hæc vis eſt iſtius & iuris & verbi, vt fundi populi beneficio noſtro, non ſuo iure fiant. pro N.

Quę eſt quaſi alia vis, quæ ſententia Cæciliæ legis, niſi hæc, ne populo, &c. pro Dom.

Quæ vis inſit in his verbis, ſi attendes, intelliges. Ep.

Æquitate intellecta nihil ad rem pertinet, quę verborum vis ſit, ac nominum. pro Cæcin.

Sine re nulla vis verbi. Or.

Sed mihi ad huiuſce verbi vim & interpretationem vehemẽter opus eſt veſtra prudentia. contra Rullũ.

Vim verbi in aliud atque cæteri accipiant, poſſe ducere. Or.
Viſus, apud Ciceronem non eſt pro ipſa oculorum vi & acie, quã aciem aut videndi ſenſum vel aſpectum vocat. Viſum, aut Viſus quæ videntur, non ſenſum videndi eodem auctore ſignificant.
Multa probabilia, quæ quanquam non percipiantur, tamen quia viſum habent quendam inſignem & illuſtrem, his ſapientis vita regitur. de N.
Viſum obiectum imprimit, & quaſi ſignat in animo ſuam ſpeciem. de Fat.
Viſum eſt enim tale obiectum dormienti. de Fa.
Viſa ſomniatium. de D.
Si deus iſta viſa nobis prouidẽdi cauſa dat, &c. de D.
Senſus iunctos eſſe cenſuit è quadam quaſi impulſione oblata extrinſecus, quam ille φαντασίας, nos viſum appellamus. Ac.
Deinde cum ſe collegiſſet, id viſum pro nihilo habendum eſſe dixit. de D.
Vitium. Cum tribuitur ei cui contrarium eſt virtus, ad animúmque refertur, ſermone omnium latinè loquentium ſatis tritum eſt: ſed alijs rebus inanimis quoque tribuitur ab illis, qui purè & emendatè ſunt locuti. Quod cùm noſtri ignorent, aut barbaris, aut quæ ijs rebus minus conueniunt, vtuntur, hoc modo vitioſam conſuetudinem corrigant.
Si nihil eſt in parietibus aut tecto vitij, cætera mihi probabuntur. Ep.
Si ędes excelſę corruerunt, vitiúmue fecerunt. Top.
Venditorem eius rei quam vendat, vitia narrare. Off.
Id igitur obuenit vitium, quod tu iam futurum eſſe prædixeras. I. A.
Barbari defectum appellant.
Quæ fortunæ vitio, non ſuo decoxiſſet. in Ant.
Malè coniecta falſa ſunt, non rerum vitio, ſed interpretum inſcitia. de D.
Comitiorum ſolum vitium eſt fulmen.
Vt P. Claudius, eiúſque collega L. Iunius claſſes magnas perdiderunt, quòd vitio nauigaſſent.

Conſu-

Conſules vitio creatos eſſe. de N.
Qui valetudinis vitio fuerunt. de D.
Sic *Vitioſus, a, um.* (in A.
Collega, quem ipſe fecit ſua nunciatione vitioſum.
Vitioſus conſul)(Saluis auſpicijs creatus. Ac.
Is metuens ne vitioſum colligeret, etiam verum ſanguinem deprauabat. de Clar.
Vitioſum & corruptum)(purum & incorruptum. de Clar.
Itaque ſiniſtra dum non exquirimus, in dira & vitioſa inquirimus. de D.
Vituperatio Vis nominis non adeo obſcura eſt, vt declaranda his verbis fuerit: ſed quia vulgus Vituperium triuit pro Vituperatione, aut Opprobrio, Reprehenſione, monendi lectores fuerunt, vt à Vituperio abſtineant, ſi Vituperationem doctorum effugere velint, nam veteres & veri Latini eo nomine non ſunt vſi.
Quod ad vitandam vituperationem valet. de Pro.
Cadere in aliquam vituperationem. At.
Eaque res P. Africano vituperationi fuit. de Cl.
Effugere vituperationem. At.
Culpæ reprehenſionem, & ſtultitiæ vituperationem reprehendere. in Ant.
Me nonnulla vituperatione tarditatis meæ facto ſuo liberauit. de Ar.
Viuo, Viuere in diem, in horam. Latinorum proprij modi quib. eos notabant, qui, vt Babari dicunt, ſoliciti non eſſent de craſtino, qui nihil curarent.
Cum latronibus non ſolum die, ſed etiam in diem viuere. in A.
At hi qui in horam viuunt, non modò de fortunis & de bonis ciuium, ſed ne quidem de vtilitate cogitauerunt. in A.
Nos in diem viuimus: quodcunque noſtros animos probabilitate percuſſit, id dicimus. Tuſ.
Vix dum, pro Vix adhuc, notum & peruulgatum non eſt.
Vix dum epiſtolam tuam legeram, cum &c. At.

buere non poſſumus. Or.

Turbo. Verbum hoc ſatis tritum non eſt, ſignificabant enim eo Latini idem ferè quod verbo confundere & Commouere. (tiens. de N.

Ariſtoteles multa turbat, à magiſtro Platone diſſen-

Et ſimul ne quid ille turbet, vide. Q. Fr.

Omnia infirma ſummis paria fecit, turbauit, miſcuit. de Leg.

At id ne feræ quidem faciunt, vt ita ruant atque turbentur, vt earum motus atque impetus quò pertineant, non intelligamus. de Fin.

Mare, quod ſua natura tranquillum eſt, ventorum vi agitatur atque turbatur. pro Clu.

Miſcere & turbare omnia. de Art.

Ad te ne hæc quidem ſcribo, quæ palàm in rep. turbantur. Q. F. (uit. in V.

Non modo illa permiſcuit, ſed etiam in his turba-

Si in Hiſpania turbatum eſſet. pro Syl.

V.

V *Acatio*. Ea huius nominis vis eſt, quam imperiti tribuunt barbaræ voci Vacantiæ, pro qua, Vacatio dicendum Latinè poſthac erit.

Vacationem augures, quo minus iudicijs operam dent, non habere. de Cla.

Me neque rerum geſtarum vacatio, neque ætatis excuſatio vindicat à labore. pro Syl.

Nos vitam beatam in vacatione omnium rerum ponimus. de N. I. V.

Vacationes quoque dicuntur Immunitates munerum, quas libertatem multi vocant. (in Ac.

His libertíſque eorum militię vacationem eſſe placet.

Delectum habetis ſublatis vacationibus.

Pro hiſce rebus vacatio data eſt laboris, & ſumptus, & militiæ, & rerum omnium. I. V.

Quæ ſtudia habent vacationem publ. muneris. E.

Vacillo. Vis verbi non adeo obſcura eſt. Sed Vacillare litteras dixerunt Latini, quod Barbari Curuè ſcriptas eſſe, Curuas eſſe.

Accepi

Accepi tuas epiſtolam vacillantibus litteris. Ep.

Vaco. Obſeruandum eſt in vſu huius verbi dici & Vaco & Vacat, idémque prorſus ſignificari: vt,

Quamuis enim occupatus ſis, ocij tamen plus habes: aut ſi ne tu quidem vacas, noli mihi moleſtiam exhibere. Ep.

Scribes aliquid, ſi vacabis. At.

Tantum huic ſtudio relinquendum, quantum vacabit à publico officio & munere. de Di.

Vacare, pro vacuum eſſe, crebro Cicero eſt vſus: vt Villa [illegible] completa militibus erat, vt vix triclinium, vbi c[illegible] turus ipſe Cæſar eſſet, vacaret.

Tota do[illegible] ſuperior vacat. At.

Nihil e[illegible] od vacet corpore, corporibus omnis obſidetu[illegible] e N.

Valens. [illegible] robur corporis referri notum omnibus [illegible] ic enim vulgus non loquitur.

Cum vale[illegible] us viribus non eſt certandum. Ep.

Lictores valentiſſimi, & ad pulſandos verberandosque homines exercitatiſſimi. I. V.

Semel circumciſus lectis valentiſſimorum hominum viribus [illegible] ſciens. in A.

Statius qu[illegible] onus, homo valens. pro Clu.

Robuſtus & valens, & audax ſatelles. cont. Rul.

Cum homo imbecillus à valentiſs. beſtia laniatur. E.

Quanquam in Lyſia ſunt ſæpe lacerti, ſic vt fieri nihil poſſit valentius. de Cla.

Valetudo. Medium vocabulum eſt, quo tam bona quam mala corporis affectio ſignificatur. Sed quoniam barbari infirmitatem vocant, quam Latini infirmam, ægram, incommodam valetudinem, aut infirmitatem, imbecillitatem, grauitatémque valetudinis, corrigendum id quoque eſt puriore conſuetudine loquendi: vt,

Is ſemper infirma atque etiam ęgra valetudine fuit. de C. (ſe. Or.

In eius infirmiſſima valetudine, affectáque iam ætate

Iſta me ne te moueas tam infirma valetudine. E.

Erat infirma valetudine Habitus. pro Clu.

T Me in-

Me incommoda valetudo, qua iam emerſeram, tenebat iam duodecimum diem Brunduſij. At.

Grauitate valetudinis rarius ſcribere, & paululum leuari. Ep. (vt facis. Ep.

Tu modo iſtam imbecillitatem valetudinis tuæ tuere,

Si te dolor aliquis corporis aut infirmitas valetudinis tuæ tenuit, quo minus ad ludos venires, &c. E.

Propter infirmitatem valetudinis non potuit ſimilis eſſe patri. de Off. (re. E. ad Tir.

Valetudinem iſtam infirmam (ſi me amas) noli vexa-

Valor. Barbarum, Latini Pretium.

Vbi terrarum, gentium, Latinę linguę proprij modi, quos nulla alia via niſi diligenti obſeruatione diſcimus.

Nunc veró quid agitur? vbi terrarum ſumus? pro Ra.

O dij immortales, vbinam gentium ſumus? in Cat.

Etſi mihi nihil propoſitum ad ſcribendum, quia quid ageres, vbi terrarũ eſſes, ne ſuſpicabar quidem. At.

Neque adeſt iſthic, neque vbi terrarum ſit ſcio. ibid.

Fortunę cedendum, ex Italia migrãdum Rhodum, aut aliquò terrarum arbitror. D. Brut. Caſſ. & Brut.

Qui vbi terrarum ſit, quid agat, viuat denique an mortuus ſit, quis aut ſcit, aut curat? At.

Vbicunque terrarum ſint, ibi eſt omne reip. præſidium. ibid.

Vbique, apud Ciceronem quidem eſt, ſed, omnibus locis etiam dixit pro vbique. Sic in Tuſ. inquit,

Vt omnibus locis à Platone diſſeritur.

Vectores. Eos qui vehuntur, ſignificari hoc verbo, vulgò notum non eſt.

Mallem vehi malè alio gubernante, quàm tam ingratis vectoribus bene gubernare. At.

Summi gubernatores in magnis tempeſtatibus à vectoribus admoneri ſolent. I. A.

Si id vectores negarent. pro Seſt.

Vectores timidi aduerſa tempeſtate. de N.

Naui eius & ipſo conuectore me vſurum puto. At.

Vehens, paſſiuè eum qui vehitur ſignificari, peruulgatum non eſt.

Cuius

Cuius in adoleſcentiam per medias laudes quaſi quadrigis vehentem tranſuerſa incurrit miſera fortuna reip. (N.& de Cla.

Sic *Inuehens*. Triton natantibus inuehens beluis. de *Vehementia* recentiorum vocabulum eſt. Cicero Acrimoniam appellat.

Vel. Eleganter vſi ſunt veteres hac voce, cum aliquid aut pręcipui, aut magni ſignificare vellent, in eodem penè ſenſu quo Etiam: neque ſolum, quod multi volunt cum ſuperlatiuo gradu iunxerunt.

Quàm moroſi ſint qui amant vel ex hoc potes cognoſcere. Ep. (L.

Nam iſto modo vel conſulatus vituperabilis eſt. de

Per me vel ſtertas licet, non modò quieſcas. Ac.

Hæc ſunt omnia ingenij vel mediocris exercitationis, vel maximæ. de Or.

Vt ipſis ſententijs, quibus proluſerunt, vel pugnare poſſint, id eſt, etiam. de Or.

Vel mori ſatius eſt, quàm peccare. ibid.

Hoc mihi videtur vel maximè Atticum. de N.

Hoc vno præſtamus vel maximè feris. de Or.

Cum id certè ſit vel maximè Atticum. Or.

Venia, Bona venia, aut cum bona venia alicuius aliquid dicere, aut facere, dicebant Latini, quod recentiores per Sit venia facto, dicto.

Vos oro, vt attentè bonaque cum venia verba mea audiatis. pro S. R.

Doleo te (bona venia audies) in tam leues, ne dicam ineptas ſententias incidiſſe. de N.

Bona aut tua venia dixerim. de D.

An verò (bona venia huius optimi viri dixerim Scæuolæ) tu, &c. de D.

Veniam neceſſitati dare. Off.

Quare frater, bona tua venia dixerim, iſta ſententia obeſt ſæpiſſimè. de Leg.

Veniam dare, petere, idem valet quod ignoſcere, non quod pueri in ludis didicerunt, poteſtatem ludendi aut abeundi facere, petere, habere.

Hoc ſi tibi tuus parens diceret, poſſes ab eo veniam

petere, poſſes, vt tibi ignoſceret, poſtulare. I. V.
Voluntario facinori veniam dari non oportere. de In.
Mihi errato nulla venia, rectè facto exigua laus proponitur. con. Rul.
Delicti veniam peto. pro Lig.
Fatetur aliquis ſe peccaſſe, & eius delicti veniam petit; &c. pro Mur.
Ab aliquo, cui te purges, veniam petere. Or.

Venire hæreditatem alicui, pro morte alicuius aut teſtamento, hæreditatem cernere, peruulgatum non eſt: quod Flandrico ſermone ſic reddimus:
Eenich goet iemant beſteruen Gallico *eſchoir*.
Hęreditatem venire alicui, & fundum ad aliquem teſtamento deuenire. pro Cæc.
Cuius filiæ cum à propinquo hæreditas permagna veniſſet. in Ver. (ibid.
Hic Verres hęreditatem ſibi veniſſe arbitratus eſt.
De hæreditate quę venit pupillo. ibidem.
Quàm pridem ſibi hęreditas veniſſet, docet. ibid.

Venire in mentem illius temporis. De hoc modo cùm Cardinalis doctiſſimè ſcripſerit, eius ipſius verba aſcribemus, ne quem laborum fructibus fraudare velle videamur. Dicebant enim Latini: Cùm mihi in mentem venit illius temporis, quem multi imitari neſcientes, immutant, vt rudi ac vulgato modò dicant, Cùm mihi illud tempus venit in mentem.
Solet venire in mentem illius temporis, quo proximè fuiſſemus vnà. Cicero Mario.
Cùm illius temporis mihi venit in mentem.
Non dubito quin in tanto tuo periculo tuorum tibi ſcelerum veniat in mentem.
Facite vt nobis triennij totius veniat in mentem.
Venit enim mihi fani, loci, religionis illius in mentē.

Verbum: Verbi gratia, aut cauſa, Latinis modus eſt vſitatus, non ijs qui vulgarem potius conſuetudinem loquēdi ſequuntur, exēpla enim eo modo notabāt.
Si quis verbi gratia, oriente Canicula natus eſt, is in mari non moreretur. de Fat.
Eximi iubet non diem ex menſe, ſed ex anno vnum dimidia-

dimidiatúmque menſem, hoc modo, Vt quo die, verbi cauſa eſſe oporteret Idus Ianuarias, eo die Calend. Martias perſcriberet. I. V.
Sin autem vſque ad nouem, verbi gratia, ſine dubitatione reſpondes pauca eſſe. Acad.
In nobis autem ipſis ne intelligi quidem, vt propter aliam quampiam rem, verbi gratia, propter voluptatem nos amemus. de Fin.
Vereor ne, diuulgatum eſt, ſed Vereor vt pro ne, tam tritum non eſt, quam Vereor ne.
Videris vereri, vt epiſtolas tuas acceperim. At. (Ep.
Vereor vt Dolabella ipſe ſatis nobis prodeſſe poſſit.
Et tamen vereor vt hoc natura non patiatur. Tuſ.
Quod vos fœdus non iuſſeritis, vereor vt ſatis firmum ſit. contra Rul. (de Or.
Sed illa duo Craſſe, vereor vt tibi poſſim concedere.
Quod vereor tibi ipſi vt probem. At. (de Am.
Vereor vt idem ſit interitus animorum & corporum.
Metuo vt eam non poſſim ſuſtinere. pro Plan.
Timeo vt poſſim. pro Dom.
Verſuram facere, Latini appellabant, quod barbari, pecuniam accipere ad intereſſe, Financias facere, Ad vſuram accipere, rectius verò Fœnori accipere.
Non modò magno, ſed iniquiſſimo fœnore verſuram facere Aurelius coactus eſt. At. (dicunt pro Fon.
A quibus verſuras tantarum pecuniarum factas eſſe
Is negauit omnino verſurã vllam feciſſe Romæ. Tuſ.
Tabulæ ſocietatis, quæ ſignificabant eos homines verſuram à Carpinatio feciſſe, qui pecuniam Verri dediſſent. I. V.
Quæ quidem ego vel verſura facta ſolui volo. At.
Non modò verſura, ſed etiam venditione, ſi modò res coget, vindicabis. At.
Vereor ne illud quod tecum permutaui, verſura mihi ſoluendum ſit. At. (At.
Verſuram ſcribis eſſe faciendam menſium quinque.
Verſus. Latini vocant, quos multi hodie lineas, non enim latinè dicitur, Prima linea orationis, libri, ſed Verſus.

diſciplinę placet, conſtituam quid, & quale ſit id de quo quærimus, non quo ignorare vos arbitrer, ſed vt ratione & via procedat oratio. de Fin.

Alij naturam eſſe cenſent vim quandam, ſiue rationem cientem motus in corporibus neceſſarios: alij autem vim participem rationis atque ordinis via progredientem, &c. de N.

Ait Ariſtoteles artem & præcepta Siculos, Coracem & Tiſiam conſcripſiſſe.

Aliud enim eſt poëtarum more verba fundere, aliud ea quæ dicas ratione & arte diſtinguere. de Fin.

Cum ad inueniendum in dicendo hæc tria ſunt, acumen, deinde ratio (quam licet, ſi volumus, appellemus artem) tertium diligentia. de Or.

Sed qui eius rei rationem quandam conati ſunt artémque tradere, ſic inſulſi extiterunt, vt nihil aliud eorum niſi inſulſitas ipſa videatur. Quare mihi quidem videtur nullo modo doctrina iſta res poſſe tradi. Or.

Volo igitur huic ſummo, omnem quæ ad dicendum trahi poſſet, loquendi rationē eſſe notam quæ quidem res duplicem habuit docendi viam. Or.

Video. Vis verbi nota ſatis eſt, ſed vſum in omnibus vulgus non nouit. quis enim, niſi doctus & verſatus multum in optimis auctoribus, ſic loquitur? Quam id rectè faciam videant ſapientes. Nónne vulgo omnibus in ore eſt, pro Video, Curo, Mitto curare? Quę cum barbara ſint, ſic integra incorruptáque conſuetudine emendemus.

Quam id rectè faciam, viderint ſapientes. de Am.

Sed de hoc tu videris. At.

Sed hoc fortuna viderit, quoniam conſilio vti non (licet. At.

Sed de illa ambulatione fors viderit, aut ſi quis eſt qui curet Deus.

Quid mihi cum iſta ſumma ſanctimonia? viderint, inquit, iſta officia boni viri. pro Qu.

Quę ars quàm ſit facilis, illi viderint, qui, &c. & deinde etiam tu videris. de Or.

Quàm ſit ſimile iſtud, tu videris. de N.

Quid concupiſcas tu videris, quid concupiueris certè habebis. in A.

Videor. Dici vix poteſt, quam hæreant multi in vſu huius verbi, primis & ſecundis perſonis nunquam ferè coniungunt: ſed contra Latinorum morem, tertia perſona cum Quod ſemper proferunt: ſic enim loquuntur.

Videtur mihi quod tu ſis doctus, cùm ſecunda perſona dicendum eſſet, Videris mihi doctus. Cum tertia perſona aut alijs etiam ſi quando Quod vernaculo ſermone adiungatur, latinè infinitiuus iungitur. (de In.

Atque etiam hoc mihi videor videre eſſe quoſquam.

Te verò Cæcili quemadmodum ſit eluſurus, quàm omni ratione iactaturus videre iam videor. in V.

Obiurgaui Senatum, vt mihi viſus ſum, ſumma cum auctoritate. in V.

Videor mihi hanc vrbem videre ſubitò vno incendio concidentem. in V.

In qua ego nactus (vt mihi videbar) locum reſecandæ libidinis, vehemens fui. At.

Vt ſpeciem aliquam videret videre, quaſi reuiuiſcentis reipub. Ep.

Si quid eſt in me, quod iam ſperare videare, quoniam. de Or.

Nunc Catulo audiente videor debere non tam pugnare tecum, quàm quid ipſe ſentiam dicere.

Quia conſilijs vt videntur, bonis vtimur. At.

Cuius ſocius videor eſſe debere.

Neque id facio (vt fortaſſe quibuſdam videor) ſimulatione. Ep.

Videor mihi perſpicere.

Videor audiſſe. de Leg. Craſſo. de N.

Videor iam te auſurus eſſe appellare. de Clar.

Si videris tibi me poſſe conſequi. E.

Puero de mancipijs, quę tibi videbitur, attribuas. At.

Tertiò ſi id quod ſpeciem haberet honeſti, pugnaret cum eo quod vtile videretur. Off.

Hæc conſilia Bruto reprehendenda viſa ſunt. cõ. Rul.

Nunc autem mihi viſum eſt de ſenectute aliquid ad te ſcribere. de Sen.

Vindico aliquem, aut aliquid ab aliquo, pro Tueor, Libero, diuulgatum ſatis non eſt.

Teque item ab eo vindico & libero. Qu. Fr.

Dubitabitis quin ab hoc ignotiſſimo Phryge nobiliſſimum ciuem vindicetis? pro Flac.

An ſeruos ſuppliciorum metu, dominorum benignitas vna vindicta liberat: nos à mortis terrore, neque res geſtæ, neque noſtri homines vindicabunt? pro Rab. (dicauit. de C.

Illum facilitas ipſius ab omnibus miſerijs morte vin-

Magnitudo doloris, à qua me breuitas temporis vindicabit. Tuſ.

Sapientia, quæ nos à libidinum impetu & formidinum terrore vindicat. de Fin.

Laudem aliquorum iam propè ſeneſcentem ab obliuione hominum, atque à ſilentio vindicare. de Or.

Senectutem à ſolitudine vindicari iuris ciuilis ſcientia. de Or.

Vt ab iſta ſolitudine domum meam vindicarem.

Pecunia quæ nos poſſet à tributis vindicare. in A.

Cn. Carbo morte voluntaria ſe à ſeueritate iudicum vindicauit. de Cla.

Te innocentia tua, & miſericordia hominũ vindicat hoc tempore à moleſtia. Qu. Fr.

Vis. Verbis tribui hoc nomen, idémque valere quod Significationem & Poteſtatem vocabulorum, peruulgatum non eſt.

Poſtremò hæc vis eſt iſtius & iuris & verbi, vt fundi populi beneficio noſtro, non ſuo iure fiant. pro N.

Quę eſt quaſi alia vis, quæ ſententia Cæciliæ legis, niſi hæc, ne populo, &c. pro Dom.

Quæ vis inſit in his verbis, ſi attendes, intelliges. Ep.

Æquitate intellecta nihil ad rem pertinet, quę verborum vis ſit, ac nominum. pro Cæcin.

Sine re nulla vis verbi. Or.

Sed mihi ad huiuſce verbi vim & interpretationem vehemẽter opus eſt veſtra prudentia. contra Rullũ.

Vim verbi in aliud atque cæteri accipiant, poſſe du-
cere. Or.

Viſus, apud Ciceronem non eſt pro ipſa oculorum vi & acie, quã aciem aut videndi ſenſum vel aſpectum vocat. Viſum, aut Viſus quæ videntur, non ſenſum videndi eodem auctore ſignificant.

Multa probabilia, quæ quanquam non percipiantur, tamen quia viſum habent quendam inſignem & illuſtrem, his ſapientis vita regitur. de N.

Viſum obiectum imprimit, & quaſi ſignat in animo ſuam ſpeciem. de Fat.

Viſum eſt enim tale obiectum dormienti. de Fa.

Viſa ſomniatium. de D.

Si deus iſta viſa nobis prouidẽdi cauſa dat, &c. de D.

Senſus iunctos eſſe cenſuit è quadam quaſi impulſione oblata extrinſecus, quam ille φαντασίας, nos viſum appellamus. Ac.

Deinde cum ſe collegiſſet, id viſum pro nihilo habendum eſſe dixit. de D.

Vitium Cum tribuitur ei cui contrarium eſt virtus, ad animúmque refertur, ſermone omnium latinè loquentium ſatis tritum eſt: ſed alijs rebus inanimis quoque tribuitur ab illis, qui purè & emendatè ſunt locuti. Quod cùm noſtri ignorent, aut barbaris, aut quæ ijs rebus minus conueniunt, vtuntur, hoc modo vitioſam conſuetudinem corrigant.

Si nihil eſt in parietibus aut tecto vitij, cætera mihi probabuntur. Ep.

Si ędes exeſę corruerunt, vitiúmue fecerunt. Top.

Venditorem eius rei quam vendat, vitia narrare. Off.

Id igitur obuenit vitium, quod tu iam futurum eſſe prædixeras. I. A.

Barbari defectum appellant.

Quæ fortunæ vitio, non ſuo decoxiſſet. in Ant.

Malè coniecta falſa ſunt, non rerum vitio, ſed interpretum inſcitia. de D.

Comitiorum ſolum vitium eſt fulmen.

Vt P. Claudius, eiúsque collega L. Iunius claſſes magnas perdiderunt, quòd vitio nauigaſſent.

Conſu-

Conſules vitio creatos eſſe. de N.
Qui valetudinis vitio fuerunt. de D.
Sic *Vitioſus, a, um.* (in A.
Collega, quem ipſe fecit ſua nunciatione vitioſum.
Vitioſus conſul)(Saluis auſpicijs creatus. Ac.
Is metuens ne vitioſum colligeret, etiam verum ſanguinem deprauabat. de Clar.
Vitioſum & corruptum)(purum & incorruptum. de Clar.
Itaque ſiniſtra dum non exquirimus, in dira & vitioſa inquirimus. de D.

Vituperatio Vis nominis non adeo obſcura eſt, vt declaranda his verbis fuerit: ſed quia vulgus Vituperium triuit pro Vituperatione, aut Opprobrio, Reprehenſione, monendi lectores fuerunt, vt à Vituperio abſtineant, ſi Vituperationem doctorum effugere velint, nam veteres & veri Latini eo nomine non ſunt vſi.
Quod ad vitandam vituperationem valet. de Pro.
Cadere in aliquam vituperationem. At.
Eaque res P. Africano vituperationi fuit. de Cl.
Effugere vituperationem. At.
Culpæ reprehenſionem, & ſtultitiæ vituperationem reprehendere. in Ant.
Me nonnulla vituperatione tarditatis meæ facto ſuo liberauit. de Ar.

Viuo, Viuere in diem, in horam. Latinorum proprij modi quib. eos notabant, qui, vt Babari dicunt, ſoliciti non eſſent de craſtino, qui nihil curarent.
Cum latronibus non ſolum die, ſed etiam in diem viuere. in A.
At hi qui in horam viuunt, non modò de fortunis & de bonis ciuium, ſed ne quidem de vtilitate cogitauerunt. in A.
Nos in diem viuimus: quodcunque noſtros animos probabilitate percuſſit, id dicimus. Tuſ.

Vix dum, pro Vix adhuc, notum & peruulgatum non eſt.
Vix dum epiſtolam tuam legeram, cum &c. At.

Hæc ego omnia vix dum iam cœtu noſtro dimiſſo comperi. in C.

Cum tu vix dum triginta dies in Syria fuiſſes. E.

Vlciſcor. Vis verbi nota, ſed vſus non item. Cum accuſatiuo perſonæ pauci iungunt. Vlciſci aliquem, vulgo enim tritum eſt, pro, Vltionem ſumere de aliquo: quomodo neque Cicero, neque veteres ſunt locuti: recentiorum enim vocabulum eſt Vltio, veteres Latini Vindictam dixerunt; non vltionem.

Me vlciſci parentem negant oportuiſſe. ad Her.

Odio hominem, & odero, vtinam vlciſci poſſem, ſed illum vlciſcentur mores ſui. At.

Vt per alium te ipſum vlciſcantur, laborant. I. V.

Quos equidem omnibus ſententijs vlciſcor & proſequor. At.

Craſſus cum ita Brutum vltus eſt. pro Clu.

Quos ego non tam vlciſci ſtudeo, quam ſanare. I. C.

Vlciſci malè meritos oportet. ad Her.

Vltimus. Quænam propria vis ſit huius nominis, vulgus ignorat: idcirco vtitur pro extremo, & idem ſignificat, quod Flandricè exprimimus per Het leſte, dalder wterſte.

Sed interuallum & loci ſpatium, & vltra quem ordinem ſignificat: vt,

Luna quæ omnium vltima eſt. de N.

Cælum ipſum, quod extremum & vltimum mundi eſt. de D.

Ab vltimis temporibus ſcribendi exordium capio. de Leg.

Si non ab vltimo initio repetere volemus. ad Her.

Tempus proximum, medium, vltimum. de Pro. A.

Pueritię memoriam recordari vltimam. pro At.

Aliquid ex vltimis terris accerſitum. de Ar.

Hæc mihi videntur Cic. vltima eſſe in malis. At.

Luna vltima cœlo, citima terris. de Sen.

Ab vltimo principio huius pręceptionis vſque ad hoc tempus. de In.

Vltro citróque. Quid Latini his vocibus ſignificabant, paucis

paucis notum eſt. Idem enim ijs exprimebant: quod Flandrica lingua redderetur per, Ouer en weder. Gallica, *deça dela*.

Nam viciſſitudinem, qua eadem via eatur, & redeatur, aut beneficiorum, aut verborum notat.

• Qui vltrò citróque nauigant. I. V.

Poſtea homines curſare vltrò citróque non deſtiterunt. pro S. R.

Vltrò citróque verſari. Ac. (tibus. de N.

Elemẽtis ſurſum deorſum vltrò citróque commean-

Cùm ita moueatur illa vis, quam qualitatem eſſe diximus, & cùm ſic vltrò citróque verſetur. Ac.

• *Verba habere vltrò citróque*, Latinè ſignificat, quod vulgari more dicitur, Ex vtraque parte verba habere aut loqui.

Multis verbis vltrò citróque habitis, ille nobis conſumptus eſt dies. de Som.

Implicari vltrò citroque. Beneficia dare & accipere, vltro citroque. Barbari, Inter ſe inuicem, aut etiam, Inter ſe mutuò.

Nam implicati vltro & citro, vel vſu diuturno, vel etiam officijs repentè. de Amb.

Beneficia vltrò citróque data & accepta. Off.

• *Vnde*, aut, *duo de viginti*, *quadraginta*, dixerunt veteres, pro quibus nos potius Octodecim, Nouendecim, Triginta octo, nouem, &c.

Is vndeuingenti annos natus eo erat tempore. de Cl.

Solem amplius duodeuiginti partibus maiorem eſſe quàm terram. Ac. (fuit Dionyſius. Tuſ.

Duodequadraginta annos tyrannus Syracuſanorum

Vniuerſus,a,um Significari hoc nomine id, cui Singuli, æ, a, opponitur, ignotum eſt in vulgus.

Quæ ſi ſingula nos fortè non mouent, vniuerſa certè mouere debent. de N.

Nec verò vniuerſo generi hominum ſolum, ſed etiam ſingulis à dijs immortalibus conſuli debet. ib.

Dij ſeparatim ab vniuerſis ſingulis diligunt. ibid.

Siue in ſingulis, ſiue in vniuerſo genere cernatur. de Vn.

Singu-

Singula) (Vniuerſa. Ep. de Fin.

Sic *Vniuersè*. Nam quid ego de cæteris ciuium Romanorum ſupplicijs ſigillatim potius quàm generatim atque vniuersè loquar? in V.

In Cumano cùm eſſem, venit ad me noſter Hortenſius, cui depoſcenti mea mandata, cætera vniuersè mandaui; illud probè, ne pateretur. At.

Nec tam irruptio pertimeſcenda, quæ, &c. quàm vniuersè interitus. At.

Vnus aliquis, modus loquendi illis veteribus magis quàm nobis notus.

Cur nunquam tam frequens ſenatus fuit, quod vnus aliquis tuam ſententiam ſecutus ſit. I. A.

Vtilitati hominum pluſquam vnius alicuius, aut ſuæ conſulit. de Fin.

Vnum aliquem nominare. pro Clu.

Vnum aliquem credo eligent. Acad.

Nobis non vnum propoſuimus exemplum. de In.

Vni alicui certè ſeſe addicere. ibid. (Orat.

Vitia, quæ ſint in aliquo iudice vno vel pluribus.

Siue plura ſint, ſiue aliquod vnum. de Or.

Voco, Vocare aliquem in diſcrimen, inuidiam, & ſimilia, conſuetudine vulgari trita non ſunt, vulgus potius dicit, Facere alicui inuidiam, periculum, aut, vt inuideatur, &c.

Vocari in crimen & inuidiam. in V.

Qui claros viros in inuidiam aliquam vocauerunt. pro S.

Detrahere de aliquo & in inuidiam vocare. pro R.

Aucupia verborum in inuidiam vocant. pro Cæc.

Vocari in ſuſpicionem coniurationis. in V.

Vocari in periculum & diſcrimen. pro Clu.

Vocare aliquem in odium aut inuidiam falſis criminibus. Off.

Vocari in eandem conditionem. Ep.

Volo, Velle alicuius cauſa, aut alicui dicebant Latini, cum fauorem & beneuolentiam alicuius erga aliquem ſignificarent. Sed genus hoc loquendi adeo neglectum eſt nunc vulgò: vt ſublatum de lingua

Latina

Latina videatur.
Velle alicuius cauſa. Ep.
Volo ipſorum cauſa. in V.
Velle omnia cauſa alicuius. At.
Si vellent noſtra cauſa. At.
Omnium cauſa velle debeo. Ep.
Illud perficies, quo minus tua cauſa velim.
Si quid noſtra cauſa vis. Ep.
Sed plane volo his magiſtratibus, quorum voluntatem in ſupplicatione ſum expertus. At.
Varro eius cauſa vult omnia.
Ioſius cauſa vehementer omnia velle. Ep.
Valdè eius cauſa volo. Ep.
Regis cauſa ſi qui ſunt qui velint. Ep.
Voluntarius. Latini hoc nomine ſignificant, quod alij barbaro & nouo vocabulo Spontaneus.
Nemo erit voluntarius laudator præturę tuæ. in V.
Multi ad te eunt voluntarij. ad Brut.
Carbo morte voluntaria ſe à iudicum ſeueritate vindicauit. de Clar.
Illa oratio fuit neceſſaria, hæc erit voluntaria. pro Qu. R. (pro M.
Vt ſine vlla ſpe ad interitum ruerem voluntarium.
Eſt etiam Aſinius quidam Senator voluntarius, lectus ipſe à ſe. in A.
Si ſunt voluntarij inimici. Antequam.
Virtures animi non voluntariæ) (voluntariæ. de F.
Voluntarium facinus. de In.
Volutatus. Volutatum eſſe in ſcriptis, aut auctoribus, pro diligenter verſatum, peruulgatum non eſt.
Ad Platonem & Ariſtotelem redeo, in quibus te video volutatum. Qu. Fr.
In veteribus ſcriptis multum volutatus. At.
Vſque. Varijs modis vſi ſunt veteres hac voce in oratione, quorum vel maxima pars vulgò ignoratur. Et in primis, Vſque dum ſeiũctum, quod nos ſemper coniungimus, peruulgatum ſatis non eſt.
Mihi quidem vſque curæ erit quid agas, dum quicquid egeris ſciero. Ep.

Duca

Duces prædonum domi tuæ, vſque dum per me tibi licuit, tenuiſti. in Ver.

Quouſque, inquies, quoad erit integrum: erit autem vſque dum ad te nauigem. At.

Res tacuit vſque dum inueniretur. pro Qu.

Vſque mihi temperatiui, dum, &c. Ep.

Vſque eò dum, in eadem ſignificatione. Vſque eò premere earum capita mordicus, dum illa captum amitterent. de N.

Vſque eò perſequi dum, &c. Top.

Vſque eò, *quo ad*, *idem*, Vſque eò ſe tenuit, quo ad, &c. pro Deiot.

Multa facimus vſque eò dum, &c. A.

Vſque eò, *vt*, quod vulgo dicitur in tantum, vt, Quod Amerinis vſque eò viſum eſt indignũ, vt fletus gemitusque tota vrbe fieret. pro S. R.

Næuius vſque eò feruet auaritia, vt. pro Qu.

Non vſque eò cuperet, vt, &c. pro Qu.

Qui vſque eò cuperet, vt, &c. pro Arch.

Vſque eò non fuit popularis, vt patrimonium ſolus comeſſet. pro Seſt.

Totum Sempronium vſque eò perago, vt, &c. E.

Vſque *a* vel *ab* tempori præterito ſæpe attribuitur, & initium loci notat, vnde aliquid ducitur.

Tantus ex omnibus ſpectaculis vſque à Capitolio plauſus excitatus. pro Seſt.

Aliquem vſque à mari ſupero Romam proficiſci. pro Cl.

Vſque à Diano, quod in Hiſpania eſt. I. V.

Quod augures omnes vſque à Romulo decreuerunt. in V.

Bona paterna & auita, & vſque à nobis repetita. Cæl.

Vſque ab principe atque inuentore Tiſia. de Or.

Iam vſque ab heroicis temporibus. de D.

Vſque à Thalete enumeraſti ſententias philoſophorum. de N.

Accuſatio Pompeij vſque à toga pura. At.

Vſque iſthinc, aut inde tritum quoque non eſt.

Vt eos vſque iſthinc exauditos putem. At.

Inde

Inde vſque repetens, &c. id eſt, à pueritia. pro Ar.

Vſque à noſtris hominibus rarius accuſatiuo locum ſignificante pręponitur, quàm à veteribus Latinis, putant enim ſolum conſequi debere, nunquam verò antecedere.

Sacerdotes vſque Ennam profecti ſunt. in V.

Quintus vſque Puteolos venit. At.

Theatrum ita reſonans, vt vſque Romam voces referantur. Qu. Fr.

Appius profectus eſt Tarſum vſque Laodiceam.

A Brunduſio vſque Romam vidi, &c. in P.

Vſquequaque. Vulgo notum non eſt, ſignificari hoc vocabulo id cui contrarium eſt nuſquam: vel Vndique, Maxima ex parte.

Hoc non alienum eſt quod ad multa pertineat, ne aut nuſquam, aut vſquequaque dicatur, hic admouere. de In.

Aut vndique religionem tolle, aut vſquequaque conſerua. I. A.

Nolite vſquequaque quidem quærere. I. V.

Vſquequaque ſapere oportet.

Hic loquebatur, & opinor vſquequaque. At.

An hoc vſquequaque aliter in vita, & non ex maxima parte de tota iudicabis? de Fin.

Vſucapio. Iuriſperitorum verbum eſt, in vulgus planè ignotum, ſignificabant verò eo Latini acquiſitionem (vt iam loquuntur iuriſconſulti) ſiue adiectionem dominij per cõtinuationem poſſeſſionis, temporis lege definiti, vt puta trium annorum, ſi res mobilis ſit: decem verò inter præſentes, viginti inter abſentes, ſi immobilis. Recentiores hanc pręſcriptionem vocant, illam verò Vſucapionem.

Eſſe ea dico, quæ cerni tangíue poſſunt, vt fundum, ædes, parietem, ſtillicidium, mancipium, pedem, ſupellectilem, penus, & cætera, quo ex genere quædam interdum nobis definienda ſunt, non eſſe rurſus ea dico, quæ tangi demonſtraríue non poſſunt: cerni tamen animo atque intelligi poſſunt: vt ſi vſucapionem, ſi tutelam, ſi gentem, ſi agnationem,

Me incommoda valetudo, qua iam emerſeram, tenebat iam duodecimum diem Brunduſij. At.
Grauitate valetudinis rarius ſcribere, & paululum leuari. Ep. (vt facis. Ep.
Tu modo iſtam imbecillitatem valetudinis tuæ tuere,
Si te dolor aliquis corporis aut infirmitas valetudinis tuæ tenuit, quo minus ad ludos venires, &c. E.
Propter infirmitatem valetudinis non potuit ſimilis eſſe patri. de Off. (re. E. ad Tir.
Valetudinem iſtam infirmam (ſi me amas) noli vexa-
Valor. Barbarum, Latini Pretium.
Vbi terrarum, gentium, Latinę linguę proprij modi, quos nulla alia via niſi diligenti obſeruatione diſcimus.
Nunc veró quid agitur? vbi terrarum ſumus? pro Ra.
O dij immortales, vbinam gentium ſumus? in Cat.
Etſi mihi nihil propoſitum ad ſcribendum, quia quid ageres, vbi terrarũ eſſes, ne ſuſpicabar quidem. At.
Neque adeſt iſthic, neque vbi terrarum ſit ſcio. ibid.
Fortunę cedendum, ex Italia migrãdum Rhodum, aut aliquò terrarum arbitror. D. Brut. Caſſ. & Brut.
Qui vbi terrarum ſit, quid agat, viuat denique an mortuus ſit, quis aut ſcit, aut curat? At.
Vbicunque terrarum ſint, ibi eſt omne reip. præſidium. ibid.
Vbique, apud Ciceronem quidem eſt, ſed, omnibus locis etiam dixit pro vbique. Sic in Tuſ. inquit,
Vt omnibus locis à Platone diſſeritur.
Vectores. Eos qui vehuntur, ſignificari hoc verbo, vulgò notum non eſt.
Mallem vehi malè alio gubernante, quàm tam ingratis vectoribus bene gubernare. At.
Summi gubernatores in magnis tempeſtatibus à vectoribus admoneri ſolent. I. A.
Si id vectores negarent. pro Seſt.
Vectores timidi aduerſa tempeſtate. de N.
Nauicius & ipſo conuectore me vſurum puto. At.
Vehens, paſſiuè eum qui vehitur ſignificari, peruulgatum non eſt.

Cuius

Cuius in adoleſcentiam per medias laudes quaſi quadrigis vehentem tranſuerſa incurrit miſera fortuna reip. (N.& de Cla.

Sic *Inuehens*. Triton natantibus inuehens beluis. de *Vehementia* recentiorum vocabulum eſt. Cicero Acrimoniam appellat.

Vel. Eleganter vſi ſunt veteres hac voce, cum aliquid aut prçcipui, aut magni ſignificare vellent, in eodem penè ſenſu quo Etiam: neque ſolum, quod multi volunt cum ſuperlatiuo gradu iunxerunt.

Quàm moroſi ſint qui amant vel ex hoc potes cognoſcere. Ep. (L.

Nam iſto modo vel conſulatus vituperabilis eſt. de

Per me vel ſtertas licet, non modò quieſcas. Ac.

Hæc ſunt omnia ingenij vel mediocris exercitationis, vel maximæ. de Or.

Vt ipſis ſententijs, quibus proluſerunt, vel pugnare poſſint, id eſt, etiam. de Or.

Vel mori ſatius eſt, quàm peccare. ibid.

Hoc mihi videtur vel maximè Atticum. de N.

Hoc vno præſtamus vel maximè feris. de Or.

Cum id certè ſit vel maximè Atticum. Or.

Venia, Bona venia, aut cum bona venia alicuius aliquid dicere, aut facere, dicebant Latini, quod recentiores per Sit venia facto, dicto.

Vos oro, vt attentè bonaque cum venia verba mea audiatis. pro S. R.

Doleo te (bona venia audies) in tam leues, ne dicam ineptas ſententias incidiſſe. de N.

Bona aut tua venia dixerim. de D.

An verò (bona venia huius optimi viri dixerim Scæuolæ) tu, &c. de D.

Veniam neceſſitati dare. Off.

Quare frater, bona tua venia dixerim, iſta ſententia obeſt ſæpiſſimè. de Leg.

Veniam dare, petere, idem valet quod ignoſcere, non quod pueri in ludis didicerunt, poteſtatem ludendi aut abeundi facere, petere, habere.

Hoc ſi tibi tuus parens diceret, poſſes ab eo veniam

petere, poſſes, vt tibi ignoſceret, poſtulare. I. V.
Voluntario facinori veniam dari non oportere. de In.
Mihi errato nulla venia, rectè facto exigua laus proponitur. con. Rul.
Delicti veniam peto. pro Lig.
Fatetur aliquis ſe peccaſſe, & eius delicti veniam petit, &c. pro Mur.
Ab aliquo, cui te purges, veniam petere. Or.

Venire hæreditatem alicui, pro morte alicuius aut teſtamento, hæreditatem cernere, peruulgatum non eſt: quod Flandricò ſermone ſic reddimus:
Eenich goet iemant beſteruen Gallico *eſchoir.*
Hęreditatem venire alicui, & fundum ad aliquem teſtamento deuenire. pro Cæc.
Cuius filiæ cum à propinquo hæreditas permagna veniſſet. in Ver. (ibid.
Hic Verres hęreditatem ſibi veniſſe arbitratus eſt.
De hæreditate quę venit pupillo. ibidem.
Quam pridem ſibi hęreditas veniſſet, docet. ibid.

Venire in mentem illius temporis. De hoc modo cùm Cardinalis doctiſſimè ſcripſerit, eius ipſius verba aſcribemus, ne quem laborum fructibus fraudare velle videamur. Dicebant enim Latini: Cùm mihi in mentem venit illius temporis, quem multi imitari neſcientes, immutant, vt rudi ac vulgato modò dicant, Cùm mihi illud tempus venit in mentem.
Solet venire in mentem illius temporis, quo proximè fuiſſemus vnà. Cicero Mario.
Cùm illius temporis mihi venit in mentem.
Non dubito quin in tanto tuo periculo tuorum tibi ſcelerum veniat in mentem.
Facite vt nobis triennij totius veniat in mentem.
Venit enim mihi fani, loci, religionis illius in mentē.

Verbum Verbi gratia, aut cauſa, Latinis modus eſt vſitatus, non iis qui vulgarem potius conſuetudinem loquēdi ſequuntur, exēpla enim eo modo notabãt.
Si quis verbi gratia, oriente Canicula natus eſt, is in mari non moreretur. de Fat.
Eximi iubet non diem ex menſe, ſed ex anno vnum dimidia-

dimidiatúmquè mentem, hoc modo, Vt quo die, verbi cauſa eſſe oporteret Idus Ianuarias, eo die Calend. Martias perſcriberet. I. V.

Sin autem vſque ad nouem, verbi gratia, ſine dubitatione reſpondes pauca eſſe. Acad.

In nobis autem ipſis ne intelligi quidem, vt propter aliam quampiam rem, verbi gratia, propter voluptatem nos amemus. de Fin.

Vereor ne, diuulgatum eſt, ſed Vereor vt pro ne, tam tritum non eſt, quam Vereor ne.

Videris vereri, vt epiſtolas tuas acceperim. At. (Ep.

Vereor vt Dolabella ipſe ſatis nobis prodeſſe poſſit.

Et tamen vereor vt hoc natura non patiatur. Tuſ.

Quod vos fœdus non iuſſeritis, vereor vt ſatis firmum ſit. contra Rul. (de Or.

Sed illa duo Craſſe, vereor vt tibi poſſim concedere.

Quod vereor tibi ipſi vt probem. At. (de Am.

Vereor vt idem ſit interitus animorum & corporum.

Metuo vt eam non poſſim ſuſtinere. pro Plan.

Timeo vt poſſim. pro Dom.

Verſuram facere, Latini appellabant, quod barbari, pecuniam accipere ad intereſſe, Financias facere, Ad vſuram accipere, rectius verò Fœnori accipere.

Non modò magno, ſed iniquiſſimo fœnore verſuram facere Aurelius coactus eſt. At. (dicunt pro Fon.

A quibus verſuras tantarum pecuniarum factas eſſe

Is negauit omnino verſurã vllam feciſſe Romæ. Tuſ.

Tabulæ ſocietatis, quæ ſignificabant eos homines verſuram à Carpinatio feciſſe, qui pecuniam Verri dediſſent. I. V.

Quæ quidem ego vel verſura facta ſolui volo. At.

Non modò verſura, ſed etiam venditione, ſi modò res coget, vindicabis. At.

Vereor ne illud quod tecum permutaui, verſura mihi ſoluendum ſit. At. (At.

Verſuram ſcribis eſſe faciendam menſium quinque.

Verſus, Latini vocant, quos multi hodie lineas, non enim latinè dicitur, Prima linea orationis, libri, ſed Verſus.

diſciplinę placet, conſtituam quid, & quale ſit id de quo quærimus, non quo ignorare vos arbitrer, ſed vt ratione & via procedat oratio. de Fin.

Alij naturam eſſe cenſent vim quandam, ſiue rationem cientem motus in corporibus neceſſarios: alij autem vim participem rationis atque ordinis via progredientem, &c. de N.

Ait Ariſtoteles artem & præcepta Siculos, Coracem & Tiſiam conſcripſiſſe.

Aliud enim eſt poëtarum more verba fundere, aliud ea quæ dicas ratione & arte diſtinguere. de Fin.

Cum ad inueniendum in dicendo hæc tria ſunt, acumen, deinde ratio (quam licet, ſi volumus, appellemus artem) tertium diligentia. de Or.

Sed qui eius rei rationem quandam conati ſunt artémque tradere, ſic inſulſi extiterunt, vt nihil aliud eorum niſi inſulſitas ipſa videatur. Quare mihi quidem videtur nullo modo doctrina iſta res poſſe tradi. Or.

Volo igitur huic ſummo, omnem quæ ad dicendum trahi poſſet, loquendi rationẽ eſſe notam quæ quidem res duplicem habuit docendi viam. Or.

Video. Vis verbi nota ſatis eſt, ſed vſum in omnibus vulgus non nouit. quis enim, niſi doctus & verſatus multum in optimis auctoribus, ſic loquitur? Quam id rectè faciam videant ſapientes. Nónne vulgo omnibus in ore eſt, pro Video, Curo, Mitto curare? Quę cum barbara ſint, ſic integra incorruptáque conſuetudine emendemus.

Quam id rectè faciam, viderint ſapientes. de Am.

Sed de hoc tu videris. At.

Sed hoc fortuna viderit, quoniam conſilio vti non (licet. At.

Sed de illa ambulatione fors viderit, aut ſi quis eſt qui curet Deus.

Quid mihi cum iſta ſumma ſanctimonia? viderint, inquit, iſta officia boni viri. pro Qu.

Quę ars quàm ſit facilis, illi viderint, qui, &c. & deinde etiam tu videris. de Or.

Quàm ſit ſimile iſtud, tu videris. de N.

Quid concupiſcas tu videris,quid concupiueris certè habebis. in A.

Videor. Dici vix poteſt, quam hæreant multi in vſu huius verbi, primis & ſecundis perſonis nunquam ferè coniungunt: ſed contra Latinorum morem, tertia perſona cum Quod ſemper proferunt: ſic enim loquuntur.

Videtur mihi quod tu ſis doctus, cùm ſecunda perſona dicendum eſſet, Videris mihi doctus. Cum tertia perſona aut alijs etiam ſi quando Quod vernaculo ſermone adiungatur,latinè infinitiuus iungitur. (de In.

Atque etiam hoc mihi videor videre eſſe quoſquam.

Te verò Cæcili quemadmodum ſit eluſurus,quàm omni ratione iactaturus videre iam videor. in V.

Obiurgaui Senatum, vt mihi viſus ſum, ſumma cum auctoritate. in V.

Videor mihi hanc vrbem videre ſubitò vno incendio concidentem. in V.

In qua ego nactus (vt mihi videbar) locum reſecandæ libidinis,vehemens fui. At.

Vt ſpeciem aliquam videret videre,quaſi reuiuiſcentis reipub. Ep.

Si quid eſt in me, quod iam ſperare videare, quoniam. de Or.

Nunc Catulo audiente videor debere non tam pugnare tecum,quàm quid ipſe ſentiam dicere.

Quia conſilijs vt videntur, bonis vtimur. At.

Cuius ſocius videor eſſe debere.

Neque id facio (vt fortaſſe quibuſdam videor) ſimulatione. Ep.

Videor mihi perſpicere.

Videor audiſſe. de Leg. Craſſo. de N.

Videor iam te auſurus eſſe appellare. de Clar.

Si videris tibi me poſſe conſequi. E.

Puero de mancipijs,quę tibi videbitur,attribuas. At.

Tertiò ſi id quod ſpeciem haberet honeſti, pugnaret cum eo quod vtile videretur. Off.

Hæc conſilia Bruto reprehendenda viſa ſunt.cō. Rul.

Nunc

Nunc autem mihi viſum eſt de ſenectute aliquid ad te ſcribere. de Sen.

Vindico aliquem, aut aliquid ab aliquo, pro Tueor, Libero, diuulgatum ſatis non eſt.

Teque item ab eo vindico & libero. Qu. Fr.

Dubitabitis quin ab hoc ignotiſſimo Phryge nobiliſſimum ciuem vindicetis? pro Flac.

An ſeruos ſuppliciorum metu, dominorum benignitas vna vindicta liberat: nos à mortis terrore, neque res geſtæ, neque noſtri homines vindicabunt? pro Rab. (dicauit. de C.

Illum fecilitas ipſius ab omnibus miſerijs morte vin-

Magnitudo doloris, à qua me breuitas temporis vindicabit. Tuſ.

Sapientia, quæ nos à libidinum impetu & formidinum terrore vindicat. de Fin.

Laudem aliquorum iam propè ſeneſcentem ab obliuione hominum, atque à ſilentio vindicare. de Or.

Senectutem à ſolitudine vindicari iuris ciuilis ſcientia. de Or.

Vt ab iſta ſolitudine domum meam vindicarem.

Pecunia quæ nos poſſet à tributis vindicare. in A.

Cn. Carbo morte voluntaria ſe à ſeueritate iudicum vindicauit. de Cla.

Te innocentia tua, & miſericordia hominũ vindicat hoc tempore à moleſtia. Qu. Fr.

Vis. Verbis tribui hoc nomen, idémque valere quod Significationem & Poteſtatem vocabulorum, peruulgatum non eſt.

Poſtremò hæc vis eſt iſtius & iuris & verbi, vt fundi populi beneficio noſtro, non ſuo iure fiant. pro N.

Quæ eſt quaſi alia vis, quæ ſententia Cæciliæ legis, niſi hæc, ne populo, &c. pro Dom.

Quæ vis inſit in his verbis, ſi attendes, intelliges. Ep.

Æquitate intellecta nihil ad rem pertinet, quę verborum vis ſit, ac nominum. pro Cæcin.

Sine re nulla vis verbi. Or.

Sed mihi ad huiuſce verbi vim & interpretationem vehemẽter opus eſt veſtra prudentia. contra Rullũ.

Conſules vitio creatos eſſe. de N.
Qui valetudinis vitio fuerunt. de D.
Sic *Vitioſus, a, um.* (in A.
Collega, quem ipſe fecit ſua nunciatione vitioſum.
Vitioſus conſul)(Saluis auſpicijs creatus. Ac.
Is metuens ne vitioſum colligeret, etiam verum ſanguinem deprauabat. de Clar.
Vitioſum & corruptum)(purum & incorruptum. de Clar.
Itaque ſiniſtra dum non exquirimus, in dira & vitioſa inquirimus. de D.
Vituperatio. Vis nominis non adeo obſcura eſt, vt declaranda his verbis fuerit: ſed quia vulgus Vituperium triuit pro Vituperatione, aut Opprobrio, Reprehenſione, monendi lectores fuerunt, vt à Vituperio abſtineant, ſi Vituperationem doctorum effugere velint, nam veteres & veri Latini eo nomine non ſunt vſi.
Quod ad vitandam vituperationem valet. de Pro.
Cadere in aliquam vituperationem. At.
Eaque res P. Africano vituperationi fuit. de Cl.
Effugere vituperationem. At.
Culpæ reprehenſionem, & ſtultitiæ vituperationem reprehendere. in Ant.
Me nonnulla vituperatione tarditatis meæ facto ſuo liberauit. de Ar.
Viuo, Viuere in diem, in horam. Latinorum proprij modi quib. eos notabant, qui, vt Babari dicunt, ſoliciti non eſſent de craſtino, qui nihil curarent.
Cum latronibus non ſolum die, ſed etiam in diem viuere. in A.
At hi qui in horam viuunt, non modò de fortunis & de bonis ciuium, ſed ne quidem de vtilitate cogitauerunt. in A.
Nos in diem viuimus: quodcunque noſtros animos probabilitate percuſſit, id dicimus. Tuſ.
Vix dum, pro Vix adhuc, notum & peruulgatum non eſt.
Vix dum epiſtolam tuam legeram, cum &c. At.

Hæc ego omnia vix dum iam cœtu noſtro dimiſſo comperi. in C.
Cum tu vix dum triginta dies in Syria fuiſſes. E.
Vlciſcor. Vis verbi nota, ſed vſus non item. Cum accuſatiuo perſonæ pauci iungunt. Vlciſci aliquem, vulgo enim tritum eſt, pro, Vltionem ſumere de aliquo: quomodo neque Cicero, neque veteres ſunt locuti: recentiorum enim vocabulum eſt Vltio, veteres Latini Vindictam dixerunt; non vltionem.
Me vlciſci parentem negant oportuiſſe. ad Her.
Odio hominem, & odero, vtinam vlciſci poſſem, ſed illum vlciſcentur mores ſui. At.
Vt per alium te ipſum vlciſcantur, laborant. I. V.
Quos equidem omnibus ſententijs vlciſcor & proſequor. At.
Craſſus tum ita Brutum vltus eſt. pro Clu.
Quos ego non tam vlciſci ſtudeo, quam ſanare. I. C.
Vlciſci malè meritos oportet. ad Her.
Vltimus. Quænam propria vis ſit huius nominis, vulgus ignorat: idcirco vtitur pro extremo, & idem ſignificat, quod Flandricè exprimimus per Het leſte, dalder wterſte.
Sed interuallum & loci ſpatium, & vltra quem ordinem ſignificat: vt,
Luna quæ omnium vltima eſt. de N.
Cælum ipſum, quod extremum & vltimum mundi eſt. de D.
Ab vltimis temporibus ſcribendi exordium capio. de Leg.
Si non ab vltimo initio repetere volemus. ad Her.
Tempus proximum, medium, vltimum. de Pro. A.
Pueritię memoriam recordari vltimam. pro At.
Aliquid ex vltimis terris accerſitum. de Ar.
Hæc mihi videntur Cic. vltima eſſe in malis. At.
Luna vltima cœlo, citima terris. de Sen.
Ab vltimo principio huius pręceptionis vſque ad hoc tempus. de In.
Vltro citróque. Quid Latini his vocibus ſignificabant, paucis

paucis notum eſt. Idem enim ijs exprimebant: quod Flandrica lingua redderetur per, Ouer en weder. Gallica, *deça dela*.

Nam viciſſitudinem, qua eadem via eatur, & redeatur, aut beneficiorum, aut verborum notat.

Qui vltrò citróque nauigant. I. V.

Poſtea homines curſare vltrò citróque non deſtiterunt. pro S. R.

Vltrò citróque verſari. Ac.

Elemētis ſurſum deorſum vltrò citróque commeantibus. de N.

Cùm ita moueatur illa vis, quam qualitatem eſſe diximus, & cùm ſic vltrò citróque verſetur. Ac.

Verba habere vltrò citróque, Latinè ſignificat, quod vulgari more dicitur, Ex vtraque parte verba habere aut loqui.

Multis verbis vltrò citróque habitis, ille nobis conſumptus eſt dies. de Som.

Implicari vltrò citroque. Beneficia dare & accipere, vltro citroque. Barbari, Inter ſe inuicem, aut etiam, Inter ſe mutuò.

Nam implicati vltro & citro, vel vſu diuturno, vel etiam officijs repente. de Amb.

Beneficia vltrò citróque data & accepta. Off.

Vnde, aut, duo de viginti, quadraginta, dixerunt veteres, pro quibus nos potius Octodecim, Nouendecim, Triginta octo, nouem, &c.

Is vndeuingenti annos natus eo erat tempore. de Cl.

Solem amplius duodeuiginti partibus maiorem eſſe quàm terram. Ac.

Duodequadraginta annos tyrannus Syracuſanorum fuit Dionyſius. Tuſ.

Vniuerſus, a, um Significari hoc nomine id, cui Singuli, æ, a, opponitur, ignotum eſt in vulgus.

Quæ ſi ſingula nos fortè non mouent, vniuerſa certè mouere debent. de N.

Nec verò vniuerſo generi hominum ſolum, ſed etiam ſingulis à dijs immortalibus conſuli debet. ib.

Dij ſeparatim ab vniuerſis ſingulos diligunt. ibid.

Siue in ſingulis, ſiue in vniuerſo genere cernatur. de Vn.

Singu-

Singula) (Vniuerſa. Ep. de Fin.

Sic *Vniuersè*. Nam quid ego de cæteris ciuium Romanorum ſupplicijs ſigillatim potius quàm generatim atque vniuersè loquar? in V.

In Cumano cùm eſſem, venit ad me noſter Hortenſius, cui depoſcenti mea mandata, cætera vniuersè mandaui; illud probè, ne pateretur. At.

Nec tam irruptio pertimeſcenda, quæ, &c. quàm vniuersè interitus. At.

Vnus aliquis, modus loquendi illis veteribus magis quàm nobis notus.

Cur nunquam tam frequens ſenatus fuit, quod vnus aliquis tuam ſententiam ſecutus ſit. I. A.

Vtilitati hominum pluſquam vnius alicuius, aut ſuæ conſulit. de Fin.

Vnum aliquem nominare. pro Clu.

Vnum aliquem credo eligent. Acad.

Nobis non vnum propoſuimus exemplum. de In.

Vni alicui certè ſeſe addicere. ibid. (Orat.

Vitia, quæ ſint in aliquo iudice vno vel pluribus.

Siue plura ſint, ſiue aliquod vnum. de Or.

Voco, Vocare aliquem in diſcrimen, inuidiam, & ſimilia, conſuetudine vulgari trita non ſunt, vulgus potius dicit, Facere alicui inuidiam, periculum, aut, vt inuideatur, &c.

Vocari in crimen & inuidiam. in V.

Qui claros viros in inuidiam aliquam vocauerunt. pro S.

Detrahere de aliquo & in inuidiam vocare. pro R.

Aucupia verborum in inuidiam vocant. pro Cæc.

Vocari in ſuſpicionem coniurationis. in V.

Vocari in periculum & diſcrimen. pro Clu.

Vocare aliquem in odium aut inuidiam falſis criminibus. Off.

Vocari in eandem conditionem. Ep.

Volo, Velle alicuius cauſa, aut alicui dicebant Latini, cum fauorem & beneuolentiam alicuius erga aliquem ſignificarent. Sed genus hoc loquendi adeo neglectum eſt nunc vulgò: vt ſublatum de lingua

Latina

Latina videatur.
Velle alicuius cauſa. Ep.
Volo ipſorum cauſa. in V.
Velle omnia cauſa alicuius. At.
Si vellent noſtra cauſa. At.
Omnium cauſa velle debeo. Ep.
Illud perficies, quo minus tua cauſa velim.
Si quid noſtra cauſa vis. Ep.
Sed plane volo his magiſtratibus, quorum voluntatem in ſupplicatione ſum expertus. At.
Varro eius cauſa vult omnia.
Ioſius cauſa vehementer omnia velle. Ep.
Valde eius cauſa volo. Ep.
Regis cauſa ſi qui ſunt qui velint. Ep.
Voluntarius. Latini hoc nomine ſignificant, quod alij barbaro & nouo vocabulo Spontaneus.
Nemo erit voluntarius laudator præturę tuæ. in V.
Multi ad te eunt voluntarij. ad Brut.
Carbo morte voluntaria ſe à iudicum ſeueritate vindicauit. de Clar.
Illa oratio fuit neceſſaria, hæc erit voluntaria. pro Qu. R. (pro M.
Vt tunc vlla ſpe ad interitum ruerem voluntarium.
Eſt etiam Aſinius quidam Senator voluntarius, lectus ipſe à ſe. in A.
Si ſunt voluntarij inimici. Antequam.
Virtutes animi non voluntariæ) (voluntariæ. de F.
Voluntarium facinus. de In.
Volutatus. Volutatum eſſe in ſcriptis, aut auctoribus, pro diligenter verſatum, peruulgatum non eſt.
Ad Platonem & Ariſtotelem redeo, in quibus te video volutatum. Qu. Fr.
In veteribus ſcriptis multum volutatus. At.
Vſque. Varijs modis vſi ſunt veteres hac voce in oratione, quorum vel maxima pars vulgò ignoratur. Et in primis, Vſque dum ſeiũctum, quod nos ſemper coniungimus, peruulgatum ſatis non eſt.
Mihi quidem vſque curæ erit quid agas, dum quicquid egeris ſciero. Ep.

Duca

Duces prædonum domi tuæ, vſque dum per me tibi licuit, tenuiſti. in Ver.
Quouſque, inquies, quoad erit integrum: erit autem vſque dum ad te nauigem. At.
Res tacuit vſque dum inueniretur. pro Qu.
Vſque mihi temperatiui, dum, &c. Ep.
Vſque eò dum, in eadem ſignificatione. Vſque eò premere earum capita mordicus, dum illa captum amitterent. de N.
Vſque eò perſequi dum, &c. Top.
Vſque eò, *quo ad*, *idem*; Vſque eò ſe tenuit, quo ad, &c. pro Deiot.
Multa facimus vſque eò dum, &c. A.
Vſque eò, *vt*, quod vulgo dicitur in tantum, vt, Quod Amerinis vſque eò viſum eſt indignũ, vt fletus gemitusque tota vrbe fieret. pro S. R.
Næuius vſque eò feruet auaritia, vt. pro Qu.
Non vſque eò cuperet, vt, &c. pro Qu.
Qui vſque eò cuperet, vt, &c. pro Arch.
Vſque eò non fuit popularis, vt patrimonium ſolus comeſſet. pro Seſt.
Totum Sempronium vſque eò perago, vt, &c. E.
Vſque *a* vel *ab* tempori præterito ſæpe attribuitur, & initium loci notat, vnde aliquid ducitur.
Tantus ex omnibus ſpectaculis vſque à Capitolio plauſus excitatus. pro Seſt.
Aliquem vſque à mari ſupero Romam proficiſci. pro Cl.
Vſque à Diano, quod in Hiſpania eſt. I. V.
Quod augures omnes vſque à Romulo decreuerunt. in V.
Bona paterna & auita, & vſque à nobis repetita. Cæl.
Vſque ab principe atque inuentore Tiſia. de Or.
Iam vſque ab heroicis temporibus. de D.
Vſque à Thalete enumeraſti ſententias philoſophorum. de N.
Accuſatio Pompeij vſque à toga pura. At.
Vſque iſthinc, aut inde tritum quoque non eſt.
Vt eos vſque iſthinc exauditos putem. At.

Inde

Inde vſque repetens, &c. id eſt, à pueritia. pro Ar.

Vſque à noſtris hominibus rarius accuſatiuo locum ſignificante prępoſitur, quàm à veteribus Latinis, putant enim ſolum conſequi debere, nunquam verò antecedere.

Sacerdotes vſque Ennam profecti ſunt. in V.

Quintus vſque Puteolos venit. At.

Theatrum ita reſonans, vt vſque Romam voces referantur. Qu. Fr.

Appius profectus eſt Tarſum vſque Laodiceam.

A Brunduſio vſque Romam vidi, &c. in P.

Vſquequaque. Vulgo notum non eſt, ſignificari hoc vocabulo id cui contrarium eſt nuſquam: vel Vndique, Maxima ex parte.

Hoc non alienum eſt quod ad multa pertineat, ne aut nuſquam, aut vſquequaque dicatur, hic admonere. de In.

Aut vndique religionem tolle, aut vſquequaque conſerua. I. A.

Nolite vſquequaque quidem quærere. I. V.

Vſquequaque ſapere oportet.

Hic loquebatur, & opinor vſquequaque. At.

An hoc vſquequaque aliter in vita, & non ex maxima parte de tota iudicabis? de Fin.

Vſucapio. Iuriſperitorum verbum eſt, in vulgus planè ignotum, ſignificabant verò eo Latini acquiſitionem (vt iam loquuntur iuriſconſulti) ſiue adiectionem dominij per cōtinuationem poſſeſſionis, temporis lege definiti, vt puta trium annorum, ſi res mobilis ſit: decem verò inter præſentes, viginti inter abſentes, ſi immobilis. Recentiores hanc pręſcriptionem vocant, illam verò Vſucapionem.

Eſſe ea dico, quæ cerni tangiue poſſunt, vt fundum, ædes, parietem, ſtillicidium, mancipium, pecdem, ſupellectilem, penus, & cætera, quo ex genere quædam interdum nobis definienda ſunt, non eſſe rurſus ea dico, quæ tangi demonſtrariue non poſſunt: cerni tamen animo atque intelligi poſſunt: vt ſi vſucapionem, ſi tutelam, ſi gentem, ſi agnationem,

nem, definias, quarum rerum nullum ſubeſt quaſi corpus, eſt tamen quædam confirmatio inſignita & impreſſa in intelligentia. Top.
Vſucapionum & tutelarum iura, de Or.
Vſucapionem XII. tabulæ inter quinque pedes eſſe voluerunt. de Leg.
Vſucapio fundi, hoc eſt finis ſolicitudinis. pro C.
Vſura, non ſatis diuulgatum eſt, idem valere Vſuram, quod Vſum.
Paruam exigui temporis vſuram bonę de me opinionis poſtulo. contra Rul.
Vſuram longi temporis, qua caruimus intermiſſa noſtra conſuetudine, &c. ſarciam. Ep.
Natura dedit vſuram vitæ tanquam pecuniæ, nulla præſtituta die. Tuſc.
Stoici vſuram nobis largiuntur, &c. Tuſ.
Vos obſecro huic optimo viro vſuram huius lucis ne eripiatis. pro R. P.
Luciſne hanc vſuram eripere vis? pro Syl.
Cur piratis lucis vſuram tam diuturnam dediſtis? I. V.
Vſus meus, ſuus, aut *alicuius*, pro Vtilitate, aut Vt mihi vſui ſit, tritum conſuetudine vulgari non eſt.
Tyronem propter modeſtiam malo ſaluum, quàm propter vſum meum. At.
Conciliare ſibi animos hominum, & ad vſus ſuos coniungere. Off.
Vſum eſſe, pro Opus eſſe, Neceſſe eſſe, pauci nunc vſurpant.
De cæteris ſtudijs alio loco dicemus, ſi quando vſus fuerit. T.
Vſum eſſe, aut *intercedere cum aliquo*, pro Familiarem eſſe, vulgare non eſt. (S. R.
Eſt mihi cum eo domeſticus vſus & conſuetudo. pro
Nam & inter noſmetipſos vetus vſus intercedit, & Atticus noſter maiorem etiam mihi cum Coſſinio conſuetudinem facit. Ep.
Mihi cum eo vicinitas & magnus vſus eſt. pro Cl.
Cum illo ſummus mihi eſt vſus. Ep.
Coniunctus magno vſu familiaritatis. E.

Vſu venire, pro Accidere aliquid alicui, à vulgari conſuetudine alienum.
Nunc venit idem vſu mihi, quod tibi tu ſcribis. At.
Quid quod vſu memoria patrum venit? Or.
Quid poteſt miſerius aut acerbius vſu venire? pro Q.
Dicet enim præmeditatum fuiſſe, quid ſibi eſſet vſu venturum. ad Her.
Cum pręſertim mihi vſu venturum non arbitrarer. E.
Vt. Variam vim habet in oratione hoc vocabulum.
Sed capitibus ea tantum notabimus & diſtinguemus, quæ vulgari ſermone noſtrorum latinorum non vſurpantur. Accuratius enim ſingula in libro de Particulis perſequemur. Significarunt Latini idem per Vt, quod per Poſtquam, aut Cum, quod minimè nunc peruulgatum eſſe videtur: vt,
Vt illos libros de Rep. edidiſti, nihil à te ſanè poſtea accepimus. de Clar.
Vt ab vrbe diſceſſi, nullum intermiſi diem, quin, &c.
Vt primùm in illud opidum venit. in V. (At.
Vt primùm è prouincia redijt. in V.
Vt primùm à tuo digreſſu Romam veni. Att.
Qui ſimul vt increpuit, philoſophiam relinquunt. de Orat.
Simul vt ortum eſt. de Fin.
Qui ſimul vt me viderunt, inquiunt. in Ver.
Ille continuò vt vidit, non dubitauit tollere. in Ver.
Is me vt ſalutauit, ſtatim Romam profectus eſt. At.
At ille vt ingreſſus eſt, confeſtim gladium diſtrinxit. Off.
Statim vt Romam redijt. pro Qu.
Vt ſemel conſecutus ſum, &c. non deſtiti. At.
Vt ſemel exeunt, omnes peragrant inſulas. de Clar.
Vt primum, &c. ſtatim. E.
Deinde pro Etſi, Quamuis, Tametſi tritum fuit olim, nunc vix notum, nos potius vulgari more, Poſito, aut conceſſo, aut dato eo. Latini verò ſic:
In quo vt iam ſit in ijs culpa, qui me non defenderũt, non minor in ijs, qui reliquerunt. E.
Nam quid de me dicam? cui vt omnia contingant, quæ

quæ volo, leuari non poſſum. At.

Qui ſumma haberem cætera, temporis quidem certè vix ſatis habui. pro Qu.

Qui vt rationem non redderet, tamen, &c. de D.

Qui vt nihil aliud, hoc tamen profecit, dedit illi dolorem. At. (pro Cor.

Quod ſi iam ita eſſet, vt eſſe non poteſt, tamen, &c.

Etenim vt ſint auſpicia quæ nulla ſunt, hæc certè. de

Vt nihil adiungatur emolumenti. de In. (D.

Vt ſtatim de iure aliquis concurrit. pro Qu.

Vt reſpiciamus omnia quæ populo grata ſunt, nihil tam populare quam pacem reperiemus. contra Rul.

Vt excellas etiam pulchritudine & viribus. Off.

In admirandi ſententijs fere Vt, Quàm, aut quomodo ſunt quoque vſi. Vt ille tum humilis & dimiſſus erat. At.

Noſter autem teſtis vt ſe ſuſtentat, vt omnia verba moderatur. pro Flac.

Qua ſuperbia cœnum illud ac labes ampliſſimi ordinis lacrymas repudiauit meipſum vt contẽpſit. pro

Cæſar quomodo exultat victoria. At. (S.

Vt illi efferũtur lętitia cum vicerint, vt pudet victos, vt ſe accuſari nolunt, vt cupiunt laudari. de Fin.

Vt, pro Ne aut, quemadmodum vulgus loquitur.

Vt non, cum inſequitur verba Metuendi.

Vereor vt idem interitus ſit animorum, & corporũ.

Timebant vt poſſem. pro Dom. (de Am.

Tamen ne vereris, vt poſſis, &c. pro Q.

Quoniam tu abſuiſti, vereor vt ſatis diligenter actum

Quod vereor tibi ipſi vt probem. At. (ſit. At.

Vereor vt his ipſis ſis contentus. At.

Quid mutuebat? vt oppugnaretur à perdito? an ne accuſaretur à condemnato? pro Clu.

Sed cum ita latè pateat eius poteſtas, quem veremur vt terrarum orbem complexa ſit, &c. pro M. Mar.

Accepi à te litteras, quibus vereri videris, vt epiſtolas illas acceperim. (E.

Omnes labores te excipere video, timeo vt ſuſtineas.

Vereor vt Dolabella ipſe vobis ſatis prodeſſe poſſit.

Tamen

Tamen ne vereris vt poſſint hæc contra Hortenſium contendere? pro Q. (R.

Veretur Hiempſal, vt ſatis firmum ſit & ratum. con.

Nec verendum quidem eſt, vt tenere ſe poſſit, vt moderari. in Anto.

Vt in exemplis ſubijciendis adhibetur, & id ſignificat, quod noſtro more potius per exempli gratia exprimimus: vt, Nonnullæ valetudinis ſignificationes, vt hoc ipſum pleni eneſtiue vt ſimus, & quodam genere ſomniorum intelligi poſſe dicuntur. de D.

Vt amicitia, bona exiſtimatio. de In.

Quod genus, vt in ius eas, cum voceris. ad H.

Vt ne. Duobus his verbis Latini idem ſignificarunt, quod ſolo Ne exprimi poteſt. Sed, conſuetudo, non ratio magiſtra in his eſt putanda, quam vt imitemur, ſic loqui à Cicerone dicendi optimo magiſtro diſcamus.

Petiui vt non decernatur aliquid noui, quod ſolet eſſe difficilius, ſed vt ne quid noui diſcernatur Curioni.

Sed tamen ita velim, vt ne quid properes. eidem.

Opera datur, vt iudicia ne fiant. pro Mil.

Impetrant vt ne iurent.

Non tam vt te impediret, quàm vt ne quis propter exercitus cupiditatem in Alexandriam vellet ire. Lent.

Vt eum à magiſtris ne abducam. ad Brut.

Modo hoc ita faciat, vt ne ipſe de ſe bone exiſtimans, &c. Offic. (Cl.

Me obſecrare cœpit, vt ne ſeſe lege defenderem. pro

Vtique. Latini hoc nomine quemadmodum vſi ſint, quidque eo ſignificarint, vulgus ignorat. Quotuſquiſque eſt qui pro igitur, aut omnino nũc vtitur? Ciceronem tamen vſurpaſſe, exempla declarabunt.

Quo die venies, vtique cum tuis apud me ſis. At.

Quę quidem ego vtique vel verſura facta ſolui volo. At.

Minuſculam villam vtique Q traditurus ſum. At.

Vtique ſiue hinc abiero, ſiue hic ero oppreſſus, ea

manet

manet opinio. Antequam.
Id vnis litteris datis, quæ ad me vtique perferantur, conſequere. At.
Hoc quidem vtique perficies. At.
Illud vtique ſcire cupio. At.
Vtique ad me tabellarios mittas. At.
Quid cenſeas mihi faciendum, vtique ſcribito At.
Ego vt conſtitui adero, atque vtinam tu eadem die, ſiue (quid enim multa?) vtique poſtridie. At.
Romam vtique ſtatim veni. At.

Vtor. Vnum hoc verbum ſupereſt, quod reconditi & alieni aliquid habet à communi conſuetudine. Tribuerunt enim id Latini non ſolum ijs, quæ in noſtra poteſtate ſunt, ſed fortunæ etiam bonis aut malis extra nos poſitis: vt, Vti aduerſis ventis, placatis fluctibus. Vulgo bonam tempeſtatem, aut bonum ventum habere.

Brunduſium venimus vſi tua facilitate nauigandi. At.
Cum aduerſis ventis vſi eſſemus. Ep.
Cum in ea vrbe ſummis honoribus imperijsque vſus (ſit. At.
Homines honore vſi. de In.
Vtrùm turpe pace nobis, an miſero bello eſſet vtendum. At. (in A.
Antonius Cæſari regnum detulit, Cæſar vti noluit.

Vti aliquo, pro familiarem eſſe alicui, Verſari cum aliquo, aut quod Barbari dicunt, Multum habere agere cum aliquo, peruulgatum non eſt.

Lucius multum vtitur Bruto. Att.
Luceio Titione familiariſſimè vtor. Ep.
Trebatio multos annos vtor valde familiariter. Ep.
Vtor ad omnia Qu. Selicio. Ep.

FINIS.

Digitized by Google

TYPOGRAPHVS AMICO LECTORI.

COgitanti mihi, Studioſe Lector, *quoſdam incredibili latinarum vocum cupiditate ardere, commodum viſum eſt, ſi hunc indicem vtiliſſimum, qui nuper in manus meas peruenit, tua cõmendatione diuulgarem; quod eo conſilio feci, vt cùm multa legentibus auctores excidere ſoleant, is labenti memoriæ præſidio foret, tum etiam vt pleniorem verborum & rerum cognitionem haurires. Mirum eſt, quantus ex eo fructus ſemper effloruit, dum vno aſpectu multæ voces occurrunt, quibus res eadem vel diuerſa ſæpius efferri poteſt. Te rogo, vt hanc ſuſceptam operam tuo fauore proſequaris. Vale.*

INDEX VTILISSIMVS, IN QVO VERBA QVÆDAM FERE BARBARA, VEL LATINA QVIDEM; *ſed à Cicerone nuſquam tradita, indicantur, his elegantiſſima de eodem ſubijciuntur.*

Abligurio. ligurio, cõſumo, deuoro.
Abominabilis. deteſtabilis, deteſtandus.
Abominor. sũ auerſus ab, aſpernor, reſpuo, deteſtor
Abuſiuè. minus propriè.
Accentus. vox, ſonus.
Accepto. Accipio, ſuſcipio, recipio. (mulo, cõſtruo.
Aceruo. Coaceruo, accu
Acquiſitio. Comparatio, Conſecutio.
Actu eſſe. re, vel reipſa eſſe, vel nõ eſſe in rerũ natura.
Acuitas. acumen, vis ingenij, perſpicacia.
Adagium. prouerbium.
Addictitius. addictus, aſtrictus, deditus.
Adimpleo. expleo, impleo, conficio, perficio.
Adoptiuus filius. iudicio & voluntate filius.
Aduerſitas. res alicuius aduerſæ. fortuna grauis, calamitas, ęrumna, miſeria,
Adoro. Colo, veneror.
Adulteratus. fucatus, fallax, fucoſus, adulterinus.
Aduno. In vnum locum cõgrego, in vnum redigo, congrego, confero.
Æquanimus. qui æquo animo eſt, conſtans.
Affabiliter. comiter.
Affectatio. Appetitio, conſectatio.
Affectatus. nimis exquiſitus, appetitus, qui omnes vndiq; floſculos carpit.
Affirmatiuus. aiens) (negans. (tio.
Afflatio. motus, vaticina-
Afflatus. furore diuino incitatus, permotus, animi ardore inflãmatus, ſuccenſus. (ger.
Alatus. Volucer, ales, ali-
Albedo. color albus, cãdor.
Aliqualiter. aliquo modo vel ratione. (parumper.
Aliquantiſper. paulıſper,
Allegare. Afferre, citare.
Allocutio. Compellatio.
Alternatio. viciſſitudo, varietas, inconſtantia.
Ambages. circuitio, anfractus, flexus, ambitus.
Ambaſſator. legatus.
Anguſto. cõtraho, anguſtũ facio, in anguſtum deduco) (dilato, amplifico.
Annihilo. deleo, induco, labefa-

labefacto, conuello.
Annihilor. in nihilum recido, intereo, occido, pereo. (notatio.
Annotatio. obſeruatio,
Ante omnia. in primis, præ cæteris.
Anterior. ſuperior.
Anticatones. Cæſar cōtra Catonem. (nens.
Apparens. expreſſus, emi-
Apparentia. ſpecies, viſio, viſus.
Applaudo. Plauſum do, aſſentior, approbo.) (reclamo.
Approprio. vendico, aſciſco, aſſumo, arrogo.
Aptitudo. habilitas.
Aquaticus. aquatilis, nans, natans, aquarum incola.
Aquoſus. humidus.
Areſtor. Vador, in ius vel iudicium vocor.
Arſus. deflagratus.
Artificialis. artificioſus, quod habet artem.
Arficialiter. artificioſè.
Aſpernatus. contemptus, reiectus.
Aſſer vel eſſis. tabula.
Aſſertor. vindex.
Aſſuefactio. exercitatio, conſuetudo, vſus.
Aſylus. aſylū, ara, perfugiū.
Attondeo. depaſcor. (dēs.
Audibilis. ſub auditū ca-
Augmentabilis. creſcendi acceſſionem habens.
Augmento. augeo, amplifico, propago, maius facio.
Augmētum. accretio, amplificatio, incremētum.
Auxiliator. Adiutor.
B*Albuties.* hæſitātia linguæ. (fectura.
Ballisma. Diœceſis, præ-
Baſſé. preſsè, ſubmiſſè.
Benefactor. bene meritus, bene merens.
Beneuolens. beneuolus.
Bibitio. potatio.
Blaſphemo. execror.
Blaueus color. cæruleus.
Brauium. ſtadiū, præmiū.
Breuiarium. epitome.
Breuio. breue facio) (longum facio. (mal.
Brutū. beſtia, pecus, ani-
C*Alceo.* Induo.
Calculo. calculos ſubduco, ratiocinor.
Calefactiuum. quod vim caloris habet, quod calefacit, calefaciens.
Calendarium. faſti.
Caliditas. Calor.
Calumnioſè. cōtumelioſè.
Candela. lumē. (iniurioſè.
Captiuo. Iugū ſeruile impono. (penuria.
Carentia. inopia, egeſtas,
Caſualis. fortuitus, incertus, in caſu poſitus.
Cauſo. efficio, gigno, efficiens ſum, conflo, cauſam do, imporio, facio.
Ceruicoſus. qui eſt nimium ſus

ſui iuris ſententiæque, obſtinatus, pertinax.
Cholera. bilis.
Chorea. ſaltatio.
Choriſator. ſaltator.
Choriſo. ſalto.
Circulariter. in orbem.
Circumferentia. extremitas, libramentum.
Circumlocutio. circuitio, anfractus. (queo.
Circumuoluo. in orbẽ tor-
Clancularius. furtiuus, clandeſtinus.
Clanculum. clam.
Clarifico. clarũ facio, illuſtro, colluſtro, illumino.
Claſſicum. bellum.
Clauis imperij. clauſtra im-
Coactè. per vim. (perij.
Coaqualis. æqualis, par, ſimilis. (ptus.
Captum. inceptum, cœ-
Cognoſcibilis. habens cognitionem.
Coincido. concurro, in vnam formam cado.
Comburor. deflagro, conflagro, ardeo.
Commenſalis. conuictor.
Compaſſio. συμπάθεια, miſericordia, miſeratio, clementia.
Cõpatior. miſericordiã capio, miſericordia moueor
Compatriota. ciuis, popularis, eiuſdem gentis vel nationis.
Complexio. conſtitutio.
Compoſita. ex elementis concreta, conflata.
Computatio. calculus, rationes.
Computus. ratio ſũptuaria.
Conceptus mentis. ſenſa mentis, cogitata, cogitationes.
Conuicior. conuicijs inſector, conuicium facio, cõtumelijs, ignominijs, probris aliquẽ inuado, vexo, inſequor, maledicta in aliquẽ cõijcio, iniurijs famam lacero.
Concernere. pertinere.
Concordantia. concentus.
Concorditer. cõiũctis ſententijs. (piditas.
Cõcupiſcentia. Libido, cu-
Condenſo. conſtipo.
Conditionaliter. cum conditione. (bo.
Confiſco. publicè proſcri-
Connumero. numero, ad numerum adſcribo, in numero repono.
Conſanguinitas. ſanguinis coniunctio.
Conſequenter. deinceps.
Conſonare. cõſentire, concentum efficere.
Conſortium. conſociatio, ſocietas. (ſtellarum.
Conſtellatio. ſitus cœli &
Conſtringere. cingere, vim adhibere.
Conſummatus. abſolutus, perfectus, numeris expletus.

pletus. (non pœnitet.
Contentor. contĕtus ſum,
Contagiũ.contagio,fœditas,peſtis,venenũ,labes.
Confabulatio. collocutio, colloquium.
Cordialiter. ex animo.
Corono. Regnum defero, diadema impono capiti.
Corporatura.ſtatura,habitus. (conſono.
Correſpondeo. reſpondeo,
Corrugo. contraho.
Creatura. res creata.
Creditũ. pecunia credita.
Criminalis.capitalis, perniciofus.
Correctè. emendatè.
Crucifigo. cruce afficio, cruci ſuffigo, in crucem ago vel tollo.
Contractus. res contracta, commercium. (primo.
Contrafacio. Aſſimilo, ex-
Contributio.tributum,tributi confectio.
Contrarior.pugno,confligo, aduerſor, repugno.
Conuentio. conuentus, conuentum.
Conuerſor. Verſor, conſueſco, vtor aliquo.
Cõtrouertitur. ambigitur.
Curabilis. quod curationem recipere poteſt.
D*Amnifico*. damno, detrimẽto afficio, dãnũ
Dapes. epulæ. (affero.
Deauratus. Inauratus.
Deceptio.circũſcriptio,aucupium. (nem facio.
Deloco. deduco, deceſſio-
Deifico. in diuos refero, conſecro, dedico.
Delaſſo. defatigo, frango laboribus.
Delector. acquieſco,
Demandatus. mandatus, iniunctus, impoſitus.
Demano. emano, proficiſcor,orior. (admirabilis.
Demirandus.admirandus,
Demordeo. mordicus au-
Dependeo.pendeo. (fero.
Deputatus.certus, definitus, deſtinatus, conſtitutus, dictus.
Derisio. ludibrium.
Deſcendentes. poſteri, nepotes. (languidus.
Deſes. Deſidioſus, iners,
Deſignum. ratio, conſiliũ.
Deſolatio. Vaſtitas, exciſio, excidium.
Deſolo. Euerto, vaſto.
Deſtructor. interemptor, perditor.
Deſueſco. deſueſio, conſuetudinem aliquid faciendi depono.
Detego.indico,aperio,diſcutio, innuo, enuncio.
Detracto. Detraho.
Deturpo.inquino, maculis aſpergo,deformo,fœdo.
Deuaſtatio. vaſtatio, depopulatio. (de via.
Deuio. declino, deflecto

Deuotus. pius, ſanctus, virtuti deditus, pietatem colens.
Dicatio. libri nuncupatio.
Dictamen rationis. communis intelligẽtia, præſcriptum rationis, recta ratio. (ſcit, lucet.
Dieſcit. dilucelcit, luce-
Diffamo. infamiã infero.
Differentia. controuerſia.
Dignoſcò. internoſco, ſecerno, diſtinguo.
Diluuium. eluuio, terrarum proluuies, magna vis aquæ. (tia.
Diſcordantia. diſcrepan-
Diſcurro. volito, vagor.
Diſparitas. varietas, diſſimilitudo. (bus.
Diſpenſare. ſoluere legi-
Diſplicentia. dolor, offenſio, moleſtia.
Diſpoſitio. affectio.
Diſſono. diſcrepo, diſſideo, diſſentio.
Diteſco. Diues fio, rem augeo. (do.
Diuerſimode. non vno mo-
Diuerſifico. vario.
Diuinator. coniector, augur, vates. (ſum.
Diuiſim. ſeparatim, ſeor-
Dociliter. intelligenter.
Dominium. mancipium, nexum vel nexus.
Dominatio. Dominatus.
E *Brio*. ebrium facio, vino aliquem obruere, vino conficere.
Eccleſia. ædes, templum.
E contrà. contrà, è contrario.
Effectu. re ipſa & exitu.
Efformo. exprimo, fingo.
Eluctor. extrico, vinco, explico. (dicatio.
Encomium. laudatio, præ-
Equiſo. agitator, equorum moderator.
Eremita. ſolitarius homo, in agro vitam degens.
Eremus. ſolitudo, locus deſertus, incultus. (tas.
Eſſentia. natura, vis, pote-
Euacuo. exhaurio, nudum inanemque relinquo.
Euagino. educo, diſtringo.
Exactè. accuratè, exquiſitè.
Exalto. effero, proueho, ad honores perduco, ſermonib. celebro, illuſtro.
Exceſſiuè. præter modum.
Exceſſus. ſuperatus.
Excopio. deſcribo.
Excuſabilis. habens excuſationem.
Exercitium. munus, exercitatio, ludus, ars, ſtudium, agitatio.
Exinanitus. effœtus, enectus, exhauſtus.
Exoptabilis. optabilis, optatus, expetendus.
Expergeſio. è ſomno ſuſcitor, expergiſcor.
Expoſitor. qui pecuniam ſuppe-

ſuppeditat. (dinem.
Extraordinariè. extra or-
FAbrefacio. bene facio. pulcherrimè, optimè, ſcitè, venuſtè facio.
Fabuloſus. fictus, falſus.
Faciliter. facilè, perfacilè, nullo negotio.
Factor. effector, architectus, perfector, parens, genitor. (cendo.
Facundus copioſus in di-
Falſifico. adultero.
Famelicus. fame enectus.
Fameſco. eſurio.
Famoſus. clarus, nobilis, fama illuſtris, qui verſatur in ore omnium.
Fatigo. defatigo, laboribus me frango.
Fauilla. ſcintilla.
Fauorabilis. propitius, benignus, ſecundus.
Febricito. febrem habeo.
Feracitas. vbertas, copia, affluentia.
Ferior. ceſſo.
Feſto. celebro, ferias habeo, diem feſtum ago.
Fictitius. fictus, commentitius. (homo.
Fidatus nuncius. certus
Feſtum. dies feſtus, feriæ.
Fideiuſſor. ſponſor, præs.
Fixè. acriter, acri animo & attento.
Flecto. impello, deduco.
Fluuialis. fluuiatilis.
Fœmininus. fœmineus, muliebris.
Fœto. malè oleo, puteo.
Fomes peccati. origo, ſeminarium vitiorum.
Formidabilis. formidoloſus, horribilis, terribilis.
Foro. fodio, perterebro.
Fortifico. munio, firmo. confirmo.
Fraudulenter. inſidioſè.
Frigefacio. refrigero.
Frigefactiuum. refrigerãs.
Fructifico. fructum edo, fero ſegetes, fundo.
Fruticeſco. fruticor.
Fulminatus. de cęlo ictus.
Fulmino. fulmen iacio, de cœlo tango, percutio.
Furiatus. furẽs, furibũdus.
GArrulitas inanis quędam profluẽtia verborum. (tio.
Generatio. ortus, procrea-
Geſticulor. geſtum ago.
Glorifico. gloria afficio, adorno, prædico.
Gracilis tenuis, ſubtilis, exiguus, exilis.
Gratitudo. gratia, memoria, beneuolẽtia, gratus animus. (nerua.
Groſſo modo. pingui Mi-
Guloſitas. Vitium ventris & gutturis.
HÆredito. hæreditas ab aliquo venit.
Hiſtoriographus. hiſtoricus. (tela.
Homagium. clientela, tu-

Hoſpitor. hoſpitio accipio, domo, tecto, ſedibus recipio.
Humiliare. demittere, frangere, abijcere.
Hypocriſis. ſimulatio virtutis, venditatio, oſtentatio.
Hypocrita. eruditus artificio ſimulationis.
I*Eiuno.* cibo me abſtineo.
Ieiunium. inedia.
Ignominioſus. ſordidus ad famam, cum ignominia coniunctus, contumelioſus.
Ignoranter. per ignorantiam, inſcienter.
Illæſus. incolumis, integer, ſine vulnere.
Illectamentum. illecebra, lenocinium, ſtimulus, blandimentum. (ius.
Illegitimus. nullum habẽs
Imaginor. cogito, fingo, effingo, animo comprehendo, cogitatione depingo, ſpeciem alicuius rei mente complector, in animo quiddam imprimo.
Immaculatus. inuiolatus, incorruptus.
Immediatè. proximè.
Immedicabilis. inſanabilis, deſperatus.
Immoriger. non obediens.
Immoror. inſiſto, hæreo, in re longior ſum.
Impatienter. intoleranter.
Imperterritus. fortis, magnanimus, animoſus.
Impetuoſitas. impetus.
Impetuoſus. violentus, vehemens.
Impoſtor. planus. (cus.
Impræmeditatus. impara-
Imprecatio. malum omen, execratio, preces.
Imprecor. malè precor, triſtib. ominib. perſequor.
Impropero. exprobo.
Imputo. aſcribo, tribuo, aſſigno. (vmbra gloriæ.
Inanis gloria. falſa gloria,
Inceſſanter. nullo pu[illegible]to temporis intermiſſo.
Inclinatio. procliuitas, facilitas, propenſio.
Incogitabilis. in cogitationem non cadens.
Incogitantia. inconſiderantia.
Incompoſitus. inconditus.
Inconſideratio. inconſulta ratio.
Incontinens. intemperans, immoderatus, in omni libidine effuſus, nimium cupiens.
Inconueniens. incommodum, abſurdum. (poris.
Incorporeus. expers cor-
Incorrigibilis. inſanabilis.
Incredulitas. diffidentia, ſcrupulus, dubitatio.
Inculpo. in culpa pono, in aliquem

aliquem culpā confero, culpā in aliquē deriuo.
Indigeſtio. cruditas.
Indiuiſibilis. indiuiduus,
Indomabilis. qui imperium recuſat.
Indubitanter. ſine dubitatione, certiſſimè, perſpicuè, pro certo.
Interceſſor. deprecator.
Interceſſio. deprecatio, poſtulatio.
Ineloquens. infans.
Ineffabilis. dici non poteſt.
Inenarrabilis. inauditus, incredibilis.
Inexpertus. Rudis, inexercitatus, nullo vſu.
Inferioritas. inferior ordo.
Influxus. tactus lunæ, dimiſſa è cœlo vis.
Infraſcribo. ſuppono, ſubſcribo.
Ingratitudo. ingratus animus.
Inopinās. ignarus, inſcius.
Inopinus. inopinatus.
Inordinatè. immoderatè, præter modum.
Inordinatio. confuſio, perturbatio.
In quantū. quà, quatenus.
Inſenſatus. ſtupidus, ſine ſenſu.
Inſenſibilitas. ſtupiditas, ſtupor.
Inſido. Inſideo, inhæreo.
Inſolubilis. Inexplicabilis.
Inſtabilis. lubricus, varius, commutabilis, vagus.
Inſtans. ad punctum temporis.
Inſtare. reſiſtere, occurrere.
In tantum. vſque eo.
Intelligibilis. quod in intelligentiā cadit, quod ratione complecti, cōcipi, comprehendi poteſt.
Intentio. ſcopus, propoſitum.
Interſtitium. interuallum.
Intitulo. inſcribo.
Intricatus. nec caput nec pedes.
Intrinſecus. interior. inteſtinus.
Inualidus. irritus, nullus.
Inuerecundia. Impudētia, audacia, confidentia, temeritas.
Inuiſibilis. quod fugit aciem, obtutum, ſenſum oculorum omnem.
Inundatio. proluuies.
Iratè. iracundè, cum ira, per iram.
Irrationabilis. rationis expers, mente ac ratione vacuus.
Irreconciliabilis. inexpiabilis.
Irremiſſibilis idem.
Irreligioſus. ab religione remotus, impius, nudus à pietate.
Irrequietus. ſolicitus, laborioſus, exercitus.
Itineror. iter facio, ambulo.
Iucundor. Iucunditas mihi eſt, in voluptate ſum, lætitia perfundor.

Iudica-

Iuditator. exiſtimator, ęſtimator, iudex.
Iuramentum, iuſiurandũ, affirmatio religioſa.
Iuriſta, Iuriſconſultus, Iuriſperitus.

L*Abilis.* debilis, infirmus, imbecillus.
Labium, labrum.
Laboratus. magnificum, opus, & plenum artis.
Laceſſitio. cõcertatio, certamen, contentio.
Laniatio. laniatus.
Laniena. cædes.
Lapido. lapidibus aliquem cędo, appeto, percutio, obruo.
Lapillus. calculus.
Laſſus. defatigatus, languens, vel languidus.
Lauacrum. lauatio.
Legenda. vita.
Letalis. funeſtus, mortifer.
Liberum arbitrium. libera voluntas.
Libraria. bibliotheca, taberna libraria.
Licitè. bonis rationibus.
Licitor. liceor, auctionor.
Ligatus. conſtrictus, vinctus, alligatus.
Ligonizo. paſtino, fodio.
Locum tenẽs. Legatus, pręfectus, vicarius.
Lucroſus. quæſtuoſus.
Luridus. ſquallidus.
Luſcioſus. luſciſcus, qui oculos hebetiores habet.
Luſor. aleator, colluſor.
Luſus. luſio.
Lutina. fides ium.
Lutoſus. luteus, lutulẽtus.
Luxus. luxuria, luxuries, delicatè viuere.

M*Acero.* conficio.
Macilentus. macie præditus.
Macreſco. extabeſco.
Maculatura. litura.
Madefacio. perfundor, reſpergo, imbuo.
Magnanimiter. magno animo.
Maledicens. maledicus.
Maledicentia. procacitas, linguæ petulantia.
Malefactor. malè meritus.
Malè volo. malè odi, malum volo alicui.
Malignus. qui prauo animo eſt, flagitioſus, nequã.
Manifeſto. diuulgo, ante omnium oculos pono, in medium profero.
Marceſco. putreſco.
Marito. colloco, in matrimonium colloco.
Maſtico. mãdo, conficio.
Mediator. arbiter, deprecator.
Medicor. medeor, medicinã affero, adhibeo, curo.
Melioreſco. melior fio.
Memoriale. cõmentarium.
Menſurator. metator, decempedator.
Methodus. ratio & via.
Minera. vena.

Mira-

Miraculoſe. mirabiliter.
Miraculum. miracula, mirabile, oſtentum, prodigio ſimile.
Miſſa. res diuina.
Moleſto. malè quendã habeo, exerceo, vexo, moleſtiam affero.
Monarchia. vnius dominatus.
Multifarius. multiplex.
Multoties. ſæpe.
Mutio. hiſco.
Mutuaticus. alienus, aliũde aſſũptus, aliũde petitus.
Mutuo. mutuũ do, vtendũ do, commodo.
Natatus. natatio.
Natiuitas. ortus, dies natalis.
Naumachia. bellũ, vel prælium nauale.
Neceſſito. neceſſitatẽ affero.
Negatiuus. negans.
Neotericus. recens.
Neutralis. medius, indifferens.
Nocuus. infeſtus, perniciosus.
Notandus. attendẽdus, notatione dignus.
Notarius. ſcriba.
Nona. nuncij.
Nullibi. nuſquam, nullo loco.
Nouẽdecim. Vndeuiginti.
Nuncium. nuncius.
Nutritius. educator.
Obiectum. res obiecta ſenſibus, quod ſenſu percipitur.
Obiter. præter rem, caſu, quaſi præteriens, præter propoſitum.
Oblatio. liberalitas.
Obliteratus. in litura.
Obſidium. obſidio.
Obſtupefactio. obſtupefactus.
Obtenebro. obſcuro, tenebras, noctem offundo, perſtringo.
Obuio. occurro, obuius ſũ.
Octodecim. duodeuiginti.
Olfactus. odoratus.
Omnimode. omni ratione, omnibus modis.
Opacitas. locus opacus.
Oratoria. Rhetorica, doctrida dicendi, ſtudium eloquentiæ.
Ordinarius. legitimns.
Ordinatus. habẽs ordinẽ.
Orientalis. oriens.
Originale peccatum. natiuum malum, vitioſitas.
Oſtentator. glorioſus, vanus.
Pacificè. cum pace.
Palleſco. palleo, exalbeſco.
Pallidus. decolor, exſanguis, ſine colore.
Pannus. veſtis, veſtitus.
Paradiſus. cœlum, ſedes beatorũ, locus ſempiternæ fecilitatis, ſanctorum domicilium.
Parcitas. parſimonia.
Particularis. ſingularis, præcipuus.
Paruifacio. in paruis pono, nullo loco habeo, pro nihilo habeo.

Paſcuum. paſcua, paſtus pecudum.
Paſſio. perturbatio, affectio animi, animi dolor.
Patrocinor. adſum pro aliquo, præſto ſum, defendo, alicuius cauſam ago.
Pauefacio. pauorem affero, metum incutio.
Pauefactus. exterritus, metu abiectus.
Penſionarius. vectigalis.
Per accidens. caſu fortuito.
Periuro. peiero.
Pertranſeo. permeo.
Peſſundo. protero, conculco.
Phantaſticus. opinioſus.
Phlebetomo. ſanguinem mitto.
Phlegmaticus. pituitoſus.
Phraſis. verba coniuncta.
Planeta. aſtrum, ſtella, errans ſidus.
Planitudo. æquor, planities.
Plantarium. planta, ſeminarium.
Planto. ſero arbores, ſemino ſtirpes, inſtituo vineam.
Pleureſis. lateris dolor.
Plico. complico.
Ponderoſitas. grauitas, pondus.
Portarius. Ianitor. (teſt.
Poſſibilis. quod fieri poteſt.
Poſſibilitas. facultas, vires.
Practica. vſus, experientia.
Practicus. vſu peritus, agitatus, vſum habens, rerum varietate perdoctus, vſu atque exercitatione præditus.
Præcedo. præcurro, antegredior.
Præfiguro. denoto, exprimo.
Prælatus. Antiſtes.
Præmio. præmijs afficio, præmijs dono.
Præſagium. præſagitio, præſenſio.
Præſumo. hoc mihi ſumo.
Prætextus. nomen, ſimulatio, ſpecies, per cauſam, per beneficium.
Præualeo. præſto.
Primatus. principatus.
Priuilegiatus. præmio affectus.
Priuatus. orbatus, orbus, inops, nudus, caſſus.
Prodigalitas. effuſio, perfuſio.
Prodigaliter. prodigè.
Prodigo. effundo, profundo, diſſipo, dilapido, exhaurio, rem domeſticam dilabi ſino.
Profectus. progreſſus, fructus.
Profeſſor. magiſter alicuius artis.
Prolongo. differo, produco, diem profero, moras traho.
Promano. permano, prouenio.
Properanter. feſtinanter.
Porportionaliter. pro rata portione.

Proſa.

Proſa. ſoluta oratio, nuda oratio.
Proſpicienter. prudenter, prouidentiſſimè.
Proteſtor. denuncio, teſtor, conteſtor.
Proximior. interior, propior, vicinus.
Protocollũ. Auctoritates.
Pullatus. atratus.
Pulpitum. ſuggeſtum.
Punctus. pũctũ, momẽtũ.
Punitus. mulctatus.
Puritas. mũditia, elegantia.
Puſillanimitas. imbecillitas, egeſtas animi, infirmitas, animus puſillus, anguſtus.
Puſillanimiter. timidè, timido animo, fracto.
QVadrum. quadratum.
Qualis qualis. qualicunque.
Qualitercunque. perinde, vtcunque.
Quantitas. numerus.
R*Apinor*. rapio, prædor.
Ratifico. ratum facio, ratum habeo.
Rationabiliter. probabiliter, certa ratione.
Rauceſco. raucus fio.
Rebellio. defectio, alienatio, perduellio.
Rebello. ab aliquo deficio, deſciſco, retrahor.
Receptor. coactor.
Redargutio. refutatio, reprehenſio.
Redditus. fructus, vectigal.
Refocillo. reficio, recreo.
Regiſtro. in publicas tabulas refero, in libellum refero.
Regiſtrum. commentarium, tabulæ publicę.
Reiuueneſco. renaſcor, reuiuiſco.
Remordeo. me mordet cõſcientia, melius quam remordet.
Reſpectus. ad priuatum dolorem, ad rationem ſui commodi.
Reſplendeo. reluceo.
Reſtagno. redundo.
Reſtauro. ſarcio, reſtituo, inſtauro.
Reſurgere. ſurgere, excitari ab inferis, reuiuiſcere.
Reſumo. animum aut vires colligo.
Reſuſcito. à morte reuoco, vitam reſtituo.
Reualeſco. conualeſco.
Reuolutio. circulus, orbis rotundus, ambitus, replicatio.
Ridicularis. iocularis, ridiculus.
Rixoſus, concitus ad rixam.
Robuſtè. neruosè.
S*Acriſtia*. ſacrarium.
Sæuio. ſęuitiam, crudelitatem in aliquem adhibeo, exerceo.
Sagittator. Sagittarius.

Salarium.

Salarium. merces, prꝑmiū.
Saluator. ſeruator, ſalutis vindex.
Saluificus. ſalutaris, ſalubris. (blica.
Saluus conductus. fides pu-
Sapidus. conditus.
Satiatus ſaturatus, ſatietate defeſſus.
Scabinus. iudex.
Scabo perfrico. (aſperitas.
Scabroſitas. ſpinę diſſerēdi,
Scintillo. igniculos iacio.
Scrupuloſè agere. nimis exiguè ad calculos reuocare.
Sculpo. incido.
Sculptor. fictor.
Seceſſus receſſus, ſolitudo, latebra, procul ab oculis hominum.
Scurrilitas. ſcurrilis iocus, obſcœnitas.
Secretè. ſecretò.
Secundum Lucam. euangelium ſcriptore Luca.
Secundum virtutem. ex virtute viuere. (ſidium.
Separatio. diuortium, diſ-
Serua. ancilla, famula.
Sigillo. ſigno, obſigno,
Situatus. ſitus. (conſigno.
Simul natura. ſimul naturæ ordine, vel tēporis ordine. (quotannis.
Solemniſo. ago diem feſtum
Solummodo. duntaxat, tantummodo, ſolum.
Somnolētia. ſopor, languor.
Somnolentus. ſomni plenus, ſomniculoſus, grauibus oculis.
Specialiter. ſpeciatim, nominatim, ſigillatim.
Spiſſitudo. frequentia.
Spontaneus. voluntarius.
Sputo. conſputo.
Statuarius. fictor, qui ſigna fabricat.
Sternutatio. ſternumētum.
Stipendio. conduco. (cio.
Subalterno ſubiūgo, ſubij-
Subhaſto. prꝑconi ſubijcio
Subiugo. ſubigo, in ditionē, vel poteſtatem redigo.
Subitaneè, *ſubitò*. repentè.
Subſtitutus. vicarius.
Succeſſiuè. ſēſim, pedetētim
Sufficienter. ſatis cōmodè.
Sugillo. exiſtimationem minuo, famā lædo, vio-
Summaria. capita. (lo.
Superbio. efferor, animum attollo, inſoleſco, ſpiritus aſſumo.
Superficies. extremitas.
Superfluitas. redundantia.
Superfluus. ſuperuacaneus, redundans.
Superimpleo. cumulo.
Superioritas. excellentia, præſtantia.
Superſcriptio. Inſcriptio.
Superuiuo. ſuperſum.
Suſtentaculum. fundamentum, baſis.
Syllogizo. ratiocinor.
T*Abellarius*. cuſtos tabularum.

Tantillum. ne punctum quidem temporis, minima mora.
Tangibilis. tractabilis.
Tardatio. tarditas, mora.
Taxo. æſtimo.
Tegmentum. tegmen, tegumentum. (lum.
Temo. clauus, gubernacu-
Temperies. temperatio, cõſtitutio, temperamentũ.
Tempeſtuoſus. turbulentus.
Tenaciter. pertinaciter.
Tepiditas. tepor.
Teſtatio. teſtificatio.
Textus ſcriptum.
Theſaurizo. pecuniã cõdo.
Tinctor. infector.
Titulus inſcriptio.
Tormento excrucio.
Tractatus. opus, liber, lucubratio.
Tractim. lentè.
Tranſactio. deciſio.
Transfiguro. muto, commuto, conuerto.
Transfodio. transfigo.
Tranſnato. trano.
Tortura tormentum.
Tranſcribere. deſcribere.
Trãſmuto. cõuerto, trãſfero

Vacantia. vacatio.
Vacuũ. Inanitas, inane.
Vagabundus. Vagus.
Valedico. iubeo valere.
Valor. precium, momentum, auctoritas, vis.
Valenter. fortiter, viriliter.
Vappa. vinum fugiens.
Vecordia. ſtupor cordis.
Vehementia acrimonia.
Velox. concitatus, incitatus, volucer.
Verifico. probo. (verſus.
Verſificor. facio, conficio
Vices. partes alicuius explere, ſuſtinere.
Victualia. commeatus.
Viſus. aſpectus, acies oculorum. (vituperatio.
Vituperium. opprobrium.
Viuifico. Vitam do.
Vlcero exulcero.
Vlterius longius.
Vnanimis. concors, conſentiens, vna mente, idem ſentientes, omnium ad vnum ſumma conſenſio.
Vnanimitas. vnus conſenſus omnium.
Vnigenitus. Vnicus.
Vnanimiter. vna mẽte, vno ore, vna voce & conſenſu. (vndique.
Vndecunque. ex omni parte,
Vniformis ſui ſimilis, ſibi conſtans, perpetuus.
Vniuerſaliter. generaliter, vniuerſè.
Vulgariter. populariter, patrio ſermone.

FINIS.

Ad maiorem Dei & Diuæ Matris gloriam.

INDEX
RERVM OMNIVM
AC PHRASIVM QVÆ HOC IN
libro continentur, locupletiſſimus Alphabeto Digeſtus.

A Præpoſitio. folio 1
Ab præpoſitio, & eius vis & vſus. ibid.
Abdico. 3
Abdo. 4
Abduco. ibidem.
Abeo. 5
Abhinc. 6
Abijcio. 7
Abiectus. ibidem.
Abiudico. 8
Abiuro. ibidem.
Abrogo. ibidem.
Abſtinentia. 9
Abſtineo. 10
Abſum pro diſto. 11
Abſũ pro deſideror. ibid.
Abſum, id eſt, alienus & remotus ſum. 12
Abutor in bonã partẽ & malã partem ſumitur. 14
Accedo. ibidem.
Acceſſio. 16
Accidit. 17
Accipio. ibidem.
Accommodo. 23
Accumbo. 24
Accuratus. ibidem.
Acquieſco. 25
Adæquo. 26
Addico. 27
Adduco. ibidem.
Addo. 28
Adeo. 30
Adire in ius. ibidem.
Adire in hæreditatem. 31
Adhęreſco. ibidem.
Abhibeo. 32
Adigo. 34
Adijcio. 35
Adiudico. ibidem.
Adiungo. 36
Admiſceo. ibidem.
Admitto. 37.
Admoneo. ibidem.
Adopto. 83
Adoptio. ibidem.
Adorno. 39
Adſum. ibid.
Aduerſus. 40.
Aduocatus. 41
Æquus. ibidem.
Æquo. 42.
Æs alienum. ibidem.
Æſtimo. ibidem.
Affero. 43
Affectus. 45
Affigo. 46
Afflictor. ibidem.
Affligo. 47
Affluens. ibidem.
Agito. ibidem.
Agitatio. 48
Agitatos. ibidem.
Ago cum aduerbijs benè, pręclàrè, malè &c. ibid.

Agi-

Agi. 49
Agere animam. ibidem.
Ago pro celebro. ibid.
Aio. 51
Alias. ibidem.
Alienus. 52
Alius aliter. ibidem.
Aliter ac. 53
Aliter atque. ibidem.
Aliter &. 54
Alius alius. ibidem.
Aliud ex alio. ibid.
Allego. 55
Alter. ibid.
Alter ego, alter ipſe. 56
Alumnus. ibidem.
Amabo te, rogandi formula. 57.
Ambigo. ibid.
Ambitus. 58
Ambulo. ibid.
Amo. 59
Amplector. ibidem.
Amplio. ibidem.
Amplius. 60
Anfractus. 61
Anniuerſarius. ibidem.
Antecedo. ibidem.
Antiquior. ibidem.
Aperio. 62
Apparentia. ibidem.
Appello. ibidem.
Appellere. 64
Appeto. 65
Applico. ibidem.
Appono. 66
Appoſitus. 67
Appoſitè. 68
Aptus. ibidem.
Arbitratus. ibidem.
Ad arbitrium. 69
Arbitrium. 70
Arceſſo. 71
Ardeo. ibidem.
Arguo. 72
Argutus. ibidem.
Aſciſco. 73
Aſcribo pro imputo. 74
Aſpectus. 75
Aſpergo. 76
Aſpiro. 77
Aſſentio. 78
Aſſigno. 79
Aſſuefacio. ibidem.
Aſſumo. 80
Aſſurgo. ibid.
Aſtringo. ibid.
Aſtrictus. 81
At atque. ibidem.
Attendo. ibid.
Attento. 82
Attinet. 83
Attingo. ibid.
Attribuo. 84
Auctionor. ibidem.
Aucupor. 85
Audio. 86
Auello. 87
Auerſus. ibidem.
Auerto. ibidem.
Aufero. 88
Auctor. ibid.
Auctoritas. 89
Bellus. 90
Bellè aduerb. 91
Bene. ibid.
Bonus. ibidem.
Breui. 92

Breuis. ibidem.
CAdo. 93
Cadere cauſa. ibid.
Cano. 95
Cantus. ibid.
Canorus. 96
Captus. ibid.
Capto. ibidem.
Caput. 97
Caſtigo. 99
Caueo. 100
Cautio. ibid.
Caue. 101
Cauſa. ibidem.
Cedo. 102
Celebro. ibid.
Cerno. 103
Certus. ibid.
Certi homines. 104
Certa verba. 105
Ceſſo. ibidem.
Circuitio. 106
Circuitus. ibidem.
Circumſpicio. ibidem.
Citerior. 107
Ciuis. ibidem.
Clauſtra. ibid.
Clauſula. 108
Cliens. ibid.
Clientela. 109
Coeo. ibidem.
Coerceo. ibid.
Cogito. 110
Cognitor. ibid.
Cognoſco. 111
Cognitio. ibid.
Cogo. 112
Cohæreo. 113
Colligo. ibid.
Collineo. 114
Colloco. ibid.
Commemini. 115
Commentarius. ibidem.
Commeo. 116
Committo. ibidem.
Commiſſum eſſe aliquem alicui. 117
Commodè. 118
Commodus. ibidem.
Commodo. ibid.
Commodum. 119
Communico. ibid.
Commuto. 120
Compareo. ibid.
Comparo. ibid.
Benè vel malè comparatum eſſe aliquid. 121
Compello. 122
Compatior. ibidem.
Compenſo. ibid.
Comperendinare. 123.
Complector. 124
Comprimo. 125
Compromiſſum. ibidem.
Compromitto. ibid.
Concedo. ibidem.
Concido. 126
Concilio. ibidem.
Concio. ibidem.
Concipio. 127
Concretus. ibidem.
Concurro. 129
Concurſo. ibid.
Concurſatio. ibidem.
Condico. ibidem.
Condio. 130
Condire cibos. ibidem.
Conditio. ibid.

Condo. 131
Condoleo. ibidem
Conduco pro redimo. ibid.
Cōfero pro trāsfero. 132
Conficio. 133
Confido. 136
Confirmo. ibidem.
Conflo. 137
Congruo. ibid.
Conijcio. 138
Coniungo. 139
Connexum. ibidem.
Conqueror. ibid.
Conquieſco. 140
Conſcientia. ibid.
Conſcendo. ibidem.
Conſcius. ibidem.
Conſciſco. 141
Conſector. ibid.
Conſentio. 142
Confero. ibidem.
Conſigno. ibidem.
Conſilium. ibid.
Conſputo. 143
Conſtituo. ibidem.
Conſto. 145
Conſtruo. ibid.
Conſulo. 146
Contendo. ibidem.
Contentus. 147
Conteſtor. ibidem.
Contineo. 148
Contra. 149
Contrauenio. 150
Conualeſco. ibidem.
Conuello. 151
Conuenio. ibidem.
Conuenit. ibid.
Conuerto. 152
Conuitium. ibidem.
Cor. ibid.
Credo. 153
Cum. ibid.
Cupidè. 154
Cupio. ibidem.
Cura, Curatio. ibid.
DE. 155
Decanto. 156
Decedo. ibid.
Decerno. 157
Decido. ibidem.
Deciſio. ibid.
Dedico. 158
Deduco. ibid.
Defero. 159
Definio. ibid.
Deficio. 160
Deflagro. ibid.
Deformo. 161
Defungor. ibid.
Dego. ibidem.
Deguſto. 162
Deijcio. ibid.
De integro. ibidem.
Delibero. 163
Deliciæ. ibid.
Deliteſco. 164
Demigro. ibidem.
Demitto. 165
Demortuus. ibidem.
Denego. ibidem.
Denuncio. ibidem.
Depaciſcor. 166
Depaſco. ibid.
Dependo. 167
Depono. ibid.
Depoſitum. 168

Deporto. ibidem.
Depoſco. 169
Deprecor. ibidem.
Deprecator. 170
Deprehendo. ibidem.
Depromo. ibidem.
Depugno. 171
Deriuo. ibidem.
Derogo. ibid.
Deſcendo. 172
Deſciſco. ibid.
Deſcribo. 173
Deſpero. 174
Deſtino. ibidem.
Deterior. ibid.
Deturbo. 175
Deuincio. ibid.
Diffido. 176
Diffundo. 177
Dilabor. ibid.
Dilorico. ibidem.
Dimoueo. ibidem.
Diœceſis. 178
Diœcetes. ibid.
Dirigo. ibidem.
Diſcedo. 179
Diſcepto. ibid.
Diſceptator. 180
Diſcutio. ibidem.
Diſiungo. ibidem.
Diſpertio. 181
Diſpicio. ibid.
Diſrumpor: ibidem.
Diſſentio. 182
Diſſipo. ibid.
Diſſoluo. 183
Diſſolutus. ibidem.
Diſtineo. ibidem.
Diſturbo. ibid.
Ditio. 184
Diuulgo. ibidem.
Do. 185
Dominatio. ibid.
Dominatus. 186
Dubitanter. ibidem.
Dubius. ibidem.
Duco. 187
Ducor. 188
Dudum. ibid.
Dum. ibidem.
EAre. 189
Edico. ibid.
Ediſco. ibidem.
Edo. ibidem.
Effero. 190
Efferueſco. 191
Efficiens. ibid.
Effloreſco. ibidem.
Effluo. ibid.
Effrenatus. 193
Effundo. ibidem.
Effusè. 194
Egens. ibidem.
Elaboro. ibid.
Eleuo. ibid.
Elogium. 195
Eluceo. ibid.
Eludo. ibidem.
Emano. 196
Ementior. ibidem.
Emergo. ibidem.
Enectus. 197
Enitor. ibid.
Eo. ibidem.
Erectus. 198
Erogo. ibidem.
Etiam atque etiam. ibid.
Euado. 199

Euomo. ibidem.
Euoluo. ibid.
Ex. 200
Exædifico. ibid.
Exæquo. ibidem.
Exagito. 201
Examino. ibid.
Exardeſco. 202
Excedo. ibid.
Excido. 203
Excipio. ibid.
Excludo. 204
Excurro. ibid.
Excutio. 205
Execo. ibid.
Execror. 206
Exemplum. ibid.
Exeo. ibidem.
Exerceo. 207
Exhaurio. ibid.
Eximo. ibidem.
Exiſtimo. 208
Exſpectatio. ibidem.
Expendo. ibid.
Experior. 209
Exploratus. 210
Expromo. ibid.
Exquiro. 211
Extermino. ibid.
Extremus. ibidem.
Exturbo. 212
Exulto. ibid.
FAcio. ibidem.
Faceſſe. 213
Fallo. ibidem.
Faſti. ibid.
Fatum. 214
Ferio. ibidem.
Fero. 215
Feſtus dies. 217
Feriæ. ibidem.
Feſtiuitas. ibidem.
Fidens. ibidem.
Fides. 218
Fiducia. ibidem.
Fingo. 219
Finio. ibidem.
Flagro. ibid.
Fluo. 220
Fœdo. ibidem.
Fœdus. ibidem.
Fortuitas. 221
Fortunæ. ibidem.
Fortuno. ibidem.
Frango. ibid.
Fraus. 222
Frequens. ibid.
Frequentia. 223
Frequento. ibidem.
Fugit. ibid.
Fugiens vinum. 224
Fundere. ibidem.
Fungor. ibidem.
GEneratim. 225
Gentiles. ibid.
Gero. 226
Gratulor. ibid.
Grauitas cæli. 227
HAbeo. ibidem.
Habere cognitum. ibid.
Hæreo pro dubito. 228
Haurio. 229
Honor. 230
Hoſpes. ibid.
Humilis. ibidem.
IAceo. ibidem.
Iacto. 231

Iam. ibid.
Iam pridem. 232
Id tẽporis, id ętatis. ibid.
Illudo. ibidem.
Imbuo. 233
Immineo. ibid.
Impingo. ibid.
Implico. 234
Impono. ibid.
Impotens. 235
Impotentia. ibidem.
Impunè. 236
In. ibid.
Inambulo. ibid.
Inanimus. 237
Inanis. ibid.
Inauratus. ibidem.
Incido. 238
Inclamo. ibid.
Inclino. ibidem.
Inclinatus. 239
Inclinatio. ibidem.
Increbeſco. 240
Inculco. ibidem.
Incumbo. ibidem.
Index. 241
Induco. ibidem.
Indulgentia. 243
Induſtria. ibidem.
Ineo. 244
Infamia. 245
Infans. 246
Infantia. ibidem.
Inferiores. ibidem.
Infero. 247
Infeſtus. 248
Inficio. 249
Inflammo. ibidem.
Informo. 250
Infra. ibidem.
Infringo. 251
Infractus. ibidem.
Ingraueſco. ibidem.
Ingredior. 252
Ingurgito. 253
Iniens. ibidem.
Inijcio. ibidem.
Inopinatus. 254
Inquam, 255
Inſcribo. 256
Inſector. ibidem.
Inſignia. 257
Inſolens. 258
Inſolenter. ibidem.
Inſtauro. ibidem.
Inſtituo. 259
Inſtrumentum. ibidem.
Inſuſurro. ibidem.
Integer. 260
Intelligens. 261
Intelligentia. ibidem.
Intendo. 263
Intento. 264
Inter. ibidem.
Inter cænam. 265
Intercedo. ibidem.
Interceſſio & interceſſor. 266
Interijcio. ibidem.
Interiectus. ibidem.
Interior. 267
Internoſco. 268
Interpono. ibidem.
Interpoſitio. ibidem.
Interuallum. 269
Inteſtato. 270
Intra modum. 271
Inuehi in aliquem. ibid.

Inuro. 272
Item. ibidem.
Iterum. 273
Iubeo. 274
Iungo. ibidem.
Iuratus & iniuratus. 275
Iureconſultus. ibidem.
Iuriſdictio. 276
Ius Iuris. ibidem.
Iuuenis. ibidem.
Iuuentus. 277
L
Abefacto. ibidem.
Laboro. 278
Latet me. 279
Lautus. ibidem.
Laxus. 280
Lego as are. ibid.
Legatum. ibid.
Legere. ibid.
Lego. ibid.
Libens. 281
Librarius, ibidem.
Liceo, ibid.
Licet, ibid.
Linea, ibid.
Lituræ, 282
Loco, ibid.
Longo, 283
Lucet. 284
Lux, ibid.
Ludibundus. 285
Lumen, ibid.
M
Alum, ibidem.
Manceps, 286
Mancipium, ibidem.
Mando, 288
Mano, ibid.
Maxime, 289
Maxime quòd, ibidem.
Medius, ibidem.
De medio tollere, 290
Memini, 291
Memoria. ibidem.
Merces, 292
Mereo, ibidem.
Metior, 293
Mico, ibidem.
Mihi, ibidem.
Mille, 294
Minus. ibidem.
Miſceo. ibidem.
Miſeratio. ibidem.
Miſeror, 295
Mitto, ibidem.
Miſſum facio, ibidem.
Moderor, 296
Modicus, 297
Modicè, ibidem.
Modo, ibidem.
Modus, ibidem.
Momentum, 298
Mordicus. 299
Moror. ibidem.
Moueo. ibidem.
Multo. 300
Multus. ibidem.
Munio. ibid.
Munito. 301
Mutor. ibid.
Mutuor. ibid.
Mutuus. 302
N
Arro. ibidem.
Natu. ibidem.
Nauo. ibidem.
Nè. 303
Ne dicam. ibidem.
Nedum. ibidem.
Necto. 304

Nefas. ibidem.
Nemo. ibidem.
Nepos. 305
Nō ſum neſcius. ibidem.
Nihil dum. ibidem.
Nomen. ibidem.
Nominatim. 306
Nubo. ibidem.
Numero. 307
Numerus. ibidem.
Nuncius. 308
OBdureſco. 309
Obeo. ibidem.
Obligo. 311
Obſequium. ibidem.
Obſeruans. 312
Obſigno. ibidem.
Obſtruo. ibid.
Obteſtor. 314
Obtineo. ibidem.
Obtingit. ibidem.
Obtutus. 315
Obuerſor. ibidem.
Occurro. ibidem.
Offendo, 316
Offenſio. ibidem.
Offero. ibidem.
Officio. ibidem.
Offundo. 317
Omnis. ibidem.
Opaco. ibidem.
Opacus. ibidem:
Operæ. 318
Oportunitas. ibidem.
Oportunum. ibidem.
Optimè. ibidem.
Opus. 319
Orbis. ibidem.
Ordine. ibidem.
Orior. ibidem.
Ortus. 320
Os. ibidem.
Otium. ibidem.
Otioſus. 321
PAr. ibidem.
Pariter. ibidem.
Pariter cum. 322
Pars. ibidem.
In partem aliquam. 323
Partes, vulgo vices. ibid.
Partes perſonæ. 324
Partes primatus. ibid.
Pro mea parte. 325
Pax. ibidem.
Pecco. 326
Peius odiſſe. ibidem.
Pendeo. ibidem.
Per. ibidem.
Peragro. 328
Percello, 329
Percrebreſco, ibidem,
Percutio, ibidem,
Perduco, 330
Perfugium, ibidem,
Perfundo, 331
Perfungor, ibidem,
Perhorreſco, 332
Periclitor, ibidem,
Periculum, 333
Perimo, 334
Perinde, ibidem,
Permiſceo, 335
Permulceo, ibidem,
Permuto, 336
Permutatio, ibidem,
Pernocto, ibidem,
Perpetuitas, 337
Perpetua oratio, ibidem,

Perquam

Perquam,	338	Præſenſio,	ibidem.
Perſcribo,	ibidem.	Præſes.	ibidem.
Perſequor,	ibid.	Pręſto.	356
Perſtringo,	339	Pręſto ſum.	357
Pertineo,	340	Præter cæteros.	358
Perturbo,	ibidem.	Præterea.	ibidem.
Perturbatio,	ibidem.	Prætextus.	359
Peruado,	ibidem.	Pręuaricor.	359
Peruagatus,	341	Primo quoque tempore. ibidem.	
Peruerto,	ibidem.		
Peruulgo,	342	Princeps.	ibidem.
Peto,	ibidem.	Principatus.	361
Placet,	ibidem,	Principio,	ibidem.
Placitum eſt.	343	Priuilegium,	ibidem.
Plus.	ibidem.	Pro,	363
Pondus,	ibidem.	Probe,	ibidem.
Pono.	344	Procedo,	364
Popularis.	346	Prodeo,	365
Portorium.	ibidem.	Prodo,	ibidem,
Portitor,	347	Produco,	366
Poſſum.	ibidem.	Profiteor,	ibidem.
Poſtulo.	348	Profeſſio.	367
Poteſtas.	ibidem.	Profundo.	ibidem.
Potio,	ibidem.	Profuſus,	368
Potior,	ibidem.	Progigno,	ibidem.
Præ præpoſit.	349	Progreſſus,	ibidem.
Præcido,	350	Proiectus,	369
Pręcipito	ibidem,	Prolixus,	ibidem,
Præcipuè,	351	Promereor,	370
Præcipuus,	352	Promo,	ibidem.
Præcurro,	ibidem.	Promptus,	ibidem,
Prædico.	353	Prope.	371
Præfari honorem.	ibid.	Propior.	ibidem.
Præfinio.	ibidem.	Porportionaliter.	372
Præiudicium.	354	Propter.	ibidem.
Præiudico,	ibidem.	Prorogo.	ibidem.
Præſens animus,	355	Proſa oratio.	373
Præſens remedium. ibidem,		Perſcribo.	ibidem.
		Perſequor,	374

Proſi-

Proſtituo. 375
Proteſtor. ibidem.
Proueho. ibidem.
Proxime. 376
Puluinar. ibidem.
Puluinus. 377
Puſillanimus. ibidem.
QVa. ibidem.
Quadro. ibidem.
Quero. 378
Queſitor. ibidem.
Quàm. 379
Quamobrem. ibidem.
Quam pridem. 380
Quando. ibidem.
Quemadmodum. ibidem.
Queror. 381
Quid. ibidem.
Quidem. 384
Quin. 385
Quomodo. 388
REcens. ibidem.
Recentes. 389
Redigo. ibidem.
Redimo. 390
Redemptio. ibidem.
Redundo. ibidem.
Refero. 391
Referre acceptũ. ibidem.
Reficio. 392
Refuto. 393
Regnum. ibidem.
Relatio. 394
Relaxo. ibidem.
Releuo. ibidem.
Remitto. ibidem.
Remunero. 396
Renuncio. ibidem.
Repono. ibidem.
Repręſento. 397
Reſcindo. ibidem.
Reſideo. ibidem.
Reſpectus. 398
Reſtauro. ibidem.
Reſto. ibidem.
Reuelio. ibidem.
Reuiuiſco. 399
Rogare legem. ibidem.
Rogatio. 400
Rogator. ibidem.
SAlto. ibidem.
Saltatio. ibidem.
Saltator. ibidem.
Salueo. 401
Salutaris. ibidem.
Sartum tectum. 402
Scibilis. ibidem.
Scio. ibidem.
Scitè. ibidem.
Scienter. 403
Scitus. ibidem.
Scopus. ibidem.
Scribere. 404
Scriptura. ibidem.
Scrupuloſus. 405
Secundum. ibidem.
Sententia. 406
Sermo. 407
Seruio. 408
Seruitus. ibidem.
Seruus. ibidem.
Sexcenti. ibidem.
Siccus. ibidem.
Significatum. [illegible]9
Signum. ibidem.
Similiter. ibidem.
Simpliciter. 410
Simul. ibidem.

Simul

Simul ac. ibidem.
Singuli. 411
Siſtere. ibidem.
Solatium. 412
Solitudo. ibidem.
Solummodo. 413
Somniculoſus. ibidem.
Sonorus. ibidem.
Spatium. ibidem.
Speciatim. ibidem.
Species. 414
Spontaneus. ibidem.
Statim. ibidem.
Sto. ibidem.
Stomachus. 415
Studeo. 416
Studioſus alicuius hominis. ibidem.
Suadeo. 417
Sub. ibidem.
Subditus. 418
Subduco. ibidem.
Subijcio. ibidem.
Sublime. 419
Subſcribo. 420
Subſcriptio. ibidem.
Subſcribere cauſam. ibid.
Subeſſe. ibidem.
Subſtantia. ibidem.
Succinctus. 421
Sufficienter. ibidem.
Summa. ibidem.
Sermo. 422
Superuacaneus. ibid.
Suppedito. ibidem.
Suppetit. 423
Suppono. ibidem.
Supra. ibidem.
Suſcipio. ibidem.
Suſtineo. 424

Taberna. ibid.
Tabernarius. 425
Tacitus. ibidem.
Tandem aliquando. ibid.
Tantummodo. 426
Temperatio. ibidem.
Tempeſtas. ibidem.
Tēpeſtiuū conuiuiū. 427
Tempus. ibidem.
Teneo. 428
Tento. 429
Teſtor. ibidem.
Tibi. 430
Tinctor. ibidem.
Totidem. ibidem.
Tortura. ibidem.
Traduco. ibidem.
Traijcio. 431
Tribuo. ibidem.
Turbo. 432

Vacatio. ibidem.
Vacillo. ibidem.
Vaco. 433
Valens. ibidem.
Valetudo. ibidem.
Vbi terrarum. 434
Vbique. ibidem.
Victores. ibidem.
Vehens. ibidem.
Vehementia. 435
Vel. ibidem.
Venia. ibidem.
Veniam dare. ibidem.
Venio. 436
Verbum. ibidem.
Vereor ne. 437
Verſuram facere. ibidem.
Verſus. ibidem.

Vertens

Vertens annus.	438.	Vniuersè.	446
Verto.	ibidem.	Vnus aliquis.	ibidem.
Vertor.	ibidem.	Voco.	ibidem.
Via.	ibidem.	Volo.	ibidem.
Video.	439	Voluntarius.	447
Videor.	440	Voluntas.	ibidem.
Videtur.	ibid.	Vſque.	ibidem.
Vindico.	441	Vſque eò dum.	448
Vis.	ibidem.	Vſque iſthinc.	ibidem.
Viſus.	422	Vſquequaque.	449
Vitium.	ibidem.	Vſucapio.	ibidem
Vitioſus.	444	Vſura.	450
Vituperatio.	ibid.	Vſus meus.	ibidem.
Vito.	ibidem.	Vſum eſſe.	ibidem.
Vix dum.	ibidem.	Vſu venire.	451
Vlciſcor.	444	Vt.	452
Vltimus.	ibidem.	Vt ne.	453
Vltro citróque.	ibidem.	Vtique.	ibidem.
Vnde.	445	Vtor.	454
Vniuerſus.	ibidem.	Vti aliquo.	ibidem.

FINIS.

Vidit ADAMVS DE CAVLEI S. Cathed. Paſtor & Librorum Cenſor.

VITTORIO EMANUELE BIBLIOTECA ROMA

Digitized by Google

Google

√ 7

Digitized by Google

ogle

by Google